
Finlay
Zambelli
US $185.00



S. GADDONI - G. ZACCHERINI


CHARTULARIUM IMOLENSE

VOL. I.

ARCHIVUM S. CASSIANI

(964 - 1200)





IMOLAE
EX TYPIS SOC. TYP. IULII UNGANIAE
1912

S. GADDONI - G. ZACCHERINI

CHARTULARIUM IMOLENSE


VOL. I.

ARCHIVUM S. CASSIANI

(964 - 1200)



IMOLAE
EX TYPIS SOC. TYP. IULII UNGANIAE
1912



DEPOSITARIUS
MAX BRETSCHNEIDER
VIA DEL TRITONE, N. 60
ROMA

Quod opus magna eruditione atque doctrina praediti, historiaeque honestissimo adducti sensu, Seraphinus Gaddoni O. F. M. et Godofredus Zaccherini archidiaconus templi maximi forocornelienses confecerunt, ut res civitatis suae patrumque foras proferrent, omnibus mihi videtur laudibus cumulandum: non quod illud ipsi ratione ac via redegerint et conscripserint, sociorum Instituti Historici Italici praecepta secuti, ac vestigia quibus clarissimi palaeographi et ex Germania diplomatici institerunt, sed quia quae conventus hominum de re historica agentium Romae anno 1903 post Christum natum constituit, et Paschalis Villari nostrarum rerum scriptor longe nobilissimus est auspicatus, effecta videmus, parvo quidem loco, sed propter egregia ante acta magni momenti.

Qui quidem tantus vir, ex hoc opere, sit sane exiguum prae totius nationis magno et amplo, intelligere potest quantum apud nos obtineat auctoritatis, quantumque sua et opera et causa ingenuarum artium studia alantur et augeantur.

Equidem non vereor ne Chartularium Imolense diligentissime elucubratum recentiorum existimatorum et historicorum rationi non respondeat. Neque enim quidquam quod e charta colligi potuit, ad illustranda documenta, ad definienda loca, ad explicanda verba est

neglectum, iis tamen opportune omissis quae ad ostentationem eruditionis vanae et inutilis solent esse. Atque ita insignes illi scriptores id sunt meo iudicio assecuti, ut opus ederent cum primis comparandum, historiam episcopatus et totius agri forocorneliensis eximie illustrarent, diplomaticis item ac studiosis plura et certiora suppeditarent.

Horum utinam exemplum sequantur nostri in omnibus civitatibus, praecipue parvis, quas qui exploret difficulter reperias, in iis tamen multa sunt memoratu digna aptaque ad historiam nostram, variam ut eorum qui eam efficiunt populorum mentes animique. Nemo vero neget opus imitandum, quod tanto labore, tanta abstinentia, tanto denique rerum antiquarum studio contineatur.

Albanus Sorbelli.

PRAEFATIO

Chartularium, quod Imolense inscripsimus, omnia et sola documenta quae saec. XIII antecedunt et in Imolensibus tum publicis tum privatis tabulariis seu archivis continentur, integre exscripta praebebit. Duobus constabit voluminibus; quorum hoc prius documenta, quae in Archivo S. Cassiani exstant, profert; posterius vero, iam sub prelo, quae in reliquis minoribus archivis inveniuntur, rerum gestarum studiosis mox exhibebit.

Urbs Imolensis, antiquitate nobilis, historica narratione omnibus numeris absoluta adhuc caret; attamen copiosissima obtinet monumenta, quibus illa facillime absolvi possit. Horum magnam partem quamvis Antonius Ferri presbyter, historiarum imolensium scriptorum facile princeps, sua in Regesta, quae in Bibliotheca municipali manu scripta servantur,[1] studiose congesserit, unde recentiores rerum nostrarum scriptores unice, sed non plene ut erant res, hauserant; tamen tum quod ea neque perfecta neque certa omnino censenda, tum quod paucis admodum haud facillime

[1] A. FERRI, *Memorie storiche d'Imola*, voll. I-V. Si plura quaesieris de hoc et aliis tredecim operibus manu scriptis ab Antonio Ferri super variis argumentis historiae imolensis, quae sunt in eadem Bibl. municipali, cf. R. GALLI, *I manoscritti e gli incunaboli della Bibl. comunale d'Imola*, Imola 1894.

praesto sunt, ideo nos, uti plurimorum doctorum hominum erat in votis, vel patriae amore, vel studiorum commodo acti, historiae thesauros urbis nostrae in lucem prodere aggressi sumus.

Cum autem multae rationes ad hoc opus perficiendum nobis paterent, hanc tandem viam arripiendam duximus, ut, morem secuti perquam illustris Instituti Historici Italici, praetermissis documentis quae saec. XII excedunt, anteriora non regestorum forma, sed integre in vulgus emitteremus. Quanquam enim regesta historiae generalis Italicae studiis sufficiunt, non ita tamen nostrae civitatis, cuius quidem utilitatem praecipue spectantes laborem suscepimus, cum notae loci propriae, quae saepius in particulis abduntur, regesta effugiant.

Quo igitur magis facilis ac fidelis transcriptio evaderet, neque argumenta affinia disiungerentur, archiva distincta servavimus, statuentes ut in fine secundi voluminis index omnium documentorum regesta ordine chronologico disposita, actorum successionem confestim quaerenti praeberet.

In documentis transcribendis edendisque iis quam maxime usi sumus legibus quas pro Regestis chartarum Italiae idem Institutum Historicum Italicum suis editoribus proposuit, mutatis tantum quae nostris chartis nostraeque diversi generis editioni magis consentanea sunt visa. Alineas, quas originale praebebat, servavimus, eiusque verbales formas fidelissime sumus secuti, lacunas ob chartae defectus, tantum cum certissime potuimus, supplentes; atque raro in notis mendas et loca obscuriora correximus vel illustravimus, cum inter omnes constet id temporis, tabelliones nostros vulgari latino usos esse, quod initium linguae italicae

potissimum indicat, quodque philologiae cupidis documentum est maximi pretii.

Praecipuam rationem habuimus notarum dorsualium eiusdem notarii manu scriptarum, nonnullas referentes integras, sive quo magis redintegraretur instrumentum, sive quod eis literaria redactio aberat: omnium autem protulimus annorum vel dierum discrepantiam, in contrahentibus, in hominum, locorum, textuum nominibus etc.; ob eamque causam inutile nobis visum est, iudicio etiam peritissimorum fretis, eas omnes integras edere. Notae dorsuales in documentis imolensibus sunt usque ad dimidiam fere partem saec. XII: notarii postea brevibus regestis pro notis usi instrumenti naturam indicarunt. Ratio item habita est omnium ceterarum notarum aut dictionum vel eiusdem notarii manu vel aliorum temporibus posterioribus scriptarum, ex quibus nonnihil utilitatis ad haec studia incumbentes essent consecuturi.

Regesta cuilibet instrumento praeposita et subsequentes notae latino sermone exarata sunt, ut eiusdem naturae exsisteret opus et exteris quoque lectoribus, quorum ipsum valde interest, facilius latiusque inserviret. Regestis praemisimus ipsius instrumenti numerum ordinis, qui in secundo volumine continuabitur, locumque ac diem hodierno more notavimus. Notae ad calcem positae signaturam archivi referunt, originale an exemplar, chartae longitudinem et latitudinem maximam, eiusque peculiares notas, si quas habet, notatu dignas. Quibus notitias bibliographicas addidimus, cum instrumentum vel integre vel sufficienti regestorum forma ab aliis iam editum erat. Seorsum notae sequuntur ipsum instrumentum, opportunitate data, illustrantes.

Ad res omnino perficiendas in fine secundi voluminis lector inveniet copiosos indices eosque accuratis-

simos simul praebentes: 1.° Regesta, ut superius diximus, ordine chronologico disposita; 2.° Notariorum, 3.° Hominum et locorum nomina; 4.° Glossarium; ut opus facillimum evadat studiose legenti ac pervolutanti.

Quantum hoc quoque Imolense Chartularium utilitatis et adiumenti sit praebiturum tum disciplinis literariis ac scientificis tum praecipue historiae sacrae et profanae dicere alienum videtur, cum id ex aliis haud paucis huiusce generis operibus in vulgus editis appareat; multoque id magis, qui quibus temporibus documenta nostra contineantur penitus prospexerit, sibi persuadebit. Ut omittamus quae ad historiam eorum temporum, Ecclesiae Romanae, Romanique imperii declarandam pertinent, hoc unum satis erit dicere, civitati Forocorneliensium hac nostra indagatione, hoc opere laborioso vetustissima ac praecipua rerum suarum documenta tandem excitari quibus, quae per tria fere saecula in oblivione iacuerunt, rerum et hominum vices, ratio et conversio rerum publicarum, bonorum divisio et transmissio, tota denique vita hominum publica et privata in hoc agro antea Corneliensi, postea Imolensi appellato, e tenebris in lucem evocentur planeque declarentur ac fundamenta iaciantur totius insequentium saeculorum historiae.

Quid vero utilitatis quidve luminis ex documentis imolensibus palaeographicae redeat disciplinae, cum in editione non adnotetur, hic breviter exponendum putamus. In chartis saec. X et XI litera praevalet neo-ravennatensis cursiva; saeculo vero XII scriptura, quam carolingiam vocant, minuscula praestat capitalibus literis permixta summae interdum pulchritudinis; quae tamen eo labente saeculo paulatim frigescit, ad gothicam insequentis saeculi declinans. Chartae tres anti-

quissimae in fine primi voluminis heliotypice expressae quatuor tabulis proponuntur: duae quae tantum exstant saec. x; tertia anni 1019, instrumentum et notam dorsualem spectanda praebet, ne originale, quod ob multas lacerationes vix legi potest, omnino pereat, et exemplar notarum dorsualium imolensium prae oculis habeatur.

Quod ad annos, notarii imolenses utuntur fere omnes computatione Incarnationis; saec. x-xi indictione graeca, cuius extremum exemplum habetur anno 1145, eique ineunte saec. xii romanam sufficiunt, non raro inter duas ancipites, ideoque errantes, in annis potissimum bissextis. Quamobrem in annis ambigitur nonnunquam, cum coniici non semper possit quae computatio sit adhibita; tamen credimus annos qui a Christo incipiunt sequendos praecipue. Dies vero indicant persaepe vocabulis introeunte et exeunte mense, quod non bene animadvertentes ordinatores archivorum imolensium saec. xviii, instrumenta ipsa per errorem saepe disposuerunt; neque ideo qui eos secuti sunt fidere licet rerum scriptoribus. Nonnulla instrumenta notatione loci carent, quam extrinsecus vel ex affinibus adiunctis ante regesta supplevimus. Permulti imolenses notarii signum proprii tabellionatus omittunt, multi autem ita incerte atque foede delineant ut liceat de eorum signo dubitare. Notam enim uti propriam initio instrumenti capitalem literam *I* ponunt, qua alius ab alio facile distinguitur. Post medium saec. xii quilibet notarius etiam ex commentitiis et inusitatis lineis vel figuris ad calcem instrumenti suppositis certissime agnoscitur. Subscriptiones testium crux non semper praecedit; ipsaeque tum autographae tum manu ipsius notarii exaratae sunt. In editione crux repetit crucem originalis; subscriptiones autographae *(A)* vel *(Aa)* indicantur.

Quod ad notariorum modum scribendi attinet nostramque transcribendi rationem, varia sunt notanda. Plures notarii verba delenda signant punctis supra et infra positis, nonnulli supra positis tantum; diphthongum *ae*, praecipue ante medium saec. XII, saepiusque postea in actis solemnioribus ę exprimunt, at non semper recte; quam tamen figuram in editione servavimus: rarissime vero formam *ae* adhibent. Pro *z* multi *ç* semper scribunt; quam literam signo *z* simpliciter exprimendam censuimus, cum in eisdem notariis nunquam diversus usus duarum literarum inveniatur.

Forma abbreviata peculiaris chartarum imolensium videtur $\overline{cta}$ = *supradicta* pro *suprascripta* saepe adhibita; $\overline{sta}$, quae saepius labente saec. XII adhibetur, *suprascripta* indicat; sed non raro, si usum notarii alias omnibus literis scribentis inspexeris, fortasse etiam *supradicta*. Neque raro errata formula: *omnia que superius legitur*, occurrit, quam vero siglis indicatam *omnia que superius leguntur* transcripsimus, cum non desint rectae formulae exempla. Inter *c* et *t*, *i* cum alia vocali sequenti, ancipites sunt saepe notarii, itemque in *auctoriare* et *auctorizare*; in huiusmodi verbis siglis expressis usum secuti sumus communiorem cuiuslibet scribae. Pronomen *mihi*, semper *michi* invenitur, cum omnibus literis est scriptum, quod tantum comperimus post primos numeros editos, ubi *mihi* forma usi eramus. Sigla denique $X\bar{p}$.., Christus, Christianus, Christina etc. semper solvere maluimus, quamvis rara exempla omnibus literis expressa coniicere sinant tabellionem, litera *h* omissa, solvisse.

Primus huius operis edendi consilium mense septembri anno 1908 mihi infrascripto iniecit rev.mus d. Godofredus Zaccherini imolensis capituli S. Cassiani

archidiaconus hac mente, ut ad antiquissima S. Cassiani archivi documenta in integrum edenda operam viribus collatis conferremus. Cum id temporis in opere perficiendo quod nuper editum est de re franciscali,[1] totus essem, aliquandiu rem suscipere cunctatus sum. Interea dum ratio editionis examini subiicitur, cl. doctor Caesar Manaresi, Mediolanensi Status Archivo addictus, eodem anno mense decembri Imolam venit nobisque proposuit eadem S. Cassiani documenta sub cura Italici Instituti Historici inter Regesta Chartarum Italiae simul edere. Id placuit; neque vero ad conventiones ventum, proposita enim nobis partium divisio haud conveniens visa est; quare pactionibus rescissis, ad primum consilium reversi sumus, cui hoc ego addidi ut in altero volumine documenta quoque aliorum imolensium archivorum ederentur opusque nostrum Chartularium Imolense inscriberetur. Qua in re maxime eluxit munificentia rev.mi d. Godofredi Zaccherini, qui optime de re historica et patria merens, cum de suo totam editionem exsequi statuisset, regesta confecit, notas revisit una denique mecum documenta et typographicas schedas diligenter comparavit. Ego vero pro mea parte omnia documenta transcripsi notisque illustravi, totum laborem uno tenore absolvens, ut textuum redintegrationes, quae fieri possent, faciliores exsisterent aliorum documentorum ope, quae tum in manibus habui, et una eademque transcriptio evaderet.

Archivum S. Cassiani cuius documenta usque ad totum saec. XII in hoc volumine proferuntur, maximi

[1] *I frati Minori in Imola e i tre ordini fracescani nella città e diocesi imolese,* Quaracchi presso Firenze 1911.

est momenti inter imolensia archiva, tum numero chartarum, tum earum antiquitate. Quas iam Antonius Ferri ineunte saec. XVIII disposuit, in undecim series seu fasciculos distinguens, ita vero, si saecula spectentur:

2	pertinent	ad	saec.	X
19	»	»	»	XI
467	»	»	»	XII
614	»	»	»	XIII
161	»	»	»	XIV
62	»	»	»	XV
71	»	»	»	XVI - XVIII.

Inter has autem non enumerantur chartae fasc. X qui 82 fragmenta continet, quorum nonnulla saec. XIII anteriora in hoc volumine sunt edita. Ideo usque ad finem saeculi XII pertingentia sunt 478 instrumenta, quae tamen ordine ab Antonio Ferri disposito non in vulgus edimus, cum quod ad dies, ut iam supra diximus, ipse aliquando errasset ac nonnulla documenta sint duplicata aut eadem charta duo simul contineantur. Ipsius vero ordinem, qui etiam hodie in archivo viget, ad calcem cuiuslibet documenti protulimus. Antonius Ferri transcripsit duo quoque documenta saec. X,[1] aliorumque regesta semel et bis desumpsit, quae omnia in primo volumine ipsius operum manu scripta in Bibl. municipali servantur.[2] Canonicus demum Franciscus Maria Mancurti, postquam Antonius Ferri disposuit, omnium nominum et locorum quae in S. Cassiani chartis sunt, indicem, quamvis imperfectum,

[1] Cf. op. cit., vol. I, pp. 1-12 et 18-21 Haec duo prima documenta transcripta etiam inveniuntur in *Raccolta di documenti e notizie d'Imola* (*a cura di* DOMENICO ANDREINI), (Op. ms., an. 1835, apud comitem Carolum Zampieri), tom. I, pp. 612-7.

[2] Ibi, pp. 13-269 et 320-607.

redegit, quem in eodem archivo manu scriptum reperimus. De isto archivo, si plura quaeras, cf. R. Galli in G. Mazzatinti, *Gli Archivi della storia d'Italia*, vol. I, pp. 186-92.

Addimus quoque ex documentis huius primi voluminis, dum id prelo suberat, quatuor ab aliis edita esse. Rev.mus nam d. Aloisius Baldisserri, imolensis canonicus, duo documenta (nn. 150, 189) edidit non integre;[1] duo vero saec. x (nn. 1-2) Caesar Manaresi, de quo supra locuti sumus.[2]

De ceteris imolensibus archivis, quae octo exstant, quorum documenta in secundo volumine Chartularii ordine maioris momenti proxime edentur, in praefatione dicti voluminis verba faciemus; et de ratione in indicibus servata etc. loquemur, omnibusque benificentissimis et egregiis viris, quorum vel hortatu vel consilio hoc nostrum opus est benigne adiutum, gratias et agemus et habebimus.

Imolae, e coenobio S. Mariae de Gratiis,
mense novembri anno 1911.

P. Seraphinus Gaddoni
O. F. M.

[1] *L'episcopato imolese nel sec. XII* in *Rivista storico-critica delle scienze teologiche*, Roma, F. Ferrari, a. VI, fasc. 7-8, luglio-agosto 1910, pp. 591, 593.
[2] *Le pergamene imolesi del sec. X*, Imola 1910.

NOTANDA

(A, Aa). = Autographa, ae.
BV. = Bene valete.
[M]. = Monogramma.
ND = Nota dorsualis.
NT = Noticia testium.
R. = Rota.
[ST] = Signum tabellionatus.

† = crux in textu.
(?) = transcriptio dubia.
| = versus.
[ ] = redintegrata.
⟨ ⟩ = a scriba omissa.
* * = lacuna in originali.
... = lacuna ex chartae detrimento.

ARCHIVUM

SANCTI CASSIANI

1.

[Ad S. Cassianum], 19 novembris 964.

Albericus diaconus sanctae Corneliensis Ecclesiae et abbas monasterii xenodochii S. Vitalis pertinentias monasterii eiusdem dat in emphytheusim Adalberto Acio filio Ioannis de Carsizio.

† In nomine Patris et Filii et Spiritu⟨s⟩ Sancti. Anno Deo propicio pontificatus domni nostri Leo summi pontifici et universali pape in apostolica sacratissima beati Petri sede | anno primo, sitque regnante domno nostro piissimo perpetuo agusto Otto a Deo coronato pacifico magno imperatore anno quarto, die nono decimo mensis novenber, indicione octava. | Ea que diu tractantur et bonis moribus ordinantur ne in oblivionis rem, quem deliberanda est, tradantur, verbo, acto, scripture nesibus opor|te confirmari. Et ideo ego Albericus diaconus sancte Corneliensis Ecclesie et abbas monasterii e xenedochio S. Vitalis, quoniam certu⟨s⟩ atque manifestu⟨s⟩ sum, quia merui enfiteosin de iamdicto monasterio S. Vitalis cum omni pertinencia sua de ceteras locas, quamque de omnes sortes vel porciones quantacumque ante os tempus tenui Urso | qui vocabat⟨u⟩r Cervio per livello a iura ipsius monasteri, et alia sorte quem tenui Romualdo quem fui de Inga, quem per livello tenui a iura iamdicto monasterio, que sunt | posite in fundo Fusiniano cum suis iustis et certis lateribus, et concedimus una mansione que est edificata in monte castro Imola, quem modo detinet | Iohannes Balbo, que est comanes [1] in Aguciano cum suis iustis et certis lateribus:

ab uno latere tenente Raimbaldo diacono, ab alio latere muro ipsius castro, a tercio latere tenente | Iohannes faber per livello de ipsius iura, adque a quarto latere exoito percurrente, quem per enfiteosin tenemus a iura episcopio S. Cassiani, de quas autem placue | mihi suprascripto Albericus diaconus puro corde puroque consilio ac sincera bona volumtate refundere, et refundimus, transferrimus adque transferrere | ad presenti die de [nostr]a enfiteusin vobis Adelberto, qui vocatur Acio, filio Iohannis consulo de Carsizio, idest predicte sortes et mansione ut a presenti die | in vestra quo fui super denominato [fundo p]otestatem abeatis, teneatis, possideatis, ita ut pro suprascripte sortes et mansione omne marcio mense reddere de|beatis in suprascripto monasterio dinarios II, et in suprascripta sancta Corneliensi Ecclesia dinarium I, pensio, ut dict⟨u⟩m est, infra indicionem persolvatur, quia ob dixi quem per enfiteusin tenemus. | Quod si, cum absit et avertas divina potencia, si quoque tempore nos, quorum super denominatis meisque successoribus exinde qualibe causacione, aut re|quisicione immovere voluerimus in contra vobis iamdicto Adelberto, aut minime defensaverimus ad quamvis persona, aut contra anc pa|ginam refusionis ire, aut causare presumserimus per quodvis ingenio, quia daturo me promitto ego Albericus diaconus una cum meis successoribus vobis | Adelberto ante omnis litis inicium, aut interpellacione pene nomen auri ebrizi unci⟨as⟩ sex, et post pene solucione, manente anc paginam refusionis | in sua valea⟨t⟩ et persixtere firmitatem. Quam [a]bsque ullo dolo, vim, met⟨u⟩m et circumvencione censante Ursus presbiter et notarius sancte Corneliensis Ecclesie | scribendum dictavimus adque rogavimus, et supter manibus nostris propriis signum sancte crucis fecimus, et testibus a se rogitis optuli supscribendum | sub die, mense et iindicione suprascripta octava.

(Aa). ☧ Albericus diaconus sancte Corneliensis Eclesie in anc refusione manu mea subscripsi.

† Lazaro filio Iohannis in anc refusione manu mea subscripsi.

[†] Guarino filio Lazaro in anc refusione manu mea subscripsi.

† Oddo filio conda Oddoni in anc refusione manu [mea subscripsi].

† Guibertus filio Doto in anc refus[i]one manu [mea subscripsi].

† Iohannes filio An[dr]ea in a[nc] refusione manu mea subscripsi.

† Ursus presbiter et notarius sancte [Corne]liensis Ecclesie scriptor uius paginam refusionis de suprascripta omnia, sicut sup⟨ra⟩ legitur, post robora|ta coram testibus tradita [co]mplevi et absolvi.

[N]oticia	testium	iodest :
Lazaro	Glarino [2]	Oddo
Guiberto	Iohannes	[testes].

Fasc. I, n. 1. - Orig., mm. 450×330. Charta est aliquantum scissa et perforata in lineis 11, 12, 25-8, 31. Inter lineas 4 et 5 Ferri nonnulla instrumenti ipsius verba interscripsit. In versu, manu saeculi XII Castri Immole. *Vide in fine tabulam n. I. — Mazzatinti, I, 187.*

[1] *Pro* comunes [2] *Pro* Guarino

2.

[Imolae], 19 iulii 984.

Arduinus diaconus Corneliensis Ecclesiae et abbas monasterii xenodochii S. Vitalis Iohanni filio Adalberti Acio de Carsidio concedit in emphytheusim petiam terrae positam in Pasteno S. Vitalis.

† In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Deo propicio pontificatus domni Iohannis summo pontifice [et] | universalis pape in apostolica sacratissima beati Petri apostoli Domini sede anno primo, die nono decimo mense | iulio, indicione duodecima, Corneliensis. Omnibus manifestum est atque congruam racione disposit[um] libenter debere eorum desideriis adnuere pro quibus ad venerabiliorum locis utilitatibus | meliorandique causa proficiunt. Et ideo ego quidem in Dei nomine Ardoinus diaconus sancte Corneliensis Ecclesie | et aba monesterio scenedochio S. Vitalis, vobis presenti in Cristi nomine Iohannes vir clarus filio Adel|bertus qui vocatur Acio de Carsidio, seo filiis ac nepotibus tuis per henfiteuticarie iure a presenti die | concedimus et largimus, seo et confirmamus vobis rem iuris supradicto monesterio scenedochio S. Vitalis; | idest una pecias terra quod est vineata, ab uno tenente se cum ingressi et egressi su[o] | ad perticas decimpedas mensurata est, in per longo perticas viginti et novem, et per traverso de u[no] | caput perticas tredecim, et de alio caput abente perticas duodecim, qui est possita in loco q[ui] | dicitur Pasteni S. Vitalis interr afines

eius: oc est a duobus lateribus fossato circumdato s[uo, a] | tercio latere via publica percorente, adque a quarto latere tenente Rainbaldus que vocabatur de Imilla . . . | . . . [1] Inter istis designatis lateribus re iacet ipsa iamdicta supradicta pecias terra, quod est vi|neata, ab uno tenente se cum ingressi et egressi suo que super legitur, et cum omnibus que infra se et super se | abentem integriter pertinentibus, sicut super legitur, constituto teritorio Corneliensis, plebe ipsius Corneliensis et quoqu[e] | tantum populi finibus, terminis vel omnibus ad easdem pertinenentibus, sicut super legitur. Dum vos omne⟨s⟩ super | nominato seo filiis et nepotibus tuis divina gracia in hanc luce iusserit permanere vita, conce|dimus vobis ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum ex vestris propriis expen|sis seo laboribus, nichilque domnice racionibus in hanc fissa reputantes; prestante coque vos supradicto | denominato petitore, seo filiis et nepotibus tuis indesinenter secundum paginam peticion[is] | vestre, pensio nomine singulis quibusque annis pro predicta et supradicta in omnibus rebus, que super leguntur, omnes marcio mense infra | indicionem, idest in argentum dinari dui, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro quia exinde ac|cepit callciarium in manibus meis supradicto Ardoinus diaconus sancte Corneliensis Ecclesie et aba monesterio scenedochio | S. Vitalis de manibus tuis supradicto Iohannes in presencia coram testibus qui hic subter subcripturi sunt calciarii nomine, idest | libro uno pro solidorum numerum decem et per unumquemque solidum annas dinarios duodecim. Ita et pos⟨t⟩ transitum ve|strorum corum supra denominato, seo filiis et nepotibus tuis munus expletum quandoque Domino su[e] | sancte maiestatis placuerit, tunc tocies dicta et supradicta is omnibus rebus, que super leguntur, cultas, laboratas, defensa|ta et in omnibus meliorata, vel quiquid inibi auditum [2] melioratumque fuerit ad ius dominiumque sancto nostro mone|sterio scenedochio S. Vitalis, cui est iura, proprietas revertantur. Iurantes per divina omnia misteria | Sedemque sanctam apostolicam et vitam supradictorum dominorum nostrorum atestacionem meis confirmo, quia quod absi et ab | aliqua contraversia per qualecumque ingenium a me in te factum adque traditum minime defensare | voluero nequiverit, tunc daturo me esse promito ego supradicto Ardoinus diaconus sancte Corneliensis Ecclesie aba | monesterio scenedochio S. Vitalis, una cu⟨m⟩

meis subcessoribus, vobis supradicto Iohannes denominato petitore, seo | filiis et[3] nepotibus tuis ante omnem litis inicium, aut interpellacione, pene nomine auri ebrizo uncias | duas, et pos⟨t⟩ pene solucionis maneat hanc paginam henfiteussin, sicut super legitur, in sua valeat persistere fir|mitate. Quam vero paginam scripta per manum meam Iohannes in Dei nomine tabellio uius teritorii Corneliensis scrivendum rogavi sub die, mense et indicione | supradicta duodecima, Corneliensis.

(A). † Arduinus diaconus et abba monasterio senedochio S. Vitalis uhic painam enfiteosin | de omnibus, sicut sup⟨rà⟩ legitur, a me facta subscripsi manu mea et testes scribere rogavi et suprascripto callciarium a me | recepi.[4]

(A). † Petrus presbiter et serviens aeius a suprascripto monasterio uhic pahinam infictiosin de omnibus, sicut sup⟨e⟩rius leitur, manu mea subscripsi.

(A). † Ugo filio quondam Petrus uic painam enfiteosin de omnibus, ut supra legitur, rogatus ⟨testis⟩ subscripsi.

(A). † Guarino filio Lazaro uic painam enfiteosin de omnibus, ut supra legitur, rogatus testis subscripsi.

† Teucio tabellio de civitate Faventina huic painem enfiteussin de omnibus, ut super legitur, rogatuss testis subscripsi.

Singnum † manus mea Geiorgio filio quondam Andrea qui vocatur de Nivula rogatus teste at omnia supradicto cui reletum est.

Singnum † manus mea Geiorgio filio quondam Davit rogatus teste at omnia supradicto cui reletum est.

† Iohannes tabellio uius teritorii Corneliensis scriptor huius paginam henfiteosin de omnibus rebus, sicut super legitur, pos⟨t⟩ robo|racionem testium complevit et absolvit.

Noticia	testium	idest:
Ugo	vir clarus	testis
Guarino	vir clarus	testis
Teucio	vir clarus	testis
Geiorgio	vir clarus	testis
Geiorgio	vir clarus	testis.

I, 2. - Orig., mm. 595×226. Charta est aliquantum obsoleta in marginibus. Vide tabulam n. II.

[1] *Addita in marginibus verba legi nequeunt.* [2] *Pro* additum [3] *Orig. refert* et et [4] *Nonnulla huius subscriptionis verba lectu difficiliora interpretati sumus instrumenta consimilia conferentes.*

3.

Rochictae apud Tauxignanum, 3 februarii 1017.

Maria vidua Adalberti de Rochicta eiusque filii cedunt Griffo Brizo et Ioanni filiis Ingelberti Ingizo totam et integram terram positam in massa Agrisae, terram sitam in Planello in loco qui vocatur Latere, et aliam petiam in loco qui dicitur Ronco li Boncani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Deo propicio pontificatus domini Benedictus summi pontifice et universale pape in apostolica sacratissima beati Petri apostoli sede quarto, [1] sitque imperante domino piissimo perpetuo agusto Enricus a Deo coronato, pacifico, mangno imperatore in Italia anno tercio [et die ter]cio intrante mense februarii, indicione quinta decima, in fundo Coragnano, loco qui vocatur Rochicta, territorio Corneliensi. Omnis enim cessionis, securitatis, quanvis solo verbo ma[nere] poteest, set hab oc necesse est scripture vinculo adnotari nec vergencia temporum oblivionis mandentur et iurgia generentur. [Et] quoniam profitens profitemur nos quidem in Dei nomine Maria clara femina, relicta quondam Adalberto qui vocabatur de Rochicta, et Ugo et Rolando et Al[berto] germani filii eius per uius pagine nostre vocis, cessionis, pro[fer]sionis, trasfersionis inrevocabilis adque impenetibilis cessionis, securitatis nostre pagina vobis presentes in Christi nomine Griffo qui vocatur Brizo, et Alfrido et Iohannes germani filii quondam Ingelberto qui vocabatur Ingizo, nepotis et cim . . . . . nis et consangu[ineis] nostris et in vestrisque filiis, eredibus plenaria cessione et securitate mitens et mitimus vobis totam et integram [terram] que [v]os habere, tenere, possidere visi estis in massa Agrise, que ante os dies recta et laborata fuit per quondam Petrus qui vocabatur Capo-[pillo] a iura quondam supradicto Ingelberto genitore vestro, avio et socro nostro; et mitens e mitimus vobis trex peciole terra laboratoria et una de vi[nea] site in supradicta massa Agrise iusta mansione de Iohannes Capopillo, trex alie pecie terra que nos habere, tene⟨re⟩ visi sumus, una vo[biscum]...

terra loco qui dicitur Planello, loco qui vocatur Latere, alia pecia posita subto via in loco qui vocatur Ronco li Boncani, tercia vero pecia que [vobis] cum . . . . abere, tenere visi sumus, et que nobis pertinet in loco qui vocatur Furnii, et ubi ubi de supradicta res, que super legitur, in antea invenire [po]tueritis et cum omnibus a supradicte pecies terre in integrum pertinet, tunc tocies ipsius rebus, que super leguntur, cum terris et vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, sacionabilibus, sive cum arbustis, arboribus pumimferis et infrutiferis diversisque generibus, vel cum omnibus ad earum locarum g[enera]liter et specialiter, integriter pertinentibus, vel subiacentibus sibique subiuncti sunt cum omnibus sibi pertinentibus in integrum, sicut super legitur, [constitu]to territorio Corneliensi, plebe S. Marie castro Tausiniano, una cum suis iustis et certis interr afines eius, ut in omnibus re[bus] liceat vobis supradicti germani potestative in is omnibus rebus, que super leguntur, habere, tenere, possidere, introire, preocupare atque ingr[ede]re potestate per ec paginam cessionis, trasfersionis, securitatis a nnobis in vobis facta adque tradita, tamquam per legiptima et nostra corporale tradicione, quamque eciam per istium nostro misso isto presente Iohannes qui vocatur Mauro, que nostris manibus in vestris mictimus [in presencia] testium qui ic subter subscripturi sunt, ut illuc pergat ab illa res et corporaliter vobis trada atque investia in nostra vice cum tramite habendi dominium et potestate habeatis, teneatis atque possideatis, eciam vindendi, donandi, vel comutu[andi], et more quod volueritis exinde [faci]endi fiantur de proprio in propria, in proprio p[o]ssideatis, conduticia vero res licencia habeat[is facie]ndi quod melius potueritis, a salva annua persolvendi a iura unde existunt, quantum vobis exinde pertinuerit; pro quia vos suprascripti Gr[iffo] et Alfrido et Iohannes fecisti nobis pari modo per alia vice cartula cessionis, securitatis da vobis in nobis facta et scripta per manus meas Bonizo t[abellio] de territorio Faventino. Idest totas et integra res et pertinencias nostras quantascumque ante os dies habere, tenere, possidere viso fuit q[uondam] Alberto genitore nostro, et modo nobis tenere visi sumus de ipsa res, que fuit de quondam supradicto Ingelberto genitore vestro, avio et socro nostro, que [est] posita in [fundo] Pulorum, fundo Runcorum, vocabula sunt in supradicta massa Agrise; et in fundo Coragnano et in rio Cavo, et in loco qui vocatur Ponte, et in loco qui dici-

tur Faito,[2] et in loco qui vocatur Arsizulo, et in fundo et loco qui vocatur la Murana, et in loco qui vocatur Tribbo, et in loco qui dicitur Gamillone, et ubi ubi de supradicta res in antea . . . potuerimus (in)fra plebe S. Marie castro Tausiniano, cum terris et vineis, cum omnibus sibi pertinentibus in integrum, sicut super legitur, supradicta constituta plebe S. [Marie] castro Tausinia[no] . . . . . . inter nos intencio aut calumnia, nisi sola pax et caritas, que nostris amicis utportunum pace deducere . . . parare visunt . . . . . . inter nos, sicut inter suos sanctos apostolos donare dignatus est. Et hab odierna die nunquam [liceat nobis [supradicti trasfersores Ugo et R]olando et Alberto germani filii eius, neque nostris filiis, eredibus, ullo umquam in tempore quamvis exinde [mo]vere questicione, repeticione [aut] causacione vel interpellacione ullaque molestia generare in contra vos supradicti germani, neque [contra] vestrisque filiis, eredibus, pro ea omnia, que super leguntur, pro ex parte vel ex totum nunquam agimus neque contendimus, aut invadimus, vel inocupamus, neque agendum desindere audeamus per nulla ocansione neque ingenium de quod sensus humanus atingere poteest, set in omni tempore [se]curi et quieti exinde maneatis in omnibus. Quod si, quod absi et avertas divina potencia, et omnia, que super leguntur, non observaver[imus], vel adimpleverimus, contra ec ire, vel agere, aut contendere voluerimus per qualibet modum, vel titulum pro quibus iurata vocamus per Dominum omnipotente Sedemque sanctam apostolicam et vita supradictorum dominorum, nostre atestacione confirmamus, quia daturi nos esse promictimus [nos] cum nostris filiis, eredibus a vobis supradicti germani, a vestris filiis et eredibus ante omnis litis inicium aut interpellacionem, pene nomine auri ebrizo libras una, et post pene soluta maneat anc paginam cessionis, transfersionis in sua firmitate. Quas vero paginam scripta per manum meam Boniz[o] in Dei nomine tabellio de territorio Faventino, scribendum rogavimus, in quam et nos subter manus nostra propria firmavi, quamque et singnum sancte crucis f[e]cimus testibusque a nobis ro[gatis ob]tulit roboranda eorumque presencia ea vobis supradictis (?) con tradidit unus alterius sub die, mense, indicione supradicta quinta decima, [Corneliensi].

† Singna ma[†nus supradicta Maria iam]dicta transfertrice ad omnibus, ut super legitur, cui relectus est et testibus suscribere rogavi.

(A). † Ego Ugo in ac pa[ginam] cessionis a me facta manu mea subscripsi.

† Singno ma†nus supradicto Rolando iamdicto transfersore ad omnibus, ut super legitur, cui relecta est, et testibus suscribere rogavi.

(A). † Ego Alberto in a paginam cessionis, a me facta testis manu mea subscripsi.

(A). † Teucio filio Teucio uic paginam cessionis, securitatis de omnibus, ut super legitur, rogatus testis subscripsi.

(A). † Alberto filio Iohannis uic paginam cessionis, securitatis, de omnibus, ut super legitur, rogatus testis subscripsi.

† Singno ma†††nus Iohannes qui vocatur Mauro et Martinus filio quondam Petrus qui vocatur Capopillo et Petrus filio quondam Alberto qui vocatur Ba . . rogatis testes ad omnibus, ut super legitur, cui relectus est.

[† Ego] Bonizo tabellio de territorio Faventino scriptor sum uius paginam cessionis, securitatis de omnibus, ut super legitur, post roboracione testium tradita [complevi et absolvi].

[Noticia]	testium	idest :
[Teucio]	vir clarus	testis
[Alberto]	vir clarus	testis
[Iohannes	vir clarus]	testis
[Martinus	vir clarus]	testis
[Petrus	vir clarus]	testis.

I, 5. - Orig., mm. 480×260. Charta est ita lacera, perforata et avulsa in margine inferiore ut pluribus in locis legi nequeat. Quae desunt reposuimus contextum et documenta consimilia interpretando. In versu XD *legi nequit.*

[1] *Annus quartus pontificatus Benedicti VIII respondet anno 1016.*
[2] *Fortasse inter* i *et* t *deest aliqua littera.*

4.

[Ad S. Cassianum], 26 decembris 1019.

Instrumentum quo coram episcopo Paulo et omnibus cleri ordinibus refutantur terrae Solarioli et Sassi hablarii.

. . . . temporibus domini nostri Benedictus papa, sede septimo . . . . | . . . . [Henrici impera]toris anno sesto,

die vigesimo sesto mensis dece[mbris, indictione tercia] .... | .... in domo .... hubi dominum Paulus episcopus residere videmus. Plura enim .... | .... temporibus memoriter retineri non possunt et ideo scripture [vinculum necesse est | anotari, ne vergentia] temporum hoblivionis mandentur et iurgi[a] ..... lentur .... | .... Christi auxilium, et quoniam dum inventus fuisset Georgius quidem in Dei no[mine] .... | .... [Cor]nelliensis in suprascripto loco et cum ... . in bonissimis atque in iustissim[is] .... | .... is bon ... lis fam ... ri in .... est. Idest in primis .... | .... religiosissimorum atque ... pientissimorum gracia Dei episcopus san[cte Cor]neliensis Ecclesie .... | .... presbiter et Halbertus presbiter et Georgius presbiter et Iohannes presbiter .... | .... et Cassianus presbiter et Petr[us presbiter] et ... dia ... Guido .... | .... [sancte Corn]elliensis Ecclesie et Dominicus diaconus et Petrus diaconus et ... . | .... subdiaconus et ..... subdiaconus et Iohannes subdiaconus ... | .... [Mar]tinus acolitus. Hec est prenominato ordines quo .... | .... in presencia alios [v]iros, idest: Albertus .... | .... [fi]lio quondam ... Guarino qui vocabatur de Salustra et Petrus filio quondam .... | .... filio ... et Albericus filio quondam Petrus qui vocabatur de Albezo et Arduinus qui vocatur [de S. Geminiano] | .... qui vocabatur Savio, et Arduino et Alboino et Blanco totis germanis, Petrus Russo et Iohannes [et Martinus qui vocatur Se ...] .... | .... filiis eius, Cito, Geboino et Petrus filio suo, Petrus qui vocatur de Brun[co], et Iohannes tabellio de c[ivitate Cornelliensi, | et Petrus] de Archipresbiter, Urso qui vocatur Mendolo, et Ingezo qui vocatur de Iuvenali .... | .... et me presente predicto Georgius tabellius de civitate Cornelliensi et haliis plures .... | .... qui longum est ad scribendum. Et cedens suprascripto Acio archipresbiter .... | .... manibus suis et misit in manibus predicto Petrus archidiaconus ... . | .... [filiu]s quondam Veneticus quod est avocatores eius cunctorum predictorum ordi[num ecclesiasticorum] | .... de meis manibus in vestris mitto manibus, cedo seo refuto in ... . | .... inaque pro meisque subcessoribus qui modo sunt vel in antea in futuro tempore .... | .... S. Marie que vocatur in Salustra tam pro vos predicti recipitoris sive avocato[ris] .... | .... ordines eiusdem ecclesie Cornelliensis

presbiterorum, diaconorum, subdiaconorum sive acolitorum, idest tro.... | .... que c..s aliorum quorum vocabula sunt S[o]lariolo et Sasso hablario et... uri .... | .... is sive cum sepulturibus et cum anime comendicibus earum .... | .... suprascripto Acio archipresbiter, neque per meisque subcessoribus, sicut super legitur, neque per .... | .... [submissa vel submit]tenda persona hominibus maioris vel minoris prop... est nostris .... | .... principibus, neque per ecclesiastica interpellacione, neque per regulam vel in .... | .... neque per nullo modo, nullamque racionis contrarie de quod humanus sensus at[que] ..... | ..... [ingen]ium que superius promisit ego iamdicto Acio archipresbiter tam pro me quam ..... | ..., [sicu]t super legitur, non observaverimus, vel adimpleverimus cuncta que superius pro[misimus] ..... | ..... ur, et si contra hec ire, agere vel contendere voluerimus, tunc promit[timus] ..... | ..... pene nomine ego suprascripto Acio archipresbiter una cum meisque subcessoribus ..... | ..... Guido presbiter et Petrus qui vocatur Veneticus avocatore, sicut super legitur, ... | .... suprascripto ordine sex denarios veneti quorum libras numeratas vigi[nti] ..... | ..... in presencia cunctorum suprascriptorum bono[rum] hominum ceperunt dicere res p....... | ..... cepi verum et deprecor nos nostrisque his suprascriptis in futuro testimo[nio] .... | .... indicione suprascripta tercia.

(A). [† Ego] Paulus episcopus huici refutacioni et sponsioni prefui et subscripsi.

(A). [† Ego Acio] archipresbiter in ac refutacione manu mea subscripsi.

(A). [† Ego R]aineri filio Albertus [in] ac refutacionis, ut super legitur, [interfui et subscripsi].

(A). [† Ego Petrus] filio Geboino in ac refutacionis, ut sup⟨ra⟩ legitur, interfui et subscripsi.

(A). [† Ego Iohannes] filio quondam Iohannes in ac refutacionis, ut sup⟨ra⟩ legitur, interfui et subscripsi.

(A). † Ego Iohannes filio Iohannes in ac refutacionis, ut super legitur, interfui et subscripsi.

[†] Ego Georgius in Dei nomine tabellio de civitate Cornelliensi scriptor sum huius cartule | refutacionis, sponsionis, hobligacionis, ut super legitur, post roboracionem t[estium] | atque traditam complevit et absolvit.

Noticia	testium	id[est]:
Raineri	vir clarus filio Albertus	[testis]
Petrus	vir clarus filio Geboino	[testis]
Iohannes	vir clarus filio Iohannes	[testis]
Iohannes	vir clarus filio Iohannes	[testis].

I, 4. - Orig., mm. 780×235. Charta nullo fere modo legi potest lacerationibus quae et in textu et in marginibus ab humore occurrunt. Ad integram lectionem nonnihil valet nota dorsualis quam subiicimus:

ND.[1] Die viesimo sesto mensis december, indicione tercia, infra castro in domo episcopi S. Cassia|ni in presencia domni Paulus episcopi, Petrus archidiaconus et Vido presbiter, | Petrus qui vocatur Veneticus pro ex personas cunctorum ordinum ecclesiasticorum eorum | presbiterorum, diaconorum sive subdiaconorum, acolitorum [presencium et futurorum]... filiis | suis Albertus Vinerio filio suo, Petrus filio quondam Santernus, Guarino filio | quondam Guarino, qui vocatur de Solustra, Iohannes qui vocatur de Albezo et Iohannes filio suo, Albericus filio quondam | Petrus qui vocatur de Albezo, Arduino qui vocatur de S. Geminiano, Petrus qui vocatur Fucitarde, | Blanco germani sui, Petrus Russo et Iohannes et Martinus qui vocatur Se..tr.. | et filiis eius et Geboino et Petrus filio suo, Petrus qui vocatur de Brunco et Iohannes qui vocabatur de | civitate Cornelliensi et Petrus de Archipresbiter et Urso qui vocatur Mendolo et Ingezo qui vocatur de Iu[venali] |.. et Iohannes qui vocatur Blanco, Bonezo qui vocatur Gabolo et aliis plures qui longum est scri|bendum.

[1] *In ima parte sub* ND *scriptum est manu saeculi XII* Breve de Laureta et Sasuplario. - *Vide tabulas n. III et IV. Tabula notata n. IV subiicit oculis* ND *qualis revera est, reliquae tres chartam aliquanto minorem.*

5.

[Imolae], 10 martii 1025.

Andreas filius quondam Petri Benbono et Mamula uxor eius Gerardo abbati monasterii S. Donati refutant tres tornaturias vineae iuris monasterii S. Vitalis positas in fundo Buita qui vocatur Stafulo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hanno Deo propicio pontificatus donnus Iohannes papa sede primo, sit[que re]gnan[te] donnus Conradus rex hanni regni eius, die decimo mense marcio, indicione octava, in gualstro [1] monasterio S. Donati, teritorio Cornelliensis. Plura enim existunt pacta que

solo verbo manere potest, sed ab oc necesse est scripture vinculum anotari nec vergencium temporum hoblivionis mandentur et iur[gia] generentur; et ea enim quo bono hanimo hanc spontanea nostra bona voluntate inrefregabiliter promituntur et inviolabili vinculum observantur et committentur. Profitens profitemus nos quidem in Dei nomine Handreas vir clarus filius quondam Petri qui vocatur Benbono et Mamula iugalis per huius pagine pacti, profensionis, sponsionis, refusionis simulque pacti, firmamenti, conveniencie nostre, statutis seo largietatis a presenti die nostre pagine, te presente in Christi nomine domnus Gerardus abbas monasterii S. Donati, in te in tuisque supcesoribus per ec cartule pacti, firmamenti, iuris a presenti die concedistis et largistis seo et [con]firmasti in vobis rem iuris monasterii S. Vitalis; idest trex turnaturie de terra cum vinea super se abentem in integrum ad iustum podismum desingnate quod est a perticas decimpedas mensurate que nobis pertinet per ac cartula pacti ad iura monasterii S. Vitalis una cum ingressu, egressu suo et cum introito et esito suo et cum omnibus que ad supradicte trex turnaturie in integrum sibi pertinentibus, sicut super legitur, qui est posita in fundo qui vocatur Buita qui vocatur Stafulo, quod dicitur Cunio interr afines eius: oc est a duobus lateribus vie percorente, seo a tercio latere tenet Envencirando adque a quarto latere tenet Emmis consortis, inter istis desingnatis lateribus rem iacet ipse supradicte trex turnaturie que super leguntur; ec omnia cum terris et vineis et vincareti⟨s⟩ suis, cum arbustis, arboribus puminferis et infructiferis diversisque generibus et cum omnibus quodcomodo ad se et infra se et super se abente, cocomodo pertinentibus vel supiacentibus, sicut super legitur, constituto teritorio Corneliensis, plebe S. Laurenti; dum tibi supradicto denominato petitore in te et in tuisque supcesoribus, ut super legitur, divina gracia in ac luce iuserit permanere vitam, concedistis nobis eas abendum, tenendum, laborandum, restaurandum, defensandum et in omnibus meliorandum et veniens cum divino adiutorio usque advenientibus ad costitutum tempus que nostro pactum expletus. Et abeatis licencia renovare ad iura monasterii S. Vitalis secundum meliorare potueritis in predicta iura, salva pensione donnica persolvendi, ita sanet ut inferatis donni cesasti a vobis tibi supradicto petitore tuisque supcesoribus, nobis autem dicti ordinatoris vestrisque et eredibus singuli quibusque annis, oc

est pensio redere debeatis pro supradicte rex, que super leguntur omne anualiter, idest in arientum denario uno venetico, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepistis callciarium de manibus vestris supradicti ordinatoris et refusitoris in [ma]nibus nostris supradicto abbati in presencia testium qui ic supter supscripturi sunt callciarii nomine, idest mantellum pro in arientum denariorum veneticorum libras quatuor et per unumcoque solidos anas denarios duodecim. Et nos supradicti ordinatoris et refusitoris huna cum nostris filiis et eredibus, tibi supradicto abbati tuisque supcesoribus, ut super legitur, ab omni persona in onnibus ominibus exinde vobisscum stare et auturiare seve defensare debeamus. Quod si, quod absit et avertas divina potencia, et omnia que super leguntur non observaverimus vel adinpleverimus cumta que super promisimus et adscripta leguntur, et si contra hanc cartula pacti, firmamenti, refusionis ire vel agere aut contendere voluerimus per quenlibet modis vel titulum atestacione confirmamus quia daturi nos esse promittimus nos supradicti ordinatoris et refusitori una cum nostris filiis et heredibus tibi supradicto abbati tuisque supcesoribus, ut super legitur, ante omnis litis inicium aut interpellacionem pene nomine auri obtimi uncie due, et pos pene solutionis manent ec cartula pacti, firmamenti, refusionis, statutis seo largietatis in sua firmitate. Quam vero cartula scripta per manum meam Petrus in Dei nomine tabellio de civitate Corneliensis scribendum rogavi sup die, mense, indicione octava, Cornelliensis.

Singnis † manus mea Maria que vocatur Bona relicta quondam Petri qui vocatur Benbono in ac refusio manu mea firmavi.

Singnis † † manibus nostris Andreas vir clarus et Mamula iugali in oc pacto iamdicti refusitori de omnibus, sicut super legitur, et testes scribere rogavi et manis nostre firmavi et calciariis recipit.

(A). † Iohannes filius quondam Petrus uic cartule refusionis, pacti, sicut supe⟨r⟩ legitur, rogatus testis subscripsi.

(A). † Tebaldo filio Iohannis uic cartule refusioniss, pacti, ut supe⟨r⟩ legitur, rogatus testis subscripsi.

(A). † Benno filio Rodulfo huic cartule refusionis, pacti, ut supe⟨r⟩ legitur, rogatus testis subscripsi.

Singnis † manus mea Martinus Ferarius uic cartule refusionis, pacti rogatus testis subscripsi.

Singnis ✝ manus mea Fuscardus qui vocatur de Bonecepta uic cartule refusionis pacti rogatus testis subscripsi.

✝ Ego Petrus in Dei nomine tabellio de civitate Corneliensis scriptor sum huius cartule pacti, refusionis de omnibus, sicut super legitur, pos roboracione testiun tradita complevi et absolvi.

Noticia	testium	idest:
Iohannes	vir clarus	testis
Tebaldus	vir clarus	testis
Benno	vir clarus	testis
Martinus	vir clarus	testis
Fuscardus	vir clarus	testis.

I, 6. - Orig., mm. 690 × 247. Charta est aliquantum attrita in marginibus lateralibus. In posteriori parte XI) *et haec alia nota scripta manu saeculi XII* Apere pacti de Immola.

[1] *Pro* claustro

6.

Imolae, 24 novembris 1029.

Balduinus filius Teucii de Guinezo donat Remengardae sponsae filiae Girardi de Guinezo quartam partem bonorum suorum post suum obitum possidendam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno Deo propicius pontificatus domini nostri Iohannes summi pontifici et universali pape in apostolica sacratissimi beati Petri apostoli sede anno sesto, sitque imperante domno nostro piissimo perpetue augustus Conrado a Deo coronato pacifico magno imperatore, in Italia vero anni regni eius quarto, die vigesimo quarto mense november, indicione terciadecima, Corneliensis. Dilectissima atque amatissima mihi semper cum omni amore seo dilectionis anc suavitatis intimaque cordis at me nominanda Remengarda honesta puella filia, presente et consenciente Girardo qui vocatur de Guinezo. Ego quidem in Dei nomine Balduinus [1] vir clarus filius quondam bone memorie Teucius qui vocabatur de Guinezo, spons[us . . vo]lentem. Christo placentem vir et donator tuus et futurus in Dei nomine: presens presente salutem magnus don[ator] caritatisque effectum dulcedinis amore

anplexo tunc pleno comu leto hanimo pervenisset probatur, cociens quispiam fuerit consecuta per corum nobiliorum demonstra copulacio et quod donator non revocetur, quam de re et ego corum suprascripta sponsa mea sicut dixit sponsus et donator tuus et futurus in Dei nomine bono animo hanc spontanea mea bona vol[un]tatem nullo me penitus cogentem neque compellentem, aut suadentem vel vi inferrentem, set meis propriis deliberacionis arbitrio do, dono, trado et transfero, seo emancepo te suprascripta sponsa mea per tuo dilectum [a]mabileque matrimonium et ante nupcias donacionis declinavit paginam in perpetuum per futurum posside[re]. Idest ut post namque meum obitum omnis quartam partem mea principale in integrum ex omnibus rebus et posesionibus n[ostris] terris vero et vineis, sive edificiis mobilibus et immobilibus seseque moventibus, quas nunc modo abere vis[sus] sum, vel quot usque a dies obitis meis, Deo auxiliantem, adquirere vel agregare potuero in quolibet locis et territoriis et plebibus constitutos et ubi ubi de meo iure meoque dominium potuerit invenire tam iuris proprietatis mee, quamque de conducticiis de quibus ante omnia, ut super legitur, a me in te decrevit voluntas, habeas, teneas, possideas iuris et dominium tuumque tuum erediumque tuorum imperpetuum, vendecis atque defendatis eciam vindendi, donandi, vel commutuandi et in tuis posteris eredibus vel successoribus cuique voluerit relinquendi plenum dominium de legibus sociaris effectum, contra quam eciam donacionis mee a presente die, ut super legitur, polliceor, nec per me neque per quamcumque opositam fiticiam procurativave persona et non ad eundem iudicii, et non suplicandi principibus, neque per hecclesiasticam interpellacionem, aut per regale, vel imperiale potestatem, neque ullo modo ulloque racione contrarie, quod si, cot absci et auferas voluntatem, quia legibus cautum est ut quod semel donatum vel cassum fuerit ullo modo revocetur, unde pro maioris firmamentum inde iurans, polliceor per Deum omnipotentem, Sedemque sanctam apostolicam, [et] vita suprascriptorum dominorum nostrorum astestacione confirmamus in contra hac presente paginam donacionis quam propria et sincera hanc spontanea mea bona voluntatem feci tibi suprascripta Remengarda dicta sponsa mea nunquam sum venturo, set in perpetuum temporibus inlesa atque ..... conservare et atimplere promitto. Quam circa scripcionem cessi[onis ..... Iohannes] [2] in Dei nomine tabellio de civitate Cor-

neliensis scribendum rogavi et subter manus meas signum sancte crucis feci testibusque a me rogatis obtuli subscribendum sub die, mense, indicione suprascripta terciadecima, Corneliensis.

† Signum † manus Baldus suprascripto sponsus et donatore tuo de omnibus, ut super legitur, at omnia suprascripta cui relictum est.

(A). † Girardo filio Girardo in ac paina rogatus testis subscripsi.

(A). † Belezone filio quondam Teucio in ac paina rogatus testis subscripsi.

† Signum † manus mea Ugo filio quondam Rofo [3] de omnibus, ut super legitur, rogatus testis subscripsi.

† Ego Iohannes in Dei nomine tabellio territorii Corneliensis scriptor sum de omnibus uius cartule [pos]t roboracionem testium tradita compl[evi et absolvi].

Noticia	testium	[idest]:
Girardo	filio Girardo	testis
Bellezone	rogatus	testis
Ugo	filio Rodulfo	testis.

I, 7. - Orig., mm. 590×265. Charta corrupta est in margine dextero lacerationibus variisque maculis quibus hic illic legi nequit.

[1] *In subscriptione* Baldus [2] *Sumpta ex subscriptione eiusdem scribae publici.* [3] *In* NT *est* filio Rodulfo

7.

Tauxiniani, 9 decembris 1046.

Ioannes et Maria iugalis eius et nura vendunt Rosae quondam Garardi omnes res et pertinencias suas positas in plebe S. Mariae in castro Tauxiniano.

. . . . . [Anno ab] incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo q[ua]driesi[mo sexto, temporibus Gregorii pape sede anno] secundo, regnante Enricus rex anno primo, [1] die nono decem-[bris] . . . . deco qui vocatur Cursiiliole, territorio Corneliensi prope castro Tausini[ano] . . . . Nos quidem in Dei nomine Iohannes vir clarus et Maria iugale filio et nura quondam . . . . [ui]us pagina nostre vocis, profesionis, spon-

sionis, vendicionis, ... [t]ransaccionis a presentis die que nostre paginam, vobis presente in Christi nomine Grosa [2] . . . . germani filii quondam Garardi, tam pro vobis, quamque pro ex persona in vice Ugo[nis . . . . i]n ius et potestate Beza genetrice vestra diebus vite sue . . . seo . . . . in perpetuum dans damus, vindimus perpetualiter, atque trasactamus da nostro iur[e nostrorumque do]minium, da nostris fi]iis eredibus alienamus et trasscribimus adque suducimus in iura [et dominium] vestrum suprascripti germani emtoris vestrisque filiis eredibus alienamus et trasscribimus adque su[bducimus in] iura et dominium vestrum suprascripti germani emtoris, vestrisque filiis eredibus; idest tota res [et pertine]ncias nostras in integrum que nobis ovenit per cartule donacionis, trasfersionis, dacionis Alberto . . . . . . genitore, genitrice socra nostra, quod medietate de tota res illa que sibi ovenit . . . . . avunda genitrice nostra Quida quondam Petrus qui dicebatur de Susegiam, que est posita in fundo . . . . et ubi ubi de suprascripta res in antea invenire potueritis; ec omnia cum terris et vine[is, campis], pratis, passcui, silvi, salectis, sacionalibus, sive cum arbustis, arboribus pumin[feris et in]frutiferis diversisque generibus, vel cum omnibus sibi pertinentibus in integrum, sicut [super legitur, territorio Co]rneliensi, plebis S. Marie castro Tausiniano, una cum suis iustis et certis int[err afines eius], ut in omnibus recte liceat suprascripti germani emtoris in suprascripta res que super legitur, in ibidem intro[ire, reci]pere adque ingredere potestate per ec paginam vindicionis, transfersionis ad nobis in [vos fa]cta adque tradita, tamquam per legiptima et nostra corporale tradicione, [quamque] eciam per istius nostro misso isto presente * * qui de nostris manibus in vestris mictimus in presenciam [testium] qui ic subscripturi sunt ut illuc veniat ad illa res et corporaliter vobis trada adque inves[tiat] in nostra vice quietum tramite abendi dominium et potestate, ut a presenti die habeatis, teneatis, possideatis, eciam vindendi, donandi, vel commutuandi, donare, quod vobis placuerit exinde faciendi si conducticia autem iuris aparueri, licencia habeatis inovandi, salva annua persolvendi ⟨a⟩ iure unde existunt. Pro eo quia exinde accepimus precio de manibus vestris suprascripti germani in manibus nostri suprascripti iugalium vinditoris precium nomine, idest scutu uno pro solidos numeratos viginti anna denarios duodecim ab omni decepcionis, seo deliberacionis calumnie. Et ab hodierna die

nunquam aliquando liceat nobis suprascripti vinditoris. neque nostris filiis eredibus ullo unquam in tempore quamvis exinde movere questicionom aut causacionem ullaque molestia generare in contra vobis emtoris a vestris filiis eredibus. Et si quoque tempore quispiam persona hominum insurexerit que vobis exinde ex parte vel ex totum expellere aut quallibet calumnia generare voluerit, nos suprascripti venditoris. una cum nostris filiis eredibus a vobis emptoris filiis eredibus ab onni hominum in omnibus stare. auctoriare promictimus. Quod si, quod absi et avertas divina potencia, et omnia que super leguntur non observaverimus vel adimpleverimus. contra ec ire vel agere, aut contendere per qualibet modis, vel titulo, atestacione confirmamus quia daturi nos esse promictimus, unde cum nostris filiis eredibus a vobis emtoris a vestris filiis eredibus ante omnis litis inicium, aut interpellacionem, pene nomine auri obtimi uncias duas, et post pene solucionem, maneat anc paginam vindicionis in sua firmitate. Quas vero scripta per manus meas Bonizo in Dei nomine tabellio de territorio Faventino scribendum rogavi, sub die, mense, indicione suprascripta quartadecima, territorio Corneliensi.

Singna ma✝✝nus Iohannes et Maria iugale suprascripti venditores de omnibus. ut super legitur, quibus relectus est.

✝ Ugo filio * * Accio filio quondam Salterni uic paginam vindicionis, rogati testes subscripserunt.

Singna ma✝✝✝nus Rainerio filio quondam * * et Petrus filio quondam Martini, et Martinus filio rogatis testes ad omnibus. ut super legitur, quibus relectus est.

Ego Bonizo tabellio de territorio Faventino scriptor sum. post tradicione testium complevi, asolvi.

Noticia	testium	idest:
Ugo	vir clarus	testis
Accio	vir clarus	testis
Rainerio	vir clarus	testis
Petrus	vir clarus	testis
Martinus	vir clarus	testis.

I, 3. - Orig., mm. 600×245: Charta sinistro margine caret ob abruptionem demissam. Etiam destrorsum in margine superiore est obsoleta.

[1] *Indictio et annus conveniunt, neque tamen anni regni Henrici creati imperatoris die 25 decembris. Annus autem secundus pontificatus ad Gregorium VI pertinere videtur.* [2] *Pro* Rosa

8.

Puzoli, 4 decembris 1052.

Sigiza relicta Hildebrandi Pagani pro remuneracione animae suae et viri sui donat canonicae S. Cassiani omnes res et pertinencias quantascumque habuit Ioannes Montanarius positas in fundo Casaldathello, in territorio Corneliensi, in plebe S. Mariae de Selustra.

✝ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Temporibus ab incarnacione Domini nostri Gesu Christi sunt anni millesimo quinquagesimo duo, et donnus Leo papa sede anno quinto, sitque inperante donnus piissimus perpetuus agustus Henrici a Deo coronato pacifico magno inperatore filius quondam Conradi inperatore anno setimo, die quarto mensis decembris, indicione sexta, [1] in castro qui vocatur Puzolo, territorio Cornelliensis. Domina e sancta emerita hac ter venerabilis ecclesia canonice S. Cassiani in co Deo protegente donnus Cresencius et Iohannes presbiteri serviens ecclesia vobis vestrisque successoribus in perpetuum preesset videtur iure salario permanendas. Ego quidem in Dei nomine Sigiza clarisima femina, relicta qui vocatur Pagano, donatrice vestra propter oblacione eterne rimuneracionis ani(me) mee et de quondam Ildelbrandi qui vocaris Pagano qui fuit donnisimus vir meus, presens presenti salutem sanctam sanctarum scripturarum nos racio permanet illas semper considerare adque disponere conveni(t) pro animabus illius celestes retribucionis et benediccionis merear promereri; credentes in os evagnelica subsequi elecciones ut in oc seculo centu[plum] accipiamus Dei omnipotenti et benediccionis et in futuro eterne vite esset participes. Qua de r(e) et ego quidem in Dei nomine Sigiza clarisima femina donatrice vestra pro eterne remuneracionis beatissime anime de quondam Pagano qui fuit vir meus, prono animo hanc spontanea mea bona voluntate nullius me peni[tus] cogemtem, neque compellentem, aut suademtem, vel vi inferentem, set meis propriis deliberacionis arbitrii. Quod a[b] eo enim dans do, dono, cedo, trado et transfero adque perpetualiter trasacto da meo iure meoque dominium et de meis ceteris filiis

et eredibus, alieno et transcribo adque subduco in iure et dominium vestrum suprascripti recipitoris pro vobis et vestris confratribus et supcessoribus permanendas; idest totas et integras omnes res et pertinencias meas principale in integrum [quant]asquumque abuit et tenuit Iohannes qui vocatur Montanario ad iura nostra suprascripta ordinatrice una cum ingresi, egresi suo et [c]um introito et esito suo et cum omnibusque ad suprascriptas totas et integras omnes res et pertinencias meas in integrum sibi pertinentibus, sicut super legitur, [que est] posita in fundum qui vocatur Casaldathello et predicta is omnibus rebus que super leguntur, hec omnia cum terris et vineis, campis, [ar]bustis, arboribus puminferis et infructiferis diversisque generibus et cum omnibus quodquo modo ad se et in[fra se et] super se habentem quoquo modo pertinentibus vel subiacentibus, sicut super legitur, constituto territorio Cornelliensis, plebe [S.] Marie que vocatur in Sulustra, ut amodo a presenti die liceat vobis suprascripti recipitoris vestrisque supcesoribus in is omnibus rebus que super leguntur, potestative, quiete, pacifice iuris in ibidem introire et preocupare adque ingredere ex potestate tamquam per eligiptimam et mea corporali tradicionem, quamque eciam et per istium meum misso isto presentem nomine Guidus clericus filius Iohannis qui vocatur Castaldo quem de meis manibus in vestris do et mito in presenciam testium qui ic supter supscripturi sunt ut illuc vobisscum pergat ad suprascriptas res et in mea vice vobis corporaliter tradat adque investiat, habendi dominium et potestate quietum tramite habeatis, teneatis, possideatis vobis suprascripti receptoris vestrisque supcessoribus in perpetuum ordinandi et disponendi in suprascripta cano[nica] S. Cassiani in perpetuum permanendas. Et hab hodierna die nunquam aliquando liceat me suprascripta donatrice et transfertrice neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore quamvis aliquam facere questicionem aut causacionem vel interpellecione ullaque molestia generare in contra vobis suprascriptis receptoris, neque contra vestrisque supcesoribus de is omnibus rebus que super leguntur, pro ex partem vel ex totum nunquam ago neque contendo aut invado vel inocupo neque agentibus condissindere . . . . . . audeo per ullam ocu[patio]nem, neque ingnenium, non per me, non per meis filiis et eredibus, neque per ad mea sumissa vel sumitenda persona hom[ini]bus maioris vel minoris, propinquis vel extraneis et non adeunde

iudiciis et non suplicandi prin[cipibus], neque per eclesiastrica interpellecione, aut per regale vel inperiale potestate, neque per ullu [mod]o ullaque racionis contrarie de quod umanus sensus arguere potest, set magis da [nostra] et de quamvis persona a nobis sumissa vel sumitenda; set imo omni tempore securi e quieti [ex]inde maneatis in omnibus in perpetuum, et si quod quotequispiam personam insurserit qui vobis exinde ex parte vel ex totum expellere, aut qualibet calumnia generare voluerit, tam ego suprascripta donatrice et transfertrice vestra una cum meis filiis et eredibus vobis suprascriptis recipitoris vestrisque supcesoribus in perpetuum ab onni persona ominibus in omnibus exinde vobiscum stare et autoriare seo e defensare promito. Quod sit, quod absit et avertas divina potencia ad omnia que super leguntur, non opservaverimus vel adinpleverimus cuncta que super promisimus et ascripta leguntur, et si contra ec ire vel agere aut contendere voluerimus per quemlibet modis vel titulum atestacione confirmo quia datura me esse promitto ego suprascripta donatrice et transfertrice una cum meis filiis et eredibus a vobis suprascriptis recipitoris, vestris supcessoribus, ut super legitur, ante omnis litis inicium aut interpellecione pene nomine auri optime uncie quatuor, et post penam solucionis, maneat ec cartula donacionis, transfersionis in sua firmitate. Quam vero cartula scripta per manus meas Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Cornelliensis scribendum rogavi sup die, mense, indicione suprascripta sesta, in castro qui vocatur Puzolo, territorio Cornelliensis.

Singnus † manus mea suprascripta Sigiza iamdicta donatrice et transfertrice vestra de omnibus, sicut super legitur, manus mea firmavi ad omnia suprascripta cui relectum est.

(A). † Iohannes filius quondam Alberti uic cartule donacionis, sicut sup⟨er⟩ legitur, testis subscripsi.

Singnus †††† manibus nostris Cristianus filius quondam Atillano et Guido germano et Guido qui vocatur Torresano et Isnardo filius Mazolino uic cartule donacionis, transfersionis, sicut super legitur, rogatis testes.

Singnus manibus nostris Dominicus filius quondam Iohannis qui vocatur de Adello, et Petrus filius Petrus qui vocatur de Iohannes Presbiter uic cartule donacionis et transfersionis, sicut super legitur, rogatis testes.

Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Cornelliensis scriptor sum uius cartule donacionis, transfercionis, post roboracionem testium tradita complevit et apsolvit.

Noticia	testium	idest :
Iohannes	vir clarus	testes
Cristianus	vir clarus	testes
Guido	vir clarus	testes
et Guido	vir clarus	testes
Isnardo	vir clarus	testes
Dominicus	vir clarus	testes
Petrus	vir clarus	testes.

I, 8. - Orig., mm. 680×280. Charta est tempore contrita secundum marginem sinistrum. In versu XD adeo mutila est ut legi nequeat.

[1] *Indictio VI respondet anno 1053.*

9.

Ad S. Cassianum, 17 aprilis 1056.

Albericus archipresbyter Corneliensis Ecclesiae et Balduinus presbyter atque Arduinus accolitus et ordinator monasterii S. Vitalis Ioanni Saparonco et Ratrudae iugali eius suorumque successoribus concedunt in emphytheusim nonnullas petias terrae vineatae ac unum hortale positum infra civitatem antiquam Corneliensem.

✝ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Temporibus ab incarnacione Domini nostri Gesu Christi anni millesimo quinquagesimo sesto, et donnus Victor papa sede anno tercio. inperatore nondum abemus. die setimo decimo mensis aprelis. indicione decima [1] iusta ecclesia senedochio S. Vitalis prope castro S. Cassiani, territorio Cornelliensis. Omnibus manifestum est adque congruum racionem dispositum libenter debere eorum dexideriis anuere pro quibus venerabiliorum locis utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Et ideo nos quidem in Dei nomine Albericus venerabilis archipresbiter de sancta Corneliensis Ecclesie et Balduinus venerabilis presbiter et Arduinus acolico ordinatoris monasterio senedochio S. Vitalis ; vobis presentibus in Christi nomine Iohannes vir clarus qui vocatur Saparonco petitore pro se et pro ex persona et in vice Ratruda iugale tua e filiis et nepotibus vestris. et si vos suprascripti petitoris morituri sine liberos, tun suprascripta res que super legitur, cadat

ad Fuso germano de suprascripto Iohannes qui vocatur Saparonco, seo e filiis et nepotibus suis per hec enfiteosin iuris a presenti die concedimus et largimus seo confirmamus in vobis rem iuris suprascripto monasterio senedochio S. Vitalis; idest totam et integram illam partem de una pecias terra cum vinea super se abentem quem vos suprascripti petitoris modo tenere et laborare visi estis ad iure suprascripto monasterio senedochio S. Vitalis extendentes ipsa suprascripta pecias terra vineata in longitudinem suam perticas decempedas numerum treginta et quatuor et in lato que ex a uno capite desuper perticas duodecim et ab alio capite de supto perticas novem et pedes duo, una cum ingresi, egresi suo et cum introito et esito suo et cum omnibus que ad suprascriptam totam et integram illam partem de una pecias terra vineata que vos suprascripti pe(ti)toris modo tenere et laborare visi estis ad iura suprascripto monasterio in integrum sibi pertinentibus, sicut super legitur, que est posita in fundo qui vocatur Staffulo interr afines eius de suprascripta vestra parte de una pecias terra vineata que super legitur, hoc est: ab uno latere tenentem eredes quondam Lionezo qui vocatur Dominicallo, ab alio latere tenentem eredes quondam Martinus qui vocatur de Arguto cum consortibus illorum ad iura basilice S. Vitalis, atque a tercio latere tenentem Martinus filius quondam Iohannis, adque a quarto latere via publica percurrentem, interr istis designatis lateribus rem iacet ipsa suprascripta res que super legitur. Iterum similiter concedimus vobis suprascripti petitoris seo e filiis nepotibus vestris, sicut super legitur, idest medietatem integram de uno ortale cum solo terre suo qui est posita infra civitate antiqua Cornelliensis, extendentes in longitudinem suam perticas legiptimas numerum tredecim et media et in lato qui ex a uno capite perticas una et media, una cum ingresi, egresi suo et cum introito et esito suo interr afines eius de suprascripta medietate de uno ortale qui super legitur, hoc est: ab uno latere tenentem Martinello filius quondam Iohannis qui vocatur de Martino ad iura suprascripta basilice S. Vitalis, ab alio latere tenentem Iohannes qui vocatur de Donella cum suis consortis, a tercio latere tenentem Santerno qui vocatur de Besega, adque a quarto latere via percurrentem, interr istis designatis lateribus rem iacet ipsa suprascripta medietate de ipso ortale que super legitur. Hec omnia cum terris et vineis, campis cum arbustis, arboribus puminiferis et infructiferis diversisque generibus et cum

omnibus quoquo modo ad se et infra se. supra se habentem quoquo modo pertinentibus vel subiacentibus. sicut super legitur. constituto territorio Cornelliensis, plebe S. Laurenti. Dum vos suprascripti nominati petitoris seo e filiis et nepotibus vestris. sicut super legitur. divina gracia in hac luce iuxerit permanere vitam, concedimus vobis eas res abendum. tenendum. cultandum. laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum ex nostris propriis expensis seo laboribus nichil aliquod inferius in affixa pensione quoquo modo reputare debeamus. prestante quoquo vos suprascripti petitoris seo e filiis et nepotibus vestris indexinenter secundum cartula enfiteosin peticionis vestre pensio nomine singulis quibusque annis, hoc est pensio quod redere debeatis pro ipsa suprascripta res que super legitur. pro omnia et ex omnibus omnis marcii mensis infra indicionem de denariis veneticorum duo, tantum pensio. ut dictum est, persolvatur. Et nos suprascripti ordinatoris basilice S. Vitalis una cum nostris successoribus vobis suprascripti petitoris vestrisque filiis et nepotibus. sicut super legitur. ab omni persona in omnibus ominibus exinde vobiscum stare et auturiare seo e defensare debeamus : pro eo quia exinde accepimus callciarium in manibus nostris suprascripti venerabilis ordinatoris basilice S. Vitalis de manibus tuis suprascripto Iohannes qui vocatur Saparonco pro te et pro ex persona et in vice Ratruda uxori tua in presencia coram testium qui ic supter supscripturi sunt callciarii nomine : idest libro uno pro in arientum de denariis veneticorum solidos treginta et per unum quoque solidos anas denarii duodecim : eo tinore non sit vobis suprascripti petitoris neque vestris filiis et nepotibus ipsa suprascripta res que super legitur. ad nullius omines nec vindere nec donare neque comutuare ne per nullius modis alienare neque ingnenium ac si oportunum fuerit nisi in suprascripto monasterio senedochio S. Vitalis. Ita post transitum autem vestrorum suprascripti petitoris, ut supra dictum est. munum estpletum quandoque Dominus sue sancte magestatis placuerit. tunc suprascripta res que super legitur, revertar ad suprascripta sancta Eclesia, cuius est iura et proprietas. modis omnibus revertatur dominium et potestatem : promittentes pro parte [nostr]a nunc nulli diebus nullique temporibus vite vestre suprascripti petitoris seo e filiis et nepotibus vestris. sicut super legitur. nos suprascripti ordinatoris basilice S. Vitalis nostrisque successoribus. sicut super legitur. te suprascriptus uius cartula enfiteosin inviolarer aut inviolabi-

liter modis omnibus conservare et adimplere promi tti mus. Quod sit. quod absit et avertas divina potencia, et omnia que super leguntur non opservaverimus, vel adimpleverimus cuncta que super promisimus et adscripta leguntur et si contra ec ire vel agere, aut contendere voluerimus per quemlibet modis vel titulum. et si alia controversia per qualecumque ingnenium factum fuerit, et enfiteosin nequiverit, nos nostris supcessoribus vobis suprascripti petitoris vestrisque filiis et nepotibus, sicut super legitur, ante omnis litis inicium aut interpellacionem, pene nomine auri optimi uncie due, et post penam solucionis maneat ec cartula enfiteosin in sua firmitate. Quam vero cartula scripta per manus meas Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Cornelliensis scribendum rogavimus, et in qua et nos supter manibus nostris propria firmavimus et singnu sancte crucis fecimus qui ad me rogatis optulit supscribendum eorumque presencia coram supra contradidit sup die, mense, indicione suprascripta decima iusta monasterio senedochio S. Vitalis, territorio Corneliense.

(Aa). † Albericus archipresbiter sancte Cornelliensis Ecclesie uic cartule enfiteosi a me facta et manu mea subscripsi.

† Ego Balduinus presbiter sancte Corneliensis Aecclesiae et ordinator monasterii S. Vitalis in hac cartula enfiteosi a me facta subscripsi et calciarii recepi et testes scribere rogavi.

† Arduinus acolitus sancte Corneliensis Aecclesiae et ordinator monasterii S. Vitalis in hac cartula enfiteosi a me facta et manu mea subscripsi calciarii recepi et testes scribere rogavi.

† Bonomo filius Bruno uic cartule enfiteosin rogatus testis subscripsi.

† Gerandus [2] filius Iohannis uic cartule enfiteosi rogatus testis subscripsi.

† Bonezo filius quondam Ricardo uic cartule enfiteosi subscripsi.

† Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Corneliensis scriptor sum uius cartule enfiteosin, post roboracionem testium tradita complevit et solvit.

Noticia	testium	idest:
Bonomo	vir clarus	testes
Gerardus	vir clarus	testes
Bonezo	vir clarus	testes.

I, 9. - Orig., mm. 750×270. In posteriori parte ND.

[1] *Indictio X respondet anno 1057.* • [2] *Pro* Gerardus

10.

Casalicli, 17 martii 1061.

Walfridus filius Hildebrandi et eius cognata Imiza vidua Bennonis canonicis Ecclesiae S. Cassiani pro anima Bennonis donant mansum unum positum in fundo Kanavella, territorio Corneliensi in plebe S. Cassiani.

✠ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo. temporibus domni Nicholai pape, imperatorem [nun]c non habemus, die septimo decimo mense marcii, indicione quarta decima, [1] in kastrum qui vocatur Kasaliclo, territorio Bononiensis. Domina sancta et merita [ac ter] beatissime venerabilis ecclesia quod est vocabulo S. Kassiani, ubi corpus eius est humactum, in qua nunc, Deo protegente, domnus Odalricus Dei gratia episcopus serviens eadem basilica et kanonici sancti Kassiani recipituri, idest Balduinus presbiter et Petrus diaconus et per vos et per vestrisque successoribus in perpetuum iure kanonice permanendas iure salario. Nos quidem in Dei nomine Walfredus filius quondam Ildebrandi donatore et Imiza cognata tua relicta quondam Bennoni germano tuo, donatrice et transferitrice, nec non transactamus da nostro iure nostroque dominium nostrisque filiis et heredibus pro oblacionibus et redempcione anime quondam Bennoni et pro animabus nostrarum, alienamus et transscribimus atque subducimus in iura et dominium vestrum suprascripti kanonici vestrisque successoribus qui in eadem ecclesia deserviens iure salario in perpetuum permanenda. Nos quod habemus et possidemus et a nostris manibus, nostro iure, nostroque dominium detinere videmur et subcessionem quondam parentorum nostrorum aut undique nobis obvenisset per qualecumque modis vel titulum ; idest mansum unum in integrum quem detinent Iohannes de Maria et Iohannes qui vocatur de Berta et Kassianus qui vocatur de Dominicus Segumbizo, [2] qui est posito in fundo et loco qui dicitur Kanavella et hubi hubi invenire potueritis que ad suprascriptum mansum pertinet, sicut superius legitur, constituto territorio Corneliensis, plebe S. Kassiani Christi

martiris. Hec omnia cum terris et vineis et cum omnibus que ad suprascriptum mansum pertinet, sicut superius legitur, presens presentem salutem magnum donacionis sanctarum scripturarum nos racione permaneat illa semper considerare atque disponere pro animabus nostrarum meritis celestis retributorum merear promereri credentes sine dubio in evvangelica racione et subsequi lectio ut in hoc seculo centuplum accipiamus Dei omnipotenti benedictione et suis sanctis omnibus et in futuro eterne beatitudine vite esse participes, ut amodo in antea liceat vobis in omnibus a presenti die in ibidem introire et preoccupare atque ingredere potestatem per hanç paginam donacionis a nobis in vobis facta tanquam per legiptima et nostra corporale tradicione, quamque eciam et per istum nostro misso isto presente Ugo filius quondam Petri qui vocabatur Sapiens, qui de nostris manibus in vestris mittimus in presencia coram testium qui hic subter subscripti sunt ut illuc veniat et corporaliter vobis tradat atque investia in nostra vice quietum tramite habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis utendi, fruendi, ordinandi et disponendi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi iure saliario in perpetuum [per]manenda: pleno dominium de legibus sociaris effectum contra quam eciam donacionis nunquam esse in posterum herede subcessori quem aliquam aliquando esse venturo non per me, non per aliquamcumque oposita feticia procuratori sue persone, non ad eundem iudiciis et non supplicandi principibus, neque per ecclesiastica interpellacione, neque per nullo modo ullaque racione contrarie quod hunanum sensum atingere potest, sed magis de nobis vel de nostrisque filiis et heredibus quamvis persona a nobis sumissa securi et quieti exinde maneatis in omnibus; et si quoque tempore quispiam personam hominum insurserit qui vobis exinde ex parte vel ex totum expellere aut qualibet calunnia generaverimus, nos suprascripti donatores nostrisque filiis et heredibus a vobis suprascripti recipitores aut a vestrisque successoribus in perpetuum. Quod si, quod absit et avertat divina potencia, et omnia que superius legitur, non observaverimus vel adimpleverimus, cuncta que superius promisimus et ascripta leguntur, et si contra hec ire, agere, vel contendere voluerimus per qualibet modis vel titulum daturi nos esse promittimus tam nos suprascripti donatores una cum nostrisque filiis et heredibus, ante omnis litis inicium aut interpellacione pene nomine auri obtimi uncie sex, et post pene solucionis,

maneat hec paginam donacionis seu transfersionis in sua firmitate. Quam vero paginam scripta per manus meas Balduinus presbiter et notarius sancte Corneliensis Ecclesie scribendum rogavi et subter manu mea propria firmavi et testibus a me rogatis obtuli subscribendam in eorumque presencia eam vobis contradidi sub die, mense, indicione suprascripta quarta decima.

Signum manibus suprascripti Walfredi et Imiza donatoribus et transfertoribus ad omnia suprascripta cui relectum est.

Signum manu Arduinis filius quondam Almerici in hac cartula donacionis seu transfersionis rogatus testis.

Signum manu Ugo de Gerardo in hac cartula donacionis seu transfersionis rogatus testis.

Signum manu Rodulfus filius quondam Rofredi in hac cartula donacionis seu transfersionis rogatus testis.

Signum manu Odo filius quondam Ugoni in hac cartula donacionis seu transfersionis rogatus testis.

Signum manu Iohannes de Verardo in hac cartula donacionis seu transfersionis rogatus testis.

Ego Balduinus presbiter et notarius sancte Corneliensis Ecclesie scriptor sum huic cartule donacionis seu transfersionis de omnibus, ut superius legitur, post roboracione testium tradita complevi et absolvi.

Noticia	testium		idest :
Arduinus	vir	rogatus	testis
Ugo	vir	rogatus	testis
Rodulfus	vir	rogatus	testis
Odo	vir	rogatus	testis
Iohannes	vir	rogatus	testis.

I, 10. - Orig., mm. 810×385. Charta est aliquantum lacera. In versu est XD *et insuper adest haec alia nota* Die 3.a martii 1704. Exhibita per Rev.mum D. Can.cum Antonium M.am Manzonium Procuratorem Rev.mi Capituli in causa perquisitionis Corporis S. Cassiani. Ioseph Maria Avenalis Cancellarius Episcopalis. *Habetur haec nota etiam in nn. 236, 244, 256, 312, 366, 371, 396, 429, 454. — Zaccaria, I, 127; Manzonius, 65; Cappelletti, II, 203.*

[1] *Indictio XIV respondet anno 1061.* [2] *In* XD *legitur* Gumizo

11.

Ad S. Cassianum, 17 augusti 1062.

Petrus et Ioannes filii Gandulfi de Petro de Albezo petunt ab Alberico archipresbytero canonicae S. Cassiani et ab Alberto diacono et abbate monasterii S. Vitalis ut sibi in emphytheusim dent suas pertinencias positas in plebe S. Cassiani et S. Laurentii et S. Geminiani quas ipsi dederant iam Gandulfo parenti.

✝ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Temporibus ab incarnacione Domini nostri Gesu Christi sunt anni millesimo sexagesimo secundo, nec papa, nec imperatore nondum abemus, die septimo decimo mensis agustus, indicione quinta decima, infra castro S. Cassiani, territorio Cornelliensis. Petimus ad vobis quidem in Dei nomine Albericus archipresbiter de canonice S. Cassiani, et Albertus diaconus ordenarii adque abbati monasterio senedochio S. Vitalis, una per consensum clero eiusdem monasterii, nobis presenti in Christi nomine Petrus et Iohannes germani filii quondam Gandolfo de Petri qui vocatur de Albezo, ambabus petitoris coequaliter seo e filiis et anc nepotibus nostris et quale de nobis suprascripti petitoris unum ante de altero de oc seculo sine liberos mortuus fuerit, tunc eius porcione cadat ad illos qui supra viserit, et si nos suprascripti germani ambos morimur sine liberos tunc ipsa re cadant a te Thelenda et Aguilla germana seo e filiis et nepotibus illorum per hec paginam peticionis enfiteosim [a iu]ris presenti die concedistis et largistis, seo confirmastis ⟨in⟩ nobis rem iuris suprascripto monasterio S. Vitalis ; idest [tot]am et integram illas res et pertinencias illas integras quantascumque abuit et detinuit suprascripto Gandolfo [g]enitore nostro ad iura suprascripto monasterio per anteribus tempus per enfiteosin in una cum ingresi, egresi suo et cum introito et esito suo, qui est posita infra plebe S. Cassiani et infra plebe S. Laurenti et infra plebe S. Geminiani : hec omnia cum terris et vineis casisve edificiabus, campis, pratis, passcuis, silvis, selectis, sacionabilis, una cum arbustis, arboribus puminferis et infructiferis diversisque generibus et cum omnibus quoquo modo ad se et infra se, super se [pertine]ntem, quoquo

modo pertinentibus vel subiacentibus, sicut super legitur, constitute territorio Cornelliensis in suprascripte plebe; [dum di]vina gracia in ac luce iuxerit permanere vitam, concedistis nobis, sicut super legitur, eas res abendum, tenendum, cultandum, laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum, ex nostris propriis expensis seo laboribus nichil aliquod inferius in afixa pensione quoquo modo reputare debeamus, prestan[te] quoque nos suprascripti petitoris seo e filiis et nepotibus nostris indexinenter secundum paginam peticionis enfi[te]osin peticionis nostre pensio nomine; singolis quibusque annis, oc est pensio quòd redere debeamus pro [ip]sa suprascripta res que super legitur, pro omnia et ex omnibus omnis marcii mensis infra indicionem de denariis veneticorum quatuor, [tan]tum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et vos suprascripti abati monasterii S. Vitalis una cum vestrisque successo[ribus] nobis suprascripti petitoris nostrisque filiis et nepotibus, sicut super legitur, ab omni persona stare et octuriare [atq]ue defensare debeatis callciarii nomine, idest libro uno pro in arientum de denariis veneticorum libras [q]uinque et per unumquoque solidos anas denarios duodecim. Ita post transitum autem nostrorum suprascripti petitoris, ut supra dic[tum est], munus expletum quandoque Dominus sue sancte magestatis placuerit tunc tociens dicta suprascripta [res in omnibus], que super legitur, cultas, laboratas, restauratas, defensatas et in omnibus melioratas vel quiquit a vobis inibi aditum melioratumque fuerit, revertat ad ius, dominium suprascripto monasterio, cuius est iura et proprietas, modis omnibus revertatur dominium et potestate. Promitentes propterea nunc nulli diebus [nu]llique temporibus vite nostre suprascripti petitoris seo e filiis et nepotibus nostris, sicut super legitur, testus uius cartula enfi[teo]sin inviolarer aut inviolabiliter modis omnibus conservare et adimplere promitistis. Quo sit, [qu]od sit, absit et avertas divina potencia, et omnia que super leguntur non opservaveritis vel adimpleveritis [cu]nta que super promitistis et adscripta leguntur, et si contra ec ire vel agere aut contendere volueritis quemlibet modis vel titulum et si alia controversia per qualecumque ingnenium factum fuerit, ec paginam peticionis enfiteosin ad vos i[n] nobis facta et minime defensare nequiverit quia repromitistis vos [suprascripti] abati una cum vestrisque successoribus nobis suprascripti petitoris nostrisque filiis et nepotibus, sicut super legitur, ante omnis [litis inicium a]ut interpellacionem pene

nomine auri optimi uncias quatuor, et post penam solucionis maneat ec paginam peticionis enfiteosin in sua firmitate. Quam vero scripta per manus meas † Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Corneliense scribendum rogavimus sup die, mense, indicione suprascripta quintadecima, territorio Corneliensis.

Singnus †† manus meas suprascripto Petrus filius quondam Gandolfo pro se et pro ex [persona] et in vice suprascripto Iohannes germano meo quo equaliter seo e filiis et nepotibus nostris de omnibus, [ut] super legitur, ad om[nia suprascripta] cui relectum est.

(A). † Iohannes filius quondam Petri rogatus testis subscripsi.

(A). † Martinus filius Petrus rogatus testis subscripsi.

(A). † Albertus filius Iohannis rogatus testis subscripsi.

(A). † Ego Ildebrandus Petri filius interfui et subscripsi.

(A). † Lambertus filius Blango rogatus testis subscripsi.

Singnus † manus meas Widus filius quondam Petri qui vocatur de Gu[ido in ac en]fiteosin, sicut super legitur, rogatis testes.

I, 12. - Orig., mm. 500 × 245. Charta est valde avulsa in margine sinistro.

12.

Ad S. Cassianum, 17 augusti 1062.

Albericus archipresbyter et Albertus diaconus ordinarius et abbas monasterii S. Vitalis, consentiente clero eiusdem monasterii, Petro et Ioanni filiis quondam Gandulfi de Albezo eorumque filiis et nepotibus, et in horum substitutione Endelendae et Aguillae eorumque filiis ac nepotibus concedunt in emphytheusim omnes res et pertinentias, quas habuerat iure emphyteutico Gandulfus, in plebe S. Cassiani et S. Laurentii et S. Geminiani sitas.

† In nomine [Patris et] Filii et Spiritus Sancti. Temporibus ab incarnacione Domini nostri Gesu Christi sunt anni millesimo sexagesimo secundo, nec papa, nec imperatore nondum abemus, die septimo decimo mensis agustus, indicione quinta decima, infra castro S. Cassiani, [territorio Corneli]ensis. Omnibus manifestum est adque congruum racione dispositum libenter debere

eorum dexideriis anuere pro quibus venerabil[iorum locis utilit]atibus [1] meliorandique causa proficiunt. Et ideo nos quidem in Dei nomine Albericus archipresbiter et Albertus diaconus ordenarii atque abati monasterio senedochio S. Vitalis, una per consensum clero eiusdem monasterii, vobis presenti in Christi nomine Petrus et Ioh[annes] filii quondam Gandolfo de Petri qui vocatur de Albezo, coequaliter seo e filiis et anc nepotibus vestris et quale de vobis suprascripti petitoris unum [ante de alt]ero de oc seculo sine liberos mortuum fuerit, tunc eius porcione cadat ad illos qui supra viserit, et si ambabus suprascripti germani pet[itoris mo]ritur sine liberos, tunc ipsa res cadent ad Endelenda et Aguilla germanae vestre seo e filiis et nepotibus illorum per hec cartule [enfiteosin] iuris a presenti die concedimus et largimus seo confirmamus in vobis rem iuris suprascripto monasterio S. Vitalis. Idest totam et int[egram illas res] et pertinencias illas integram quantas cum abuit et detinuit suprascripto Gandulfo et ad eum pertinuit per anteriore enfiteosin [una cum in]gresi, egresi suo et cum introito et esito suo et cum omnibusque suprascripta res illas in integrum sibi pertinentibus, sicut super legitur, qui est posita infra plebe [S. Cass]iani et infra plebe S. Laurenti et infra plebe S. Geminiani. Hec omnia cum terris et vineis, casisve edificiabus, campis, pratis, pascuis, silvis, selectis sacionabilis una cum arbustis, arboribus puminferis et infructiferis diversisque generibus, et cum omnibus quoquo modo ad se [et in]fra se, super se abentem quoquo modo pertinentibus, vel subiacentibus, sicut super legitur, constituto territorio Cornelliensis, in suprascripte plebibus. Dum [vos suprascripti] nominati petitoris seo e filiis et nepotibus vestris, sicut super legitur, divina gracia in ac luce iuxerit permanere [vitam], concedimus vobis eas res abendum, tenendum, cultandum, laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum, ex nostris propriis et expensis seo laboribus nichil aliquod inferius in afixa pensione quo modo reputare debeatis. Prestante quoque vos suprascripti nominati petitoris, seo e filiis et nepotibus vestris, sicut super legitur, indexinenter secundum cartule enfiteosin [p]eticionis vestre, pensio nomine, singulis quibusque annis, oc est pensio quod redere debeatis pro ipsa suprascripta res que super legitur. [P]ro omnia et ex omnibus omnis marcii mensis infra indicione de denariis veneticorum quatuor, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et nos suprascripti abati mo-

nasterii S. Vitalis una cum nostrisque successoribus, vobis suprascripti petitoris vestrisque filiis et nepotibus, sicut super legitur, ab omni persona stare et octuriare, seve defensare debeamus. Pro quia exinde accepimus callciarium in manibus nostri suprascripti abati monasterii S. Vitalis de manibus vestris suprascripti petitoris in presencia coram testium qui ic supter sucscripturi sunt callciarii nomine; idest libro uno pro in arientum de denariis veneticorum libras quinque, et per unaquamque libras abenti dinari duocenti et quadraginta. Ita post transitum autem vestrorum suprascripti petitoris, ut supra dictum est, munum expletum, quandoque Dominus sue sancte magestatis placuerit, tunc tociens dicta suprascripta res, que super legitur, cultas, laboratas, defensatas et in omnibus melioratas, vel quiquit a vobis inibi aditum, melioratumque fuerit, revertat ad ius, dominium suprascripto monasterio, cuius est iura et proprietas, modis omnibus revertatur dominium et potestatem. Promitentes propterea nunc nulli diebus, nullique temporibus vite vestre suprascripti petitoris seo e filiis et anc nepotibus vestris, sicut super legitur, testus uius cartule enfiteosin inviolarer aut inviolabiliter modis omnibus conservare et adimplere debeamus. Quod sit, quod absit et avertas divina potencia, et omnia que super legitur non opservaverimus, vel adimpleverimus cumta que super promisimus et adscripta leguntur, et si contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus per quemlibet modis vel titulum, et si alia controversia per qualecumque ingenium factum fuerit, hec enfiteosin ad nos in vobis facta et minime defensare nequiverit, tunc daturi et compondturi nos esse promittimus nos suprascripti abbati monasterii S. Vitalis una cum nostrisque successoribus vobis suprascripti petitoris vestrisque filiis et nepotibus, sicut super legitur, ante omnis litis inicium, aut interpellacionem pene nomine auri optimi uncias quatuor, et post penam solucionis, maneat hec cartula henfiteosin in sua firmitate. Quam vero scripta per manus meas † Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Corneliensis, scribendum rogavimus sup die, mense, indicione suprascripta quintadecima, infra castro S. Cassiani, territorio Cornelliensis.

(A). † Ego Albericus archipresbiter manu mea subscripsi.

(A). † Ego Albertus diaconus abbas monasterii S. Vitalis in hac enfiteosi a me facta et manu mea subscripsi.

(A). † Martinus filius Petrus rogatus testis subscripsi.

(A). † Raimundo filius quondam Lia . . o in ac enfiteosin rogatus testis subscripsi.

(A). † Ego Ildebrandius Petri filius in hac enfiteosin interfui et subscripsi.

(A). † Lambertus filius Blango uic cartule infiteosin rogatus testis.

Singnus † manus mea Guidus filius Petrus qui vocatur de Guido in ac enfiteosin, sicut super legitur, rogatus testes.

† Albertus in Dei nomine tabellio de civitate Cornelliensis scriptor sum uius cartule enfiteosin, post roboracionem testium tradita, complevit, apsolvit.

Noticia	testium	idest:
Martinus	vir clarus	[testis]
Raimundo	vir clarus	[testis]
Ildebrandus	vir clarus	testis
Lambertus	vir clarus	testis
Guidus	vir clarus	testis.

I, 11. - Orig., mm. 645×260. Charta est obsoletior in margine sinistro. In versu ND; *scripta manu saeculi XII haec nota habetur* In plebe S. Cassiani et S. Laurentii et Geminiani.

[1] *Cf. n. 9.*

13.

Orsariae, 8 ianuarii 1064.

Albertus et Rosa iugalis eius, Bertha relicta quondam Petri, Hildebrandus filius eius et Teucia iugalis eius Hugoni et Widoni presbyteris filiis quondam Gerardi vendunt omnes res et pertinentias suas positas in fundo Orsaria, in plebe S. Mariae in castro Tauxiniano.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anni Domini nostri Iesu Christi millesimo sexsagesimo quarto, die octavo mensis genuarius, indicione secunda, territorio Corneliensi. Profitens profitemus nos quidem in Dei nomine Alberto et Roza iugalis, filio et nura quondam Ildebrando, seo Berta relicta quondam Petrus Ildebrando filio ei et Teucia iugalis per uius scri⟨p⟩ti me⟨m⟩brane pagine, nostre vocis, professionis; sponsionis,

vindicionis, seo transfersionis adque perpetualiter transactacionis vel instrumentis virtutis a presentis dieque nostre pagine, te presente in Christi nomine Ugo ta pro se, pro ex persona et in vice Grasolfo, seo Wido presbiter genitoris filiis quondam Gerardo in tuisque filiis aut sucesoribus vestris in perpetuum dan⟨s⟩ damus, vindimus, cedimus, seo transferimus adque perpetualiter transactamus da nostro iure, nostroque dominium nostrisque filiis heredibus au⟨t⟩ sucesoribus, alienamus et transcribimus adque suducimus in iura et dominium vestrum suprascriptis entoris vestrisque heredibus. Nos quod abere, possidere et a nostris manibus nostro iure nostroque dominiu detinere videmus, idest omnes res et pertinencia nostra in integrum pricipales quantacuque nobis pertinet que est posita in fundo Orsaria, sitque do et trasfero vobis suprascriptis entoris et in vestrisque filiis heredibus et omnia cum terris et vineis seo edificiis suis et cum onibus sibi pertinentibus in integrum, sicut super legitur, constituto territorio Corneliensi, plebe S. Marie, ca⟨s⟩tro Tausiniano. Ut in omnibus liceat vobis suprascriptis entoris a presente die in ibide⟨m⟩ introgire, preocupare adque ingredere et potestate per hec paginam vindicionis seo trasionis da nobis in vobis facta acque tradita ta⟨m⟩quam per legitima et nostra corporaliter tradicionem quamque eciam per isto nostru mi⟨s⟩so isto presente Uberto filio quondam Ger . . qui vocatur Fuherio que de nostris manibus in vestris mitimus in presencia cor⟨am⟩ testium qui hic supter sucripturi sunt; idest uncia una per solidos numeratos quadrainta. Et ab odierna die nuqua liceat vobis suprascriptis venditoris, seo transfersoris, neque vestris heredibus ullo u⟨n⟩qua in tempore aliqua aliquando qua⟨m⟩vis exinde movere questicione repeticione aut causacione vel interpellacione ullaque molestia generacione in contra vobis suprascriptis entoris au⟨t⟩ in contra vestris filiis heredibus, neque per nostra sumisa persona ob oni persona ominibus vobiscum stare, autoriare, defensare promitimus. Quod si, quod absi et averta divina potencia et omnia que super leguntur no oservaverimus vel adempleverimus [1] cunta que superius promisimus et acripta leguntur et si contra ac paginam ire vel agere, vel contendere voluerimus per quelibet modis vel titullo, ta nobis suprascripti vinditoris una cum nostris heredibus ad vobis suprascriptis entoris aut vestris heredibus ante omni litis inicio aut interpellacione, pene nomine auri uncie auri dues, pos pena soluta, maneat hac car-

tula vindicionis, sicut super legitur, in sua maneat firmitate. Qua vero paginam Petrus tabellio de territorio Corneliensi cribendo rogavimus su die, mense, indicione suprascripta secunda, in loco Orsaria, territorio Corneliensi.

Singnum ✝ manibus suprascripto Alberto et Roza iugalis seo Berta, Ildebrando filio suo, Teucia iugalis vendetoris qui ha cartula vindicionis, sicut super legitur, fieri rogavi ei relectu est et suprascripto precio a nobis recepimus.

Singnum ✝ manibus Uberto filio quondam Fuherio, Ardiho filio quondam Galterio, Iohannes filio Dominico, Martino filio quondam Urso, Gerardo filio Uberto rogatis testibus qui ha cartula vindicionis, sicut super legitur, fieri rogavi ei relectu est, suprascripto preci, dant, acipiente vidit.

Noticia	testium	idest:
Uberto	vir	testis
Ardho [2]	vir	testis
Iohannes	vir	testis
Martino	vir	testis
Gerardo	vir	testis.

I, 13 - Orig., mm. 560×260. Charta est aliquantum lacera in marginibus.

[1] *Iteratum* vel adimpleverimus [2] *Pro* Ardiho

14.

[Tauxiniani], 21 februarii 1064.

Bonandus filius Viventii donat sponsae suae Ermengardae filiae Ioannis tres tornaturias terrae laboratoriae, unam vineatam et unam de silva, sitas in massa Agrese seu in Valle et in Laterina, in plebe S. Mariae de Tauxiniano.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anni Domini nostri Iesu Christi millesimo sexsage[simo] quarto, die vigesimo primo mensis februarius, indicione secunda, territorio Corneliensi. Profitens profiteor ego quidem in Dei nomine Bonand[us] filio presentis conse(n)ciente Vivencio per uius paginam donacionis, trasfersionis adque perpetualiter trasatacionis vel intrumentis virtutis a presentis dieque me[e] paginam te presentis

in Dei nomine Ermengarde filia Iohannis sponsa mea et in tuisque filiis [heredibus] qui de [no]s amborum comume hacpleso Dominus dederit, dan⟨s⟩ dono, cedo, trado e trasf[ero] atque perpetualiter trasacto da meo iure, meoque dominium da meisque filii heredibus alienamus, [t]rascribimus adque suducimus in iura et dominium tuum suprascripta Ermengarda sponsa mea in tuisque filiis heredibus qui de nos amborum comune hapleso nati vel procreati fiunt; idest in masa Agrese seo in Va⟨l⟩lis et in Laterina tres de terra laboratoria et una de vinea et alia de silva cu introgito, exoito suo cu omnibus sibi pertinentibus in integrum, sicut super legitur, constituto territorio Corneliensi, plebe S. Marie ca⟨s⟩tro Tausiniano; nos quod habere et posidere et a nostris manibus, nostro iure nostroque dominium detinere videor, ut in onibus licea[t tibi] suprascripta Ermengarda sponsa me⟨a⟩ in ibide⟨m⟩ introire, preocupare adque ingredere et potestate per hec pagina donacionis seo trasfersionis adque perpetualiter trasactacionis da nobis in vobis facta adque tradita ta⟨m⟩qua per legitima et mea corporaliter tradicio, quanque eciam per isto meo miso isto presentis * * que do [1] nostris manibus in vestris [mi]timus in presencia cora testiu⟨m⟩ ut illuc venia et corporaliter trada adque investia in mea vice quietu trasmitte abendi dominiu et potestate abeatis, teneatis, posideatis seo videlicet tinore si Dominus dederi filios au filia, abea, tenea adque posideas in perpetuum et facia quotquot vobis placuerit, et si filios vel filia non habuerimus de nos a⟨m⟩boru⟨m⟩ abea tu suprascripta Ermengarda omnibus diebus vite tue, pos tuum ve⟨r⟩o obitu reverta a nos aut a nostris propinquis et illis donet pro tua anima solidos viinti, ea si forsitan quod absi Deus et avertas, i⟨n⟩ ipse suprascripto viro tuo de o seculo obierit ante te suprascripta sponsa mea, abe tu suprascripta omnibus diebus vite tue utendi, fruendi, ordinadi et disponendi, pos tuo vero obitu, reverta a res meo propi⟨n⟩quod parente et ilis donet pro anima tua cu⟨i⟩que tu idicaverit et designaverit solidos viinti ta⟨m⟩ nos suprascripto donator aut nostris heredibus a tibi suprascripta Ermengarda sponsa mea aut a tois heredibus vobiscum stare, autoriare, defensare promitimus. Quod si, quod absi et averta divina potencia et omnia que super legitur non oservaverimus vel adenpleverimus cuncta que superius promisimus et acripta leguntur, ta nos suprascripti donatore una cu nostris heredibus a tibi suprascripta Ermengarda aut a vestris heredibus,

ante omnis litis inicio aut interpellacione pene nomine auri uncies dues, pos pena soluta, maneat ac pagina donacionis, sicut super legitur, in sua maneat firmitate. Qua vero pagina donacionis cripta per manus Petrus in Dei nomine tabellio de territorio Corneliensi cribendo rogavimus sub die, mense, indicione suprascripta secunda, territorio Corneliensi.

Singnum ✝ manibus suprascripto Bonando donatore qui ha cartula donacionis, sicut super legitur, fieri rogavi, ei relectu est.

Singnum ✝ manibus Bonezo filio quondam Iohannis, Petrus filio quondam Martino, Bonezo filio Guazo, Iohannes filio quondam Petrus qui ha cartula donacionis, sicut super legitur, fieri rogavi, ei relectu est.

Noticia	testiu⟨m⟩	idest testiu⟨m⟩ :
Uberto presbiter [2]	vir	testis
Bonezo	vir	testis
Petrus	vir	testis
Bonezo	vir	testis
Iohannes	vir	testis.

I, 14. - mm. 610×235. Charta est aliquantum obsoleta ob maculas et in marginibus.

[1] *Pro* de [2] *Testis omissus in signo manus.*

15.

Ad S. Cassianum, 15 novembris 1074.

Otericus diaconus Corneliensis Ecclesiae Bruno petitori pro se et pro Ingiltruda Bonadonna concedit in emphytheusim octo turnaturias terrae laboratoriae positas in fundo S. Stephani, in loco qui dicitur Vulpariola.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo septuagesimo quarto, temporibus Gregorii pape, regnante vero Heinrico filio quondam Heinrici imperatoris, die quinto decimo mensis novenbris, indiccione tercia decima, in canonica episcopii S. Cassiani, territorio Corneliensis. Omnibus manifestum est atque congrua racione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus res sanctorum locorum meliorandi causa et utilitatibus proficiunt. Et ideo ego

quidem in Dei nomine domnus Otericus diaconus S. Corneliensis Ecclesie, vobis presentibus in Dei nomine Bruno petitori pro se et pro Ingiltruda que vocatur Bonadonna, et pro uno successore vestro qualemcumque designare volueritis per eloquium aut descripcionem de res que inferius declaratur. Et liceat vobis supradictis petitoribus eas res ei dare derelinquere ita a presenti die per enphiteotecarium ius concedimus et largimur seu et confirmamus in vos rem iuris nostri; idest octo turnaturias de terra laboratoria que sunt posite in fundo qui vocatur S. Stefani et in loco qui dicitur Vulpariola. Hec omnia cum terris et vineis et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis constituta territorio Corneliensis et plebe episcopio S. Cassiani, cum suis iustis et certis interr afinibus, hoc est: ab uno latere tenente Iohanne de quondam Timmo, ab alio iure supradicte ecclesie, atque a tercio latere via percurrente, a quarto vero latere tenentibus heredibus de quondam Ruodolfo; infra istis designatis lateribus res sita est supradicta. Dum vos supradictos petitores, scilicet Brunonem et Ingiltruda que vocatur Bonadonna unumque vestrum sucessorem, qualemcumque designare volueritis per eloquium aut descripcionem divina gratia in hac luce iusserit permanere vitam, concedimus et largimur vobis eas res ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum, et ex vestris expensis seu laboribus nichil, nisi quod inferius declaratur, reputare debeatis in affixa pensione. Ita sane ut omni marcio mense infra indiccionem pro supradicta re reddere debeatis pro in argentum denariorum veneticorum quatuor, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus exinde de manibus vestris in manibus nostris callciarii nomine, idest librum unum pro in argentum solidos viginti, [et] pro uno quoque solido ana denarios xii. Ita et post transsitum vestrum supradictorum petitorum munus expletum, quando Domino placuerit, tociens dicta res culta, laborata, restaurata et in omnibus meliorata ad dominium et potestatem supradicte ecclesie, cuius ius et proprietas est, modis omnibus revertatur. Et ego supradictus Otericus diaconus una cum meis successoribus hanc paginam henphiteosis inviolabiliter modis omnibus conservare, et una vobiscum stare, auctoriare et defensare ab omni persona promitto. Si quis vero pars nostrum contra hanc paginam enphiteosis ire aut agere temptaverimus ante perfinitum tempus, de⟨t⟩ pars parte fidem servanti, promittimus nos daturos

ante omnis litis inicium aut interpellacionem pene nomine auri optimi uncias tres, et post penam solutam, maneat hec cartula enphiteosis in sua firmitate.

[Eg]o vero Tiemarius subdiaconus et notarius sancte Corneliensis Ecclesie rogatus scripsi hanc cartulam enphiteosis sub die et mense, indiccione supradicta.

I, 15. - Orig., mm. 615 × 275.

16.

Ad S. Cassianum, 15 iunii 1078.

Arduinus subdiaconus Corneliensis Ecclesiae et Benno accolitus ordinarius monasterii S. Vitalis Petro filio quondam Luibi et Ioanni germano eius petitoribus confirmant emphytheusim quam pater eorum habuit in fundis Cerreto, Vitillone, in Pasteno S. Vitalis et in loco qui dicitur Fusiniano.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis millesimo septuagesimo octavo, temporibus Gregorii pape, regnante vero Heinrico filio quondam Heinrici imperatoris, die quinto decimo mensis iunii, indicione secunda, [1] in mansione Tiemarii notarii, in castro S. Cassiani, territorio Corneliensis. Et ideo nos quidem in Dei nomine domnus Arduinus subdiaconus canonice S. Cassiani et Benno accolitus ordinarii monasterii sinodochii S. Vitalis, vobis presentibus in Christi nomine Petrus filius quondam Luibo in una porcione, in alia vero porcione Iohannes germanus eius et quicumque ex vobis supradictis petitoribus sine filiis mortuus fuerit, eius porcio cadat ad illum qui super vixerit. Et si ambo fratres absque filiis mortui fueritis, omnes res que inferius leguntur cadant ad Rozam sororem illorum et ad suos filios, ita a presenti die per enphiteotecarium ius concedimus et largimur, seu et confirmamus in vos rem iuris nostre ecclesie S. Vitalis ; idest quantum pater vester Luibo abuit et tenuit ac sibi pertinuit in ambobus fundis qui vocatur Cerreto et in fundo qui vocatur Vitilloni et in Pasteno S. Vitalis, et in loco qui vocatur Fussiniano : et hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe episcopio S. Cassiani et S. Geminiani. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus et

infra se et supra se habentibus concedimus vobis, seu filiis ac nepotibus vestris, dum divina gracia in hac luce iusserit permanere vitam, ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum et ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil, nisi quod inferius declaratur, reputare debeatis in affixa pensione, ita sane ut omni marcio mense infra indic[ionem] reddere debeatis denarios * * de Venecia, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus de manibus vestris in manibus nostris callciarii nomine, idest librum unum pro in argentum solidos quadraginta et pro unoquoque solido ana denarios XII, ita et post transitum vestrum vestrorumque filiorum ac nepotum tociens dicta res culta, laborata, defensata et in omnibus meliorata ad dominium et potestatem supradicte ecclesie, cuius ius et proprietas est, modis omnibus revertatur, et nos supradicti ordinatores Arduinus subdiaconus et Benno acolitus una cum nostris successoribus una vobiscum stare, auctoriare et defensare ab omni persona promittimus. Si que vero pars nostrum contra hanc enphiteosin ire vel agere temptaverimus ante perfinitum tempus, pars parti fidem servanti promittimus nos daturos ante omnis litis inicium aut interpellacionem auri optimi uncias tres, et post penam [solu]tam, maneat hec enphiteosis in sua firmitate.

Ego Tiemarius ⟨subdiaconus⟩ et notarius scripsi hanc enphiteosin sub die et mense, indicione supradicta.

I, 16. - Orig., mm. 324 × 160.

[1] *Indictio II respondet anno 1079.*

17.

Tauxiniani, 11 aprilis 1085.

Petrus Ioannis de Leto filius et Ildiza eius coniux ac Ioannes clericus et Donina filia Hildebrandi res et pertinentias suas sitas in valle quae vocatur Katurka vendunt Petro Rustico et Remengardae uxori eius, Hildebrando clerico, Sifredo et Widoni germanis.

[In nomin]e Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione millesimo hoctogesimo quinto et domno Clemente papa, regnante vero Henri[co a] Deo coronato magno inperatore, die hundecimo mensis aprilis, indicione hoctava, in kastro Tausi-

niano, territorio Corneliensis. Profitens profitemus nos quidem in Dei nomine P[etr]us [1] de Iohannes de Leto et Ildiza congnus sua et Iohannes clericus nepote suo et congnus illorum Iohannes clericus et Donina filia quondam presbirtoro Ildebrandi per huius cartula nostreque vocis, profensionis, vendicionis, transfersionis atque perpetualis transhaccionis a presenti die nostreque cartula; me presente in Christi nomine Petrus qui vokatur Rusticus et silicet nomina Remengarda congnus sua et Ildebrandus clericus et Sifredo et Wido iermani fratris in vos et in vestrisque filiis et heredibus in perpetuum dans damus, vindimus adque transferimus atque perpetualiter transhactamus da iura nostra nostroque dominium et da nostris ceteris filiis et heredibus aliena[mus] et transcribimus in iura et dominium [v]estrum; idest omnia res et pertinencias nostras qui nobis pertinet in valle qui vokatur Katurka ... ferario que pertinet ad Petrus et Iohannes clericus et ad iermano suo et a Donina interr afines eius, et si suprascripti comparatoris intencione aparue[rit] vobis suprascripti venditoris debetis dare altretanta in curte Tausiniano ad vestris consortis de ipsa predictas res que supra legitur: a primo latere ten[ente] Albertus de Omizo, ad secundum latere tenente Petrus da Burutrhio, a tercio latere Pigurile, a tercio [2] latere via percurrente ad Ronkatello; inf[ra] istis lateribus desingnatis ipsa predicta res, que supra legitur, sitans territorio plebe S. Marie qui vokatur Tausiniano. Ut a presenti die licead vobis suprascripti comparatoris introire et preocupare sine alicuius obstaculo per hanc cartula vendicionis ad nobis facta atque tradita tanquam per elegitimam et nostram corporalis tradiccionem, eciam per istium nostrum missum nomine Ildrebrandus cleri[cus] quem de nostris manibus in tuis damus et mittimus in presencia testium: abeatis, teneatis, possideatis eciam vindendi, dandi vel comutuandi vel quiquic vobis placuerit exinde faciendi cum tuis heredibus in perpetuum. Et ab odierno die non s[it nobis] suprascripti venditoris neque nostris filiis et heredibus si umquam in tempore aut nobis, aut nostris filiis, aut nostra sumissa vel sumitenda [persona], in contra vobis suprascripti comparatoris, aut in nostris filiis et heredibus, ut supra legitur, pro precium nomine, idest kapa una pro solidos [quin]quaginta monete Venecie, et per unumcoque abente de denariis quadraginta. Quod si, quod absit divinea pot[encia] et omnia que supra leguntur, quia daturi nos esset promittimus. Et nos suprascripti venditoris

et transfertoris huna cum nostris et heredibus ab omni persona stare et aucturiare debeamus, non observaverimus vel adimpleverimus, ante omnis litis inicium aut interpellacione, pene nomine auri uncias trex, et pos penam solucionis, manead hanc cartulam vendicionis, transfersionis in sua firmitate permanead. Quam vero cartula scripta per manus meas Petrus Immolensi notarius, scriptor sum rogatus sub die, mense, indicione hoctava, in curte Tausiniano, territorio Corneliensis.

Singnus manibus nostris Petrus de Iohannes de Leto et Ildiza congnus sua iamdicti venditoris et transfertoris manibus nostris firmavi et testis rogavi, subscripsi.

Singnus manibus nostris Iohannes clericus et Petrus iermano suo et Donina filia quondam presbiter Ildebrandi iamdicti venditoris et transfertoris manibus nostris firmavi et testis rogavi, subscripsi.

Singnus manibus nostris Hamigolo et Bonfiglo et Iohannes filio suo, Albertus [3] filius quondam Rusticus, Albertune de Presbiter, Petrus huic cartula vendicionis, transfersionis, rogatis testis subscripsimus.

Noticia	testium	idest:
Amigolo	vir clarus	testis
Bonfiglo	vir clarus	testis
Iohannes	vir clarus	testis
Albertino	vir clarus	testis
Albertune	vir clarus	testis.

I, 17. - Orig., mm. 490 × 260. Charta est obsoleta secundum margines.

[1] *Id ex subscriptione colligitur.* [2] *Pro* quarto [3] *In* NT Albertino

18.

Ad S. Cassianum, 10 ianuarii 1094.

Petrus et Ugo canonici dant in emphyteusim Bulgaro et Alberto filiis quondam Bulgari possessionem quandam sitam in Laguna longa, quam eorum pater habuerat.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo quarto, tempore Clementis pape, regnante Henrico filius Henrici

imperatoris, die decimo mensis ianuari, indictione secunda, in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Petrus archipresbiter et Ugo prepositus sancte Corneliensis Ecclesie, una cum consensu patrum nostrorum, vobis presentibus in Christi nomine Petro et Alberto et Bulgaro filii quondam Bulgari seo e filiis et nepotibus vestris per henfiteosin iuris a presenti die concedimus et largimur seo confirmamus rem iuris suprascripte ecclesie; idest totam et integram illam possessionem quam pater vester Bulgarus habuit et tenuit a suprascripta ecclesia in fundo et loco qui vocatur Laguna longa, territorio Corneliensis et plebe S. Laurentii. Hec omnia cum terris et vineis, campis cum arbustis, arboribus pummiferis et infrutiferis diversisque generibus et cum omnibus quoquo modo ad se et infra se super se habentibus, quoquo modo pertinentibus, vel subiacentibus, sicut superius legitur. Dum vos suprascripti nominati petitores seo filiis et nepotibus vestris, sicut superius legitur, divina gratia in hac luce iuxerit permanere vitam concedimus vobis eas res ad habendum, tenendum, cultandum, laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum ex nostris propriis expensis seo laboribus nichil aliquod inferius in afixa pensione quoquo modo reputare debeamus. Prestante quoque vos suprascripti petitores seo filiis et nepotibus vestris [indesinenter] secundum cartulam henfiteosin peticionis vestre pensio nomine singulis quibusque annis; hoc est pensio quod redere debeatis pro ipsa supradicta res que superius legitur, pro omnia et ex omnibus omni marcii mense infra indictionem de dinariis veneticorum quatuor, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et nos supradicti ordinatores una cum nostris successoribus vobis suprascripti petitoribus vestrisque filiis et nepotibus ab omni persona auctorizare et defensare promittimus. Pro eo quia exinde accepimus callciarii nomine solidos triginta et per unumquemque solidos ana denarios duodecim, eo tenore non sit vobis petitoris neque vestris filiis et nepotibus ipsa res vendere, nec donare, nec comutuare, nec per nullis modis alienare nisi inter vos vel in nobis, si oportunum fuerit. Ita post transitum vestrorum munus expletum quando Dominus sue sancte maiestatis placuerit, tunc supradicta res, que superius legitur, revertatur ad supradicta ecclesia, cuius est iura et proprietas, modis omnibus revertatur dominium et proprietas. Promittimus propterea nos nullis temporibus vite nostre huius paginam enfiteosin violare, sed inviolabiliter observare vobis vestrisque filiis et ne-

potibus cum nostris fratribus et successoribus. Quod sit, quod absit et avertat divina potencia et omnia que superius legitur non observaverimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos ante omnis litis initium pene nomine auri optimi uncie quatuor, et post solucionem pene, maneat hec cartula enfiteosin in sua firmitate. Quam scripsi ego Iohannes subdiaconus et notarius sancte Corneliensis Ecclesie sub die supradicto et indictione supradicta secunda.

Ego Ugolinus Bonipetri filius huic enfiteosin rogatus interfui. Ego Ugo de Farulfo rogatus testis fui. Ego Santernolus Bangnagalina rogatus testis fui. Ego Petrus Ursolinus rogatus testis fui. Ego Rodolfinus rogatus testis fui. Ego Ugo de Honesto rogatus testis fui. Ego Iohannes Doda rogatus testis fui.

I, 19. - Orig., mm. 444×175. Charta est valde lacera praesertim in parte superiore et inferiore: in linea 18 est abrupta.

19.

Bafati, 31 maii 1094.

Bernardus et Contisa iugalis eius una cum Contisa matre eius et nepote Alberto dant Balduino et Berthae eius uxori in emphytheusim quasdam petias terrae sitas in plebe Tauxiniani.

. . . . Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo no[nagesi]mo qu[arto, regnante Inri]co quondam Inricis imperatoris filio, die secundo calandas iunii, in[dicione secun]da, actum in ca⟨s⟩tro Bafati, teritorio Corneliensi. Petistis a nobis in Dei nomine [Berna]rdo et Contisa iugalis et Contisa mater eius et Alberto fio [1] quondam Tederico per a⟨nc⟩ p[aginam] . . . pacti a presente die me⟨e⟩ paginam vobis, presente Boldoino filio quondam Guido [et] Berta iugalis in vestrisque fili⟨is⟩ et eredibus vestris per ac paginam pacti concedimus . . . [lar]gimus seo confirmamus in vobis rem iuris vestris suprascriptis patronis; idest quarta par[te de] una pecia t[erra] que dicitur Lasta, alia pecia terra a sumo Catalmoni, alia pecia terra suta Popoio Ara⟨r⟩di, alia pecia terra da rio Brigarolo, e si unquam in tempore alere, aut retinere, aut minu⟨ere⟩ per vos, aut per vestris erhedibus, aut per aliis ominibus, tanta et tale redere debeatis

cum i[n]troito et exito suo, et cum ingroso et greso suo, et cum omnibus sibi pertinentibus, constituto teritorio Corneliensi, plebe S. Marie, ca⟨s⟩tro Ta⟨u⟩siniano, et plebe Tiberiacis; et omnia ad abendum, tenendum, posidendum, defensandum et in omnibus meliorandum, et inn a⟨n⟩nis avenientibus quadrainta a⟨d⟩ renovandum, sex solido dandum, ita sane ut inferatis dominis e racionibus si⟨n⟩gulis quibus annis dare nobis debeat[is], qua n do issa terra esse laborata de qualiscumque labore semenaveritis, dare nobis suprascripto . . . [pensio tan]tum, ut dictum est, persolvatur, pro eo quia ecside [2] accepit, idest solidos octo ab oni person[a hominum] . . . vobiscum stare, autoriare, defe⟨n⟩sare promito. Quod si, quod apsit et avertas [divina po]tencia, et omnia que super leguntur promisimus et asc⟨r⟩ipta leguntur, daturo me [esse promitto] nos suprascriptis ordinatoris una cum nostris erhedibus a tibi suprascripto petitore et ascripta . . . [da]turo me es⟨se⟩ promito, ante omnis litis innicium, aut interpellacione, pene [nomine] . . . treinta et pos pene soluta, manead ac paginam pacti in sua firm[itate]. Quas vero paginam scripta per manus Acio in Dei nomine tabellio de terit[orio Cor]neliensi.

Singna ✝✝✝ manus Bernardo et Contisa iugalis et Alberto nepote eius . . . dito ordinatore de omnibus superius po⟨st⟩ robboracione test[ium com]plevit et asolvit.

. . . . Iohannes presbiter, Iohannes de Quini, Zo. . . . . Petrus rogatus testibus.

I, 18. - Orig., mm. 340×260. Charta valde lacera est, eaque mutila pluribus in partibus. - Benacci, 162.

[1] *Pro* filio [2] *Pro* exinde

20.

[Ad S. Cassianum], 18 ianuarii 1095.

Teuzolinus refutat in manibus canonicorum S. Cassiani terras ecclesiae positas in fundo Flaibano quas ipse iamdiu retinebat.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ab anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo quinto, indicione IIII, die octavo decimo mensis ianuarii. Teuzolinus refutavit terram canonica S. Cassiani, que est posita

fundo qui dicitur Flaibano, in manibus canonicorum eiusdem ecclesie quam vi tenebat sup se, per se, aut per suam sumissam vel sumittendam personam, rixam, contentionem, vel a(li)quam molestiam contra supradictos canonicos fecerit, promisit se daturum solidos c, et sub anathema Domini semper esse; et post pena soluta, hec refutatio maneat firma. Hoc factum fuit in mansione eiusdem Teuzolini coram his testibus qui hic nominantur, scilicet: Iohannes archipresbiter et Ugo presbiter, Petrus presbiter, Wido Prugne filius Albertus de Corvaria, Ugolinus de Mico et Ugo Sarto..

I, 20. - Orig., mm. 227×100. Charta scripta est manu Ioannis subdiaconi et sanctae Corneliensis Ecclesiae notarii.

21.

[Ad S. Cassianum, saec. XI].

Nota solutionis factae a Gumperto in favorem ecclesiae S. Cassiani.

† In nomine Domini. Consta' me Giselbertus archidiaconus et accionarius [1] sancte Corneliensis Ecclesie accepisse et accepi a vobis Gumperto [2] pensio pro duas uncias principali fundo casa Variana, et una uncia fundo Centus, et duas uncias fundo Fodiano, et duas uncias fundo Vitiliano, nec non duas uncias fundo Lamaria, et duas uncias fundo ..., [3] et una uncia ..., [4] adque tercia porcione in fundo Mafssenciaco [5] et Duocento et Sorbano atque cum casalibus in integrum, fundo Folloni, et pro omnes sortes et porciones in fundo Novula, et in fundo Variano, et in fundo Trentola, et in fundo Flaminiano qui Porcile vecclo vocantur, et in fundo Sorbarxillito, [6] vel pro quantocumque quondam Paulo socro tuo ad suis detenuit manibus ad iure sancte Cornelliensis Ecclesie usque ad diem obitus sui, pensio in auro solido uno et tremisse duo; unde pro monimine vestro feci vobis hunc de acceptum in mense [7] marcio, indicione quarta decima. [8]

(A). † Giselbertus sancte exiguus Ecclesie archidiaconus Corneliensis in unc manu de aceptum mea subscripsi †. [9]

I, 21. - Orig., mm. 660×160. Charta constat tribus apochis alterius manu scriptis, sed eadem capientibus, itaque ex duabus ultimis nonnisi discrepantia transcribimus.

[1] *In secunda ac tertia apocha scriptum invenimus* Iohannes diaconus et accionarius [2] *In tertia legitur* Gumpertus iudex et dativus et Cristina iugalis [3] *Verbum abrasum ; in tertia apocha est* Fenariola [4] *Verbum abrasum, in secunda est* casa Variana [5] *In secunda scriptum est* Mapsenciaco, *in tertia* Maxenciaco [6] *In secunda et in tertia est* Sorbastellito [7] *In tertia haec sequuntur verba* februario, indiccionibus transactis, dinarios triginta pro prima et secunda, et pro presente tercia indiccione per unaquaque indicione auri solido uno et tremisse duo tantum [8] *In secunda est* quinta decima [9] *Autographae sunt subscriptiones Ioannis in secunda et tertia apocha.*

22.

Ad S. Cassianum, 23 februarii 1106.

Canonici Corneliensis Ecclesiae Ungaro et Alberico eorumque heredibus concedunt renovare emphytheusim quam praedecessores eorum habuerant in loco qui Gazo appellatur.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo sexto, temporibus Pascalis pape, imperatorem nondum habemus, die vigesimo tertio mensis februarii, indicione quinta decima, [1] in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Petrus archipresbiter et Ugo prepositus sancte Corneliensis Ecclesie una cum consensu fratrum nostrorum vobis presentibus in Christi nomine Ungarus et Albericus germani filii Teuzonis et Iohannis et coniux eius et Albertus et Ugo Uberti, Ugo et fratribus eius vobis seu filiis et nepotibus vestris per henphiteotecarium ius, a presenti die concedimus et largimur seu confirmamus rem iuris supradicte ecclesie ; idest totam et integram illam possessionem quam antecessores vestri habuerunt et tenuerunt iure S. Cassiani per anteriorem henphiteosin in loco qui dicitur Gazo : ab uno latere fossatella de Quarto, ab alio latere limite de Quazo, a tercio limite Fabrulini, a quarto latere strata que vadit iuxta bandum et ad fosam Aimi. Hec omnia constituta territorio Cornelliensi et plebe S. Marie, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus ; dum vos superius nominatos vestrosque filios ac nepotes divina gratia in hac luce iusserit permanere, concedimus vobis habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum, et ex vestris propriis expensis seu

laboribus nichil, nisi adfixam pensionem deferatis. Prestantibus vobis quoque indesinenter secundum paginam peticionis vestre quibus annis omni marcii mense pro pensione denarii quatuor, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus exinde a vobis callciarii nomine, idest pro in argentum libras decem. Promittimus nullis diebus nullisque temporibus vite vestre, vestrorum filiorum ac nepotum hanc enphiteosin minime valere, sed omnibus modis conservare et adimplere. Tamen munimo expleto, quando Domino placuerit, tunc predicta res culta, laborata et in omnibus meliorata, vel quicquid a vobis inibi additum melioratumque fuerit, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Quod si sit, quod avertat divina potencia, et omnia supradicta non observaverimus, vel si contra ea ire presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos auri uncias duas, et post pene solucionem, hec henphiteosis maneat firma. Quam scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indicione supradicta, eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere, vel donare, neque comitare, neque commendare, neque loco pignoris ponere, neque per aliquem modum vel ingenium alienare, quod si feceritis, hec enphiteosis sit inanis et vacua.

Ego Supinus rogatus testis fui, ego Duizo rogatus testis fui, ego Burgise rogatus testis fui, ego Geremias rogatus testis fui, ego Iohannes presbiter rogatus testis fui, ego Rigo rogatus testis fui.

II, 1. - Orig., mm. 470×222.

[1] *Indictio XV respondet anno 1107.*

23.

Solustrae, 23 februarii 1106.

Imilda uxor quondam Widonis sutoris ac illius filii donant canonicis ad S. Cassiani fundum Maceratulam ut coniugi et parenti vita functo coelestium properent gaudia.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo sexto, temporibus Paschalis pape, imperatorem nondum habemus, die vigesimo tercio mensis februarii, indicione quinta decima, [1] in

castro quod vocatur Solustra. Domina sancta et merita ac ter venerabilis ecclesia cui vocabulum est S. Cassiani Christi martiris, in qua nunc, Deo protegente, Ugo prepositus esse videtur et Martinus diaconus et Iohannes vice dominus et Albertus clericus, canonici supradicte ecclesie et in illorum confratres seu successores regulariter atque canonice ibi morantes, in perpetuum iure salario permanendum. Ego quidem in Christi nomine Imilda relicta Widonis et Rambaldus et Ugo filii supradicti Widonis et Imilde credentes illam evangelicam subsequi lectionem ut pro beneficiis huius seculi centuplum accipientes eterne vite participes esse mereamur. Qua de re nos quidem supradicta Imilda et Rambaldus et Ugo germani cum illorum coniugibus pro anima nostra et supradicti Widonis pro redimendis peccatis, prono animo ac nostra spontanea voluntate, nullo nos cogente, vel vim inferente, sed proprie deliberacionis arbitrio damus, donamus, cedamus, transferimus, atque perpetuo transactamus, et de nostro iure nostroque dominio nostrorumque filiorum vel heredum, alienamus et transscribimus atque subducimus in ius et dominium vestrum vestrorumque successorum regulariter viventium in supradicta canonica; idest hoc quod Wido sutor habuit ac detinuit iure eorum in fundo qui vocatur Maceratula, hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe S. Laurentii, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus vobis vestrisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum, solummodo libellum faciendum, nec vendendum, nec donandum neque commutuandum, neque commendandum, neque loco pignoris ponendum, nisi in supradictis donatoribus, vel in illorum heredibus, tamen licenciam habeatis innovandi : et ab hac die nunquam liceat nobis donatoribus neque nostris filiis vel heredibus ullo in tempore exinde movere questionem, aut causationem, vel molestiam ; sed securi ac quieti exinde maneatis in perpetuum, et si quo tempore quepiam persona surrexerit que vobis vel vestris successoribus supradictam rem tollere vel minuere voluerit, ab omni persona auctoriare atque defensare promittimus. Quod si non fecerimus, vel si contra omnia supradicta ire vel agere presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque filios vel heredes daturos auri uncias duas, et pena soluta, hec donatio maneat firma. Quam vero scripsi ego Iohannes subdiaconus sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indictione xv.

(*A*). Ego Iohannes presbiter manu mea subscripsi.
(*A*). Ego Gerardus subdiaconus manu mea subscripsi.
✠ Signum manus supradicte Imilde ad omnia supradicta.
✠ Signum manus supradicti Rambaldi ad omnia supradicta.
✠ Signum manus supradicti Ugonis ad omnia supradicta.
Ego Saurinus rogatus testis fui.
Ego Divilo rogatus testis fui.
Ego Buegise rogatus testis fui.
Ego Geremias rogatus testis fui.
Ego Rigo rogatus testis fui.

II, 2. - Orig., mm. 435×290.

[1] *Indictio XV respondet anno 1107.*

24.

Ad S. Cassianum, 3 decembris 1106.

Canonici Corneliensis Ecclesiae confirmant Guidoni de Solustra emphytheusim quam ipse habuerat in fundo Gazo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo sexto, temporibus Paschalis pape, imperatorem nondum habemus, die tercio mensis decenbris, indictione quinta decima, in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Petrus archipresbiter et Uguo prepositus sancte Corneliensis Ecclesie, una cum consensu fratrum nostrorum tibi presenti in Christi nomine Guidoni filio quondam Guarini de Solustra petitori pro te et in vice et in persona Imelde iugalis tue, seu filiis et nepotibus vestris per henphiteotecarium ius, a presenti die concedimus et largimur seu et confirmamus in vos rem iuris supradicte ecclesie; idest omnes res in integrum et totam illam possessionem in integrum quantascumque habuit et tenuit pater tuus et sibi pertinuit in fundo et loco qui dicitur Gazo: ab uno latere flumen Silaris, ab alio latere via . . . . de Gregorio, a tercio fossa de Quarto, seu fossa Marza, atque a quarto limite de Guazo. Iterum concedimus vobis supradictis petitoribus rem iuris supradicte ecclesie, idest totam et integram illam possessionem quam pater tuus habuit et tenuit a supradicta ecclesia in fundo et loco qui dicitur

Cardeto, hoc est inter afines eius: ab uno latere via Cardeti, ab alio latere flumen Sileris, a tercio Ago, atque a quarto Nemus Monachi; infra istis desi g natis lateribus. omnes supradicte res iacent constitute Corneliensi et plebe S. Marie in Solustra. Hec omnia cum introitu et exitu suo, et cum omnibus super se et infra se habentibus et sibi pertinentibus. quoquo modo concedimus ad habendum, tenendum, possidendum et in omnibus meliorandum, dum vos supradictos nominatos seu filios et nepotes vestros divina gratia in hac luce iusserit permanere, concedimus vobis omnes supradictas res ad habendum, tenendum, possidendum et ex propriis vestris expensis, seu laboribus, nisi quod inferius declarabitur, reputare debeatis in afixa pensione. Ita sane ut omni marcii mense, aut infra indictionem reddere debeatis pro supradicta re denarios sex de Venecia, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et non liceat vobis supradictis petitoribus, neque filiis et nepotibus vestris, omnes supradictas res vendere, nec donare, nec mutuare, nec loco pignoris ponere, neque commendare, neque per aliquem modum vel ingenium alienare, pro eo quia accepimus de manibus vestris in manibus nostris callciarii nomine pro in argentum solidos XL, et pro unoquoque solido, ana denarios XII, ita et post obitum vestrum seu nepotum et filiorum vestrorum munus expletum, quando Domino placuerit tociens supradicte res culte et laborate et defensate et in omnibus meliorate, ad dominium et proprietatem supradicte ecclesie, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Et nos supradicti datores una vobiscum et cum successoribus nostris, et cum filiis et nepotibus vestris, stare, auctorizare et defensare ab omni persona promittimus. Si qua vero pars nostrum contra hanc paginam henphiteosis ire vel agere tentaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium aut interpellacionem, auri optimi uncias quatuor, et post solutam penam, maneat hec henphyteosis in sua firmitate. Quam scripsi ego Iohannes sancte Corneliensis Ecclesie notarius, sub die et mense, indicione supradicta.

Testes rogati: Albertus Fantolinus tabellio, Iohannes qui vocatur de Corbo, Bonizo qui vocatur Longo, Ugo qui vocatur de Peregrino, Albertus de Corvo.

II, 3. - Exemplar saeculi XII, mm. 400×255.

25.

Ad S. Cassianum, 24 aprilis 1107.

Francus clericus pro persona Guidonis et uxoris eius petit ab Arduino abbate et ordinario monasterii S. Vitalis renovationem emphytheusis iam alias concessae.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo (septimo), [1] temporibus Pascasii pape, Carlus [2] rege electo, die viesimo [quar]to mensis aprilis, indicione quinta decima, [3] [in] burgo S. Cassiani, territorio Cornelliensis. Petimus a vobis in Dei nomine Arduinus subdiaconus ordinarius et abbas monasterio sinedochio S. Vitalis, michi presenti Franc[o] clericus petitori pro persona et in vice Guidoni filius Anne et de personata uxore sua illorumque filiorum et nepotum per hanc enfiteosin concedistis nobis rem iuris suprascripti monasterii vestri; idest unum spacium terre qui est positum in civitate antiqua Cornelliensis, extendentes in longitudinem suam perticas decem, in frontibus pedes viginti et octo: ab uno latere tenente Gerardus filius Marsceselli, ab alio Iohannes de Petro de Imola, a tercio Albertus Mezabraga, a quarto vero latere strata percurrente; cum omnibus sibi pertinentibus, eas res abenda, tenenda et in omnibus melioranda et tu suprascriptus abbas et tuis successoribus nobis nostrisque filiis et nepotibus ab omni persona auctoriare et defensare promisistis; pensione nomine denarium unum, pro callciarii nomine solidos decem monete Venecie; m(un)imine expletum, aut quando Domino placuerit, tunc predictam rem culta, laborata et in omnibus meliorata vel quiquit a vobis inibi additum melioratumque fuerit, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Promittimus propterea nunc nullis diebus, nullisque temporibus vite nostre testes huius paginam enfiteosin a vobis in nobis facta et tradita multum valere contendere ea, que sup(ra) leguntur, non observaverimus, tunc daturos nos nostrosque filios et eredibus [ti]bi suprascripto abati tuisque successoribus pene nomine auri optimi uncias duas, et hanc enfiteosin firma maneat.

Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

Hoc factum est in presencia Iohannis de Rolando, Albertus filius Petri de Přesbitero, Aberico Atolinus frater eius, Petrus clericus rogatis testibus.

I, 22. - Orig. mm. 600×110.

[1] *Id ab indictione XV.* [2] *Forsitan pro* Henricus [3] *Indictio XV respondet anno 1107.*

26.

[Ad S. Cassianum], 17 octobris 1107.

Arduinus subdiaconus et ordinarius monasterii S. Vitalis dat in emphytheusim fundos de Lamaro et Castilioni, partim in commodum Teutii fabri eiusque uxoris, partim in Alegriti nepotis eiusdemque fratrum.

In nomine Domini. Anno dominice incarnationis MCVII, temporibus donnus Pascasius papa in apostolica sacratissima beati Petri apostoli Domini sede nono, XVI kalendas novembris, indicione prima, actum in capite pontes insum S. Georgii, territorio Corneliensis. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus et venerabili eorum locis utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Et ideo ego quidem in Dei nomine Arduinus subdiaconus et ordinarius monasterii S. Vitalis vobis presentibus in Christi nomine Teutio fabro petitore pro se et pro iugale sua in una medietate, et in alia vero medietate petitor Aligrito nepotes eius pro se et pro germanis fratribus suis, de quale una de nobis supradictis petitoribus sine heredes mortuus fuerit, sua portione cadad ad illis qui supervixerit, seu filiis hac nepotibus vestris per henfiteotecarium ius a presenti die concedo et largior vobis res iure supradicti monasterii ; idest omnes quas abui ac tenui in fundo de Lamaro et in fundo qui dicitur Castilioni ad iura de predicto monasterio, hec omnia cum terris et cum omnibus sibi pertinentibus, sicut super legitur, constituta territorio Corneliensis. Istas supradictas res abeatis, ut dixi, in integrum ad abendum, tenendum, laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum nobis [1] vestrisque filiis hac nepotibus ad renovandum, pro ipsa renovatione callciarium dandum, post complete sunt iste tres persone henfiteosis renovetur, pro eo quia exinde

accepit de manibus tuis supradictis petitoris in manibus supradicto Arduino ordinario monasterii S. Vitalis in presentia testium callciarii nomine, idest solidos xxxx monete Venetie; finito pretio coram testibus. Sic ita tamen ut exinde inferi debeamus nos supradicti petitores nostrisque filiis ac nepotibus nostris a te supradicto ordinatore vel a tuis successoribus omni marcii mense denarii xII de predicta moneta, et ego supradicto ordinator vel mei successoribus omni tempore ab omni homine auctorizare et defensare nobis promisisti. Si qua vero pars nostra, que contra anc henfiteosin ire tentaverimus ante prefinitum tempus, det pars partem fidem servantem pene nomine untiam duam auream, et post pena soluta, hec pagina enfiteosis omni tempore valead firmiter.

✠ Signa ✝✝ manuum testium Iohannes qui dicitur Masaro de Bonello et Bonifredus qui dicitur da Castilioni de omnibus, ut supra legitur, rogati testibus.

Ego Arduinus subdiaconus et ordinarius monasterii S. Vitalis in hac enfiteosi manu mea subscripsi.

✝ Et ego Azo notarius de territorio Corneliensi scriptor sum huius pagina henfiteosin post roborationem testium complevi et absolvi.

Ego quidem Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie presentem cartam, secundum quod vidi in antiqua carta, subscripsi et firmavi nec adidi nec minui.

II, 4. - Exemplar manu Giberti notarii, mm. 360×240.

[1] *Pro* vobis

27.

Orsariae, 16 ianuarii 1108.

Ioannes filius quondam Leonis Guidoni quondam Hugonis vendit sesqui tornaturiam arvi sitam in eo loco qui dicitur Valle.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, anno ab incarnacione eius millesimo centesimo octavo, temporibus Pascasius papa, regnante Carllo [1] condam Enrici imperatoris filio, die sexto decimo mense ianuarii, indicione secunda, [2] actum in Orsaria, territorio Cornelliensi et plebe sancte Marie castro Tausignano. Profitens profiteor ego quidem in Dei nomine Iohannes filio condam Leo per huius pagina mee vocis, profensionis, vendicionis seu

transactionis a presente die eiusdem pagine, te presente in Christi nomine Guido filio condam Ugo in te et in tuis filiis et heredibus, alieno et transcribo atque subduco in ius et dominium tuum tuorumque filiorum et heredum in perpetuum; idest vendo, trado atque transacto tibi supradicto Guido una tornaturia et media de terra laboratoria in loco qui vocatur Valle: ab uno latere rio, ab aliis lateribus ipso Iohannes venditore; hec omnia, ut superius legitur, habeatis, teneatis, possideatis tu et filiis et heredibus tuis in perpetuum. Et si ego supradicto Iohannes vel meis filiis et heredibus a te supradicto Guido aut a tuis filiis et heredibus de supradicta terra voluero facere questionem, repeticionem ullamque molestia generare contra te, aut contra tuos filios et heredes, ego supradicto venditore vel meis filiis et heredibus defensare, et auctorare promitto, proinde accepi precium de manibus tuis in manibus meis precium nomine inter arientum et valentes solidos quadraginta monete Venecie, tantum precium finitum fuit pro predicta terra. Quod sit, quod absit et avertat divina potencia et omnia, que superius leguntur, non observavero una cum meis filiis et heredibus a t(e) supradicto comparatore et tuis filiis et heredibus daturum me esse promitto cum meis filiis et heredibus sub pene nomine solidos quinquaginta monete Venecie, et pena soluta, hec carta vendicionis maneat firma.

Signo mano Iohannes venditore manus meas firmavit et testes rogavit Iohannes, Alberto clericus et Pizolo rogatis * * * testibus.

Alberto notarius de loco qui vocatur Fornioni scribendo rogatur sub die, mense et indicione supradicta.

II, 5. - Orig., mm. 335×210.

[1] *Forsitan pro* Enrico [2] *Indictio II respondet anno 1109.*

28.

Ad S. Cassianum, 11 februarii 1108.

Ubaldus Corneliensis Ecclesiae episcopus electus concedit in emphytheusim compluribus quasdam petias terrae possidendas pro rata.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo octavo, temporibus Pascalis pape et Caroli [1] regis, die undecimo mensis februarii, indictione prima,

in domo S. Cassiani. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus venerabiliter locorum meliorandique utilitatibus causa proficiunt. Ed ideo ego quidem in Dei nomine dominus Ubaldus Dei gratia sancte Corneliensis Ecclesie electus episcopus, una cum consensu clericorum eiusdem ecclesie, vobis presentibus in Christi nomine Ugo et Albertus germani filii Gerardi, seu filiis ac nepotibus vestris in duodecim turnaturiis, et Ungarus et Albericus cum illorum filiis vel nepotibus in duodecim turnaturiis, cum Iohanne et Viviano consanguinibus eorum, et Iohannes de Alberto in tribus turnaturiis et mediam cum filiis et nepotibus eius, et Albertus et Ildebrando filii Teuzonis cum illorum filiis ac nepotibus, et Dardarus consanguineus eorum in quattuor turnaturiis, et Gisla filia Alberti tabellionis et Albertus consanguineus cum illorum filiis ac nepotibus in tribus turnaturiis, et Petrocinus cum fratribus suis filii Alberti et Azo et Robertus germani in quattuor turnaturiis cum·illorum filiis ac nepotibus, et Albertus cum fratribus suis filii Leonis, et Ubaldus et frater eius, et Ubaldus filius Ugonis in sex turnaturiis, et Iohannes Bonus et frater eius filii Lamberti cum illorum filiis ac nepotibus in unam et mediam turnaturiam, et Iohannes Flamignanus et fratres eius in unam et mediam turnaturiam, et Gribaldinus filius Alberti in sex turnaturiis, et Albertus cum fratribus suis filii Azonis in duobus turnaturiis, et Iohannes cum fratribus suis, et Winebaldus avunculus eorum in una turnaturia, et Osbertus cum fratribus suis in sex turnaturiis, et Petrus cum fratribus suis filii Ugonis de Bonzetto in tribus turnaturiis, et si omnes supradicti de supradicta terra plus habuerit nichil illis pertineat. Hec omnia constituta territorio corneliensis et plebe S. Marie in Solustra, cum his lateribus: ab uno latere Sillaro percurrente, ab alio latere limite de Quaszo, a tercio latere limite Petroso cum fossa Redunda, a quarto latere limite Fabrolino. Hec omnia cum terris, campis et cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus. Dum vos superius nominatos vestrosque filios ac nepotes divina gratia in hac luce iusserit permanere vitam, concedimus et largimur, seu et confirmamus in vos eas res habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas et ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil, nisi adfixam pensionem, deferatis. Prestantibus nobis quoque indesinenter secundum paginam peticionis vestre singulis quibusque

annis omni anno dinarios duos, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus de manibus supradictorum in manibus nostris calleiarii nomine, idest pro in argentum libras sedecim, et ego cum meis successoribus una vobiscum et cum vestris nepotibus stare, auctoriare atque defensare promittimus. Eo tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare neque commutuare, neque commendare, neque locare, nec etiam loco pignoris ponere, neque per aliquem modum vel ingenium alienare, nisi in supradicta ecclesia; quod si feceritis, hec henfiteosis sit inanis et vacua. Tamen, munimine expleto, quando Domino Deo placuerit, tunc predicta res culta, laborata et in omnibus meliorata, vel quicquid a vobis inibi additum melioratumque fuerit, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Promittimus preterea nullis diebus nullisque temporibus vite vestre vestrorumque successorum textun huius henfiteosis minime valere, sed modis omnibus conservare et adimplere. Quod si non fecerimus, vel si contra omnia supradicta ire vel agere presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos ante omnis litis inicium aut interpellacionem auri uncias tres, et post pene solutionem, hec henfiteosis maneat firma. Quam vero scripsi ego Iohannes sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indicione prima.

(A). Ego Ubaldus electus episcopus subscripsi.
(A). Ego Benno archidiaconus subscripsi.
(A). Ego Balduinus presbiter subscripsi.
(A). Ego Iohannes presbiter subscripsi.
(A). Ego Wido presbiter subscripsi.
(A). Ego Albertus clericus subscripsi.
(A). Ego Arduinus diaconus subscripsi.
(A). Ego Farulfus subdiaconus subscripsi.
(A). Ego Benno subscripsi.
(A). Ego Albertus clericus subscripsi.
Ego Albericus rogatus testis fui.
Ego Raimundus rogatus testis fui.

II, 6. - Orig., mm. 660×240. In versu fragmentum XD. - *Manzonius, 77; Alberghetti, II, 72; Zaccaria, II, 54.*

[1] *Forsitan pro* Henrici

29.

Ad S. Cassianum, 26 februarii 1108.

Canonici Ecclesiae Corneliensis dant in emphytheusim omnes possessiones in Gazo sitas, alias Ungaro et Alberico germanis, alias Ioanni et Gualdratae coniugibus, alias Alberto et Ugolino, alias Uberto et Willae, alias Hugoni et fratribus eius.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo octavo, temporibus Pascalis pape, imperatorem nondum habemus, die vigesimo sexto mensis februarii, indicione prima, in domo S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Petrus archipresbiter et Ugo prepositus sancte Corneliensis Ecclesie una cum consensu et voluntate omnium fratrum nostrorum concedimus et largimur vobis quidem in Dei nomine Ungaro et Alberico germani filii Teuzonis in una porcione, et Iohanni et Gualdrate iugali sue in alia, Alberto et Ugolino in alia, Uberto et Wille iugali sue in alia, Ugo et fratribus eius in alia, petitoribus pro vobis seu filiis et nepotibus vestris, concedimus et largimur in vos et filios ac nepotes vestros per henfiteoticarium ius a presenti die rem iuris supradicte ecclesie; idest omnes res et possessiones in integrum in loco et fundo qui dicitur Gazo: a primo latere fossa de Quarto seo fossa Marza, a secundo latere limes Fabruli, a tercio limes de Quazzo, a quarto strata vel via que vadit iusta bandum et ad fossam Aimi: quicquid infra designatis lateribus iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus vobis supra denominatis personis seu filiis et nepotibus vestris ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum et ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil, nisi adfixam pensionem, deferatis: dum vos superius nominatos vestrosque filios ac nepotes divina gracia in hac luce iusserit permanere; hec omnia constituta territorio Cornelliensi et plebe S. Marie. Prestantibus vobis quoque indesinenter secundum peticionis vestre, singulis quibusque annis omni marcii mense pro pensione denarios quinque, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus a vobis callciarii

nomine, idest pro in argentum libras decem. Promitto vobis nullis diebus nullisque temporibus vite vestre, vestrorumque filiorum ac nepotum hanc henphiteosin valere, sed omnibus modis conservare et adimplere supradictam, munimine expleto, quando Domino placuerit, tunc supradicta res culta, laborata et in omnibus meliorata vel quicquid a vobis inibi additum melioratumque fuerit, cuius est ius et proprietas modis omnibus revertatur. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia et omnia supradicta non observaverimus, vel si contra ea ire presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos auri uncias duas, et post pene solucionem hec henphiteosis maneat firma. Quam scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius, sub die supradicto et indicione prima. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare, neque commutuare, neque commendare, neque loco pignoris ponere, neque per aliquem modum vel ingenium alienare; quod si feceritis, hec enphiteosis sit inanis et vacua.

Ego Albertus rogatus testis fui. Ego Fantolinus notarius rogatus testis fui. Ego Ra(i)mundus rogatus testis fui. Ego Albericus rogatus testis fui. Ego Ugo rogatus testis fui.

II, 7. - Orig., mm. 430×230. In versu XD. = *II, 8. - Aliud orig., mm. 505×155. Paciscentes in hac charta sunt Hugo praepositus ex una parte, ex altera Ungarus et Albericus, Ioannes et Gualdrata, Albertus et Hugo. In versu* XD *ubi memorantur etiam Ubertus et Willa, Teucius et Imiza, qui omnes in originali transcripto omittuntur.*

30.

Imolae, 3 novembris 1108.

Virilenda consentiente viro Alberico donat canonicis ad S. Cassiani quatuor tornaturias terrae saltuosae positas in loco qui vocatur Pathulica.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnationis eius anno millesimo centesimo octavo, temporibus Paschalis pape et Caroli [1] electi imperatoris, die tercio mensis novembris, indicione prima, in civitate Immole. Domina sancta et merita ac ter venerabilis ecclesia cui vocabulum est S. Cassiani in qua

nunc, Deo protegente, Benno archidiaconus et Ugo prepositus preesse videntur supradicte ecclesie et in illorum confratribus, seu successoribus, in perpetuum iure salario permanendum. Et ideo nos quidem in Dei nomine Vivilenda, consentiente Alberico viro meo, credentes illam evvangelicam subsequi lectionem ut beneficus huius seculi centuplum accipientes eterne vite participes esse mereamur; qua de re nos quidem supradicti pro anima nostra et parentum nostrorum pro redimendis peccatis, prono animo ac nostra spontanea voluntate, nullo nos cogente, vel vim inferente, sed proprie nostre deliberationis damus, donamus, cedimus, transsferimus atque perpetualiter transactamus et de nostro iure, nostroque dominio nostrorumque filiorum vel heredum alienamus et transcribimus atque subducimus in ius et dominium vestrum vestrorumque successorum in supradicta canonica; idest quatuor turnaturias de busco positas in loco qui vocatur Pathulica: ab uno latere tenent heredes quondam Bulgari, ab alio latere * *, a tercio latere * *, a quarto limite. Hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe S. Marie in Solustra, cum introitu et exitu suo et cum omnibus infra se et super se habentibus, vel subiacentibus, concedimus vobis vestrisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum et defensandum. Eo tenore ut non sit vobis, vel vestris successoribus licencia vendere vel donare, neque loco pignoris ponere, neque alienare, et licenciam habeatis innovandi ad iura unde existunt. Et ab hac die nunquam liceat nobis supradictis donatoribus, vel nostris heredibus, ullo unquam in tempore exinde contra vos, vel contra vestros successores de supradicta re movere questionem, aut causacionem, seu actionem, ullamque molestiam; sed securi ac quieti exinde maneatis in perpetuum. Et si quo tempore quempiam personam surrexerit que vobis, vel vestris successoribus, supradictam rem tollere, vel minuere voluerit, ab omni persona auctoriare atque defensare promittimus. Quod si non fecerimus, vel si contra omnia supradicta ire, vel agere presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque filios vel heredes vobis, vel vestris successoribus, daturos auri unciam unam, et pena soluta, hec donacio maneat firma. Quam vero scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indicione I.

† Signum manus suprascripte Vivilende ad omnia supradicta.

† Ego Balduinus rogatus testis fui.

† Ego Albertus de Brunichelda rogatus testis fui.
† Ego Albericus rogatus testis fui.
† Ego Micholus rogatus testis fui.
† Ego Martinus rogatus testis fui.

II, 9. - Orig., mm. 600×170.

31.

[Ad S. Cassianum], 20 februarii 1110.

Refutatio unius mansi in fundo Utuntulae facta ab Aginulfo et Auliuperio in favorem canonicorum S. Cassiani.

Noticia recordacionis qualiter filii Manfredi, scilicet Aginulfus et Auliuperius refutaverunt commendacionem de manso que detinebat Albertus de Bonato, qui est in fundo Utuntule, in manu Ugonis prepositi S. Cassiani vice omnium canonicorum, ex qua commendacione suprascripti fratres litem faciebant canonicis suprascripte ecclesie. Hoc modo videlicet ut ipsi nec per se, nec per suos heredes, nec per aliquam submissam personam canonicos calumniare, vel molestare, vel aliquando litem inferre debent, quod si fecerint, sint debiti uncia auri purissimi eisdem canonicis et hoc idest, ut supra dictum est in eadem refutacione, firmaverint de omnibus terris quas canonici in fundo Utuntule detinent; soluta pena, refutacio maneat firma. Hoc factum fuit die nono exeuntis mensis februari extra castrum Taibani in capite pontis, die Carnelevari, [1] in presencia horum testium: presbiteris Alberti de ospitali, et presbiteri Alberti eiusdem castri Taibani, et Ugonis Gerardi de Balda filii aliorumque quam plurium qui hic non nominantur. Anno Domini millesimo centesimo decimo, indictione v.

II, 10 a. - Orig., mm. 305×140. Charta valde lacera, continens etiam numerum subsequentem, scripta est manu Martini diaconi; cf. n. 42.

[1] *Dominica quinquagesimae quae anno 1110 incidit die 20 februarii. Indictio erronea refert annum 1112.*

32.

[Ad S. Cassianum], 1110.

Refutatio commendae et usus mansi Tabernulae facta a Cassiano et Martino Perriculo in favorem canonicorum S. Cassiani.

Breve recordacionis qualiter Petrus de Bulcaro refutavit commendacionem et omnem usum quoqumque modo valebat de manso Tabernule, qui detinebat a Casiano et Martino Perriculo simul cum uxore et omnibus filiis suis, cum in infirmitate et timore mortis erat positus, in manu Ugonis prepositi et Ingizonis archipresbiteri, vice omnium canonicorum; hoc modo videlicet ut ipse Petrus nec per se neque sui heredes, neque per aliquam sumissam personam ex supradicta re canonicos calumniare, vel molestare, vel aliquam litem inferre debebat. Quod si fecerit, quod absit, promisit se daturum eisdem canonicis unciam auri, et soluta pena, refutacio sit firma. Hoc factum fuit in camera eiusdem Petri, coram presbitero Orlando, Farulfulfo [1] subdiaconus et Iohanne de Orlando subdiaconus, indicione v, anno domini millesimo centesimo decimo.

II, 10b. - Orig., cf. n. 31 scriptum manu eiusdem Martini diaconi.

[1] *Forsitan pro* Farulfo

33.

[Ad S. Cassianum], 5 septembris [1110-1124].

Terrae restitutio facta canonicis S. Cassiani sitae in curte Montis Catonis quam Petrus Berrengarii filius iisdem vi abstulerat.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Petrus Berrengarii filius terram quam vi et absque omni ratione canonice S. Cassiani abstulit, in manibus Alfredi diaconi et Benonis clerici canonicorum eiusdem ecclesię in vice omnium confratrum refutavit. Que terra est posita in curte Montis Catonis. Hoc factum fuit in domo Bonipetri et que est in burgo castri Medicine. Eo vi-

delicet tenore ut si ipse perso(lvit) per suas summittendas personas molestare, aut calumniare, aut rixam facere voluerit, se daturum tres uncias puri auri in refutatione promisit. Et hoc fecit coram his testibus qui hic nominantur, videlicet: Lodoicus, Enricus, Iohannes Bonus, Arduinus, et alii quamplures qui hic non sunt scripti, indictione IIII, die V intrantis mensis septembris.

X, 46. - Orig., mm. 200×90. Charta non secus ac nn. 31, 32, 42 scripta est manu Martini diaconi.

34.

Ad S. Cassianum, 25 februarii, 1114.

Concessio unius mansi pro rata petitorum possidendi facta ab Ingizo praeposito canonicae S. Cassiani in favorem Ioannis massari et Teucii germani eius.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quarto decimo, temporibus Pascalis pape et Henrici regis, die vigesimo quinto mensis februarii, indicione nona, [1] in canonica S. Cassiani. Petimus a vobis quidem in Dei nomine dominus Ingizo prepositus canonice S. Cassiani, una cum consensu canonicorum supradicte canonice, ut uti vobis presentibus in Christi nomine Iohanni massaro et Teucio germano cum vestris coniugibus seu filiis vestris masculinis in medietate unius mansi, in quarta porcione Ugo et Druda coniux eius, illorum filiis masculinis libellario nomine concedimus et largimur, seu confirmamus in vos rem iuris supradicte canonice; idest tres porciones de terra et vinea super se habentes, que sunt posite in fundo qui dicitur Patheliola et in Sublimite et in Roncalle, constitute territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani, cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum, supersedendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum, salva vero dominica persolvenda. Ita sane ut inferratis supradicte canonice omni anno tres porciones unius quarti de grano antiqui, et unum pullum, et opera et amisceres et partes porci et frisingi secundum mores illius terre, et tollere debeatis pro secunnio tres turnaturias in quibus resideatis et

aream et ortus faciatis. Hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur. Pro quia exinde accepimus a vobis solidos quinquaginta, et nos cum nostris successoribus una nobiscum stare, auctoriare atque defensare promittimus. Eo tenore ut non sit vobis licencia vendere, vel donare, neque commutuare, neque commendare, neque loco pignoris ponere, neque per aliquem modum, vel ingenium alienare. Si qua vero pars nostrorum, vel vestrorum contra hunc libellum ire temptaverit, det pars parti fidem servant(i) ante omnis litis inicium, aut interpellacionem, auri uncias tres, et pena soluta, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Iohannes sancte Corneliensis ecclesie notarius sub die supradicto et indictione * *.

II, 11. - Orig., mm. 360×124.

[1] *Indictio IX respondet anno 1116.*

35.

Ad S. Prosperum, 15 iunii 1116.

Refutatio mansi Patalino dicti in favorem canonicorum Corneliensis Ecclesiae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Iohannes sancte Corneliensis Ecclesie notarius, in loco qui vocatur Spatalino, territorio Corneliensis, et plebe S. Prosperi, ibique mecum boni homines quorum nomina sunt hec, idest : presbiter Martinus et presbiter Guido de Bannaria, presbiter Guirise de Solarolo, et Guido de Rolando legis doctor, et Ugo de Elia, Petrus de Tresorcia, Albertus castaldio, et Rozolinus et Albericus de S. Cassiano. In presencia istorum accedens Guido de Widone de Ramberto adprehendit fustem in manu sua et misit in manibus canonicorum, scilicet Iohannis Vicedomini et Farulfi subdiaconi et Alberti clerici canonicorum S. Cassiani, dicens : Ego Guido refuto vobis mansum unum positum in fundo, qui vocatur Patalino, qui fuit de Lamberto de Blanco hoc modo : Si ego vel mei filii, seu heredes, vobis vestrisque successoribus de predicto manso rixam, vel molestiam, seu aliquam actionem movere voluerimus, vel vim inferre, seu calumpniam, quidem simus debiti ecclesie S. Cas-

siani et supradicte canonice auri medietatem unius libre, et pena soluta, hec refutatio maneat firma. Ego Ioannes sancte Corneliensis Ecclesie notarius hoc videns et audiens rogatus scripsi sub die quinto decimo mensis iunii, sub indictione decima, [1] anno millesimo centesimo sextodecimo, tempore Pascalis pape et Henrici regis.

II, 12., - Orig., mm. 360×145.

[1] *Indictio X respondet anno 1117.*

36.

[Imolae], 29 martii 1117.

Donatio et investitura quinquaginta tornaturiarum terrae vineatae ab Uberto de Segnore Alberico filio quondam Teuzonis de Raimundo facta.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo septimo decimo, indictione decima, temporibus Henrici inperatoris, dię tercio exeunte mensis marcii, actum in curte Dominici de Franco de Lavatura. Profitens profiteor ego quidem in Dei nominę Ubertus de Segnore pro me et pro Berta uxore mea per huius paginam nostrę vocis, professionis, donacionis, transfersionis atque perpetualis transaccionis vel instrumenti virtutis seu propriętatis a presentę dię męę cartule tibi presenti Alberico filio quondam Teuzonis de Raimundo recipienti pro te in persona tui et in persona filii tui Albertini et nurui tuę filię męę Ligardę, do, dono, trado, transfero atque perpetualiter transacto iure proprietatis in ius et dominium tuum et filii tui Albertini et uxoris suę filię męę Ligardę et a meis cęteris filiis et heredibus, alięno, transcribo atque subduco in ius et dominium vestrorum vestrorumque filiorum qui de communi amplexu nati fuerint; idest quinquaginta tornaturię de terra laboratoria et vinea super se in quadam parte habentem ad perticas decempedas mensurate que sunt posite infra curiam Albori et blebem S. Marię in Solustra, vel ubicumque habeo. Hecce investitor nominę Iohannes de Raimundo quem de meis manibus in vestras mitto in presencia testium qui hic inferius scripti sunt, ut illuc vobiscum veniat et corporaliter eam rem

mea vice vobis tradat atque inde investiat; ab hac die deinceps habeatis, teneatis, possideatis ipsam rem in perpetuum, vendendi, vel commutuandi atque donandi, vel quicquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendi qui de communi amplexu nati fuerint; conducticias namque, si hapaaruerit, habeatis licenciam innovandi ad iura unde existit, et si contigerit filia mea mori sine filiis vel filiabus, de communi amplexu filii tui, habeas tu Albericus et teneas atque possideas in perpetuum eam rem cum tuis filiis et heredibus, sicut superius legitur. Et ab odierna die nunquam liceat michi donatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem ullamque molestiam contra vos generare, neque contra vestros filios per ullum ingenium, et non liceat alicui meorum propinquorum agere vel causare vel molestiam vobis vestrisque filiis per quemlibet modum vel sensum unquam facere; sed immo omni tempore securi et quieti exinde cum vestris filiis maneatis in perpetuum. Et si quo tempore quempiam personam hominum surexerit, que vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, ego cum meis heredibus ab omni persona defensare et autoriare debeamus. Quod si, quod absit et avertat divina potencia et hec omnia non observaverimus, vel adimpleverimus et contra hec agere voluerimus, vel aliquis homo per nos, tunc daturos nos nostrosque filios vel heredes vobis vestrisque filiis vel heredibus ante omnis litis inicium aut interpellacionem, pęnę nominę auri obtimi libra unam, et post pęnę solucionem, hec pagina proprietatis firma maneat. Quam vero paginam ego Petrus Dei gratia Immolensis notarius rogatus propria manu mea scripsi atque firmavi in presencia testium sillicet: Dominicus de Franco, Petrus de Alberto Balbo, Quido frater eius, Iohannes de Raimundo testes et manus investitore. Subscripsi manus męę ego Ubertus pro me et Berta uxore mea cartulam donacionis firmavi, subscripsi manuum testium, subscripsi manus tabellii.

II, 13. - Orig., mm. 446×260.

37.

Imolae, 22 aprilis 1117.

Locatio trium tornaturiarum arvi a Guidone de Zazo et a Petro facta Alberto qui vocatur Fabro.

[In nomine] Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi 'millesimo centesimo septimo decimo, temporibus Pasc[alis pape et] regnante Enrico inperatore, die viesimo secundo mensis aprilis, indicione decima, in burgo civitatis Imo[le. Prof]itemur nos quidem in Dei nomine Guido qui vocatur de Zazo et Petrus frater meus per huius paginam nostre vocis, professionis, . . . locacionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine, tibi presenti Alberto qui vocatur Fabro, petitori tam pro te, quam pro . . . . alda uxore tua vestrisque filiis et eredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum, per hanc paginam [p]acti concedimus vobis rem iuris nostri suprascripti ordinatoris; idest tres tornaturias de terra laboratoria ad iustum [p]udisimum designate, que sunt posite in fundo qui vocatur Campo grande: ab uno latere tenentes vos petitores, [ab alio] * * et * *, a tercio Albertinus de Camorara, a quarto vero latere Gerardus filius Gerardi . . . ; [infra] hec latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus sita territorio Cornelliensis, plebe S. Patrici. Hec omnia ad [habendum, te]nendum in annis predictis ad renovandum; ita sane ut inferatis omni marcii mense, aut infra [indictionem, qua]tuor denariorum Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus. . . . . idest mantellum unum pro libris sex monete Venecie. Et ab hodierna die nunquam . . . . eredibus vobis prenominatis petitoribus neque vestris heredibus predictam rem . . . . . . omni tempore securi et quieti exinde maneatis. Et si quo tempore quipiam [persona h]ominum surexerit, quem vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, nos et nostris [eredi]bus vobis vestrisque liberis ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Quod si non observaverimus tunc daturos nos nostrosque filios et eredes esse promittimus vobis vestrisque filiis et eredibus pene nomine auri optimi uncias duas, et post soluta pena, firma maneat.

[Ego] Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

[Signus] manus mee suprascriptus Petrus et Guido pater meus ordinatores hoc pactum firmavimus . . . . . . testium Iohannis de Alberto, Leo Sethazaro, Albertus filius Petri de Camorara, Albertus . . . [Dom]inico Donalle, Valoria rogatis testibus.

II, 14. - Orig., mm. 285×280. Charta lacera est in marginibus lateralibus; in versu ND.

38.

Ad S. Cassianum, 4 novembris 1118.

Ingizo archipresbyter nomine canonicorum S.ᵗ Cassiani concedit in emphytheusim quatuordecim tornaturias terrae positas in loco qui dicitur Quinzano et Caminata.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo octavo decimo, temporibus Henrici imperatoris, die quarto mensis novembris, indictione undecima, in canonica S. Cassiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine domnus Ingizo archipresbiter canonice S. Cassiani, una cum canonicis eiusdem canonice; profitens profitemur per paginam nostre vocis, professionis simulque pacti statuti, convenientie largitatis nostre, vobis presentibus in Christi nomine Tedelenda, [1] et Iohannes Bono, et Petrus frater eius et Ugo de Widone cum eorum coniugibus, seu filiis vel heredibus, secundum eorum porciones in una parte, in alia parte Gerardus de Isola et Munda coniux eius et eorum heredibus: in tercia porcione Rolandus et Ingiza uxor eius et eorum heredibus; idest quattuordecim turnaturias inter terram et vineam positas in loco qui dicitur Quinzano [2] et Caminata. Hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S. Savini, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, pro pensione omni marcii mense tres denarios dandum Venecie; et omni anno in tempore metendi tres [3] opera cum manibus, hec omnia persolvantur. Pro quia exinde accepimus a supradictis pro calciario denarios lucenses quadraginta. Nos

cum nostris successoribus una vobiscum et cum vestris filiis stare, auctoriare atque defensare promittimus, eo tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare, neque commendare, neque commutuare, neque etiam pro pignoris ponere, neque per aliquem modum, vel ingenium alienare nisi in nos vel inter nos. Quod si sit, quod absit et avertat divina (clementia), et omnia supradicta non observaverimus, aut si contra ea ire presumpserimus, tunc promittimus nos et vos dare servanti fidem auri uncias quatuor, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. [4] Quod scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Cornelìensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indictione XI.

II, 15. - Orig., 264×145. Charta abrupta est margine superiore et in lineis 15, 16. = II, 16a. - Exemplar, mm. 305×308, scriptum manu Hugonis de Macerata notarii.

Quamplurimae occurrunt variationes, videlicet: [1] relicta Ugonis de Isola [2] ab uno latere tenent heredes quondam Guidonis de Alchenda, a duobus lateribus tenent Guilliaroni, a quarto strata. Et quod est in Caminata: ab uno latere heredes quondam Ugonis de Petro de Balduino, ab alio latere tenent Comites, a tercio latere tenent heredes Petri de Frosa, a quarto latere predicti Guilliaroni. [3] quatuor [4] Quod scripsi ego Ugo notarius sicuti legi et vidi et cognovi in exemplari scripto a Iohanne sancte Corneliensis Ecclesie notario sub die suprascripto et indicione undecima.

39.

[Ad S. Cassianum], 23 decembris 1119.

Testamentum Drudae in favorem filiorum eius Lambertini et Immeldae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo n[ono decimo, indicione] duodecima, in burgo S. Vitalis, in domo Drude quomdam uxor Azonis, die vigesimo tercio mensis decembris, tempore * * Henrici inperatoris. Bonum et hutile est ut homo ante diem migracionis sue de hoc seculo in futuro, antequam ad repentinam mortem perveniat, cunctas suas distribuat facultates ut nec de fructus immemor sit quid de se esse debeat hac iurgia generentur. Et ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Drutha per huius paginam męę vocis, professionis, sponsionis, simulque

iudicii se⟨u⟩ testamentum et instituo heredes meos filium meum Lambertinum et filiam meam Immeldam de omnibus bonis et possessionibus meis immobilibus: volo et iubeo ut filius meus Lambertinus habeat duas partes omnium rerum mearum immobilium: volo et iubeo ut Immelda filia mea habeat terciam partem rerum mearum inmobilium, preter vineam unam quam relinquo ad Lambertinum filium meum, que est in fundo qui vocatur Casanova. Et si filius meus, vel filia mea unum ante alterum sine filiis vel filiabus mori contigerit, eius porcio qui moritur, cadat ad illum qui supravixerit, et qui superstes erit, volo et iubeo ut Albericus, et Rainerius et Maloincalzo et uxor eius filia mea sint fidei commissarii, et distribuant om⟨n⟩ia mea quem ad modum indicavi. Hec est ultima mea voluntas. Si quis vero filiorum meorum contra hoc iudicium meum per aliquod ingenium ire temptaverit, det pars parti fidem servanti, ante omnis litis inicium, aut interpellacionem, pęnę nomine auri optimi libram unam, et ⟨pena⟩ soluta, hoc iudicium meum modis omnibus maneat firmum, ut indicavi. Quod vero ego [Petrus tabellio] Immolensis rogatus scripsi et post traditum complevi. Testes huius iudicii sunt isti, scilicet: Raco, Guido de Raimundo, Iohannes de Gandulfo, Tedericus, Ugo de Ildebrando, Albertus Alberici filius, Farulfus de Petrozano, Gibertus de Ildebrando de Bethonia.

Signum manus iudicatricis laudavit et firmavit hec omnia suprascripta, et ultima sua voluntas hec omnia esse dixit.

Signum manuum testium, rogati ad omnia, testes sunt et laudaverunt atque firmaverunt hec omnia suprascripta, sicut iudicatum est.

II, 16b. - Orig., mm. 420×375.

40.

[Ad S. Cassianum], 7 februarii 1123.

Concessio emphytheusis ab Arduino et Gotefredo abbatibus ecclesiae S. Donati facta Alberto Fontanae.

In nomine Patris et Filii et Spiritu⟨s⟩ Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimo tercio, indicione prima, die septimo mensis februarii, prope crucem S. Do-

nati, temporibus Kalisti pape et Henrici inperatoris. Profiteor ego quidem in Dei nomine Arduinus abbas uná cum consensu Gotefredi abbatis eiusdem ecclesie per huius paginam meę vocis, professionis, sponsionis et henfiteosin do, cedo, trado atque largior seu confirmó in te Albertum Fontane receptorem pro te et pro filiis et nepotibus tuis et successoribus tuis rem iuris suprascripte ecclesie nostre ; idest medietatem unius casamenti cum casa super se et cum omnibus sibi pertinentibus, et medietatem unius vacuamenti cum omnibus sibi pertinentibus, que vero res est in burgo S. Vitalis, extendentes in longitudine sua unaqu̓eque medietas pedes quinquaginta, et in frontibus eorum pedes decem : a primo vero latere medietatis casamenti cum casa super se tenet Paulus de Uberto, a secundo Racco, a tercio Iohannes de Rainerio et Ugo Romaldego, et Iohannes Blancus, a quarto vero latere est via : a primo vero latere medietatis vacuamenti tenet Petrus de Bretone, a secundo est fovea castri, a tercio tenet Paulus frater Farulfi, a quarto latere via. Quantum infra istos designatos lateres permanet do et concedo et trado tibi Alberto tuisque filiis et nepotibus tuis et successoribus tuis ad habendum, tenendum, possidendum cum uxore tua Commitissa et filiis et nepotibus tuis et successoribus tuis ad renovandum per cartulam henfiteosin. Pro eo quia exinde haccepi ego predictus ordinator pro me et pro confratre meo Gotefredo de manibus tuis in meis cappam unam pro decem et octo denariis monete luccensium mercedis nomine predictis rebus ; ita sane ut inferatis michi meisque successoribus pro ipsius rebus nomine pensionis denarios monetę Venecie duos, tanta pensio, ut dictum est, persolvatur : et post transitum tuum et tuorum filiorum et nepotum et tuorum successorum, munimine expleto, quando Domino placuerit, tunc predicta res renovetur. Promitto preterea nullis diebus vite meę et vite Gotefredi confratris mei et nostrorum successorum ullis temporibus vite tuę et tuorum filiorum et nepotum et tuorum successorum textum huius pagine henfiteosin a me tibi factum et traditum minime valere contendere, vel si contra ea, que superius legitur, ire vel agere presumpserimus nos prenominatos et nostros successores per aliquod ingenium, tunc daturos nos et nostros successores tibi tuisque filiis et nepotibus tuis et successoribus tuis esse promitto, sub nomine penę auri optimi uncias duas, et pena soluta, hec henfiteosin, ut supra scribtum est, modis predictis maneat firma.

Quam vero ego Petrus tabellius rogatus scribsi. Testes huius henfiteosin sunt isti, scilicet: Rodulfus de Benno testis et manus investitor, Iohannes Canuto, Ugo de Zanzulio, Ugo Scavone, Vivianus de Petro de Dindo, Bernardinus, Maginaldus.

II, 17. - Orig., mm. 195×180.

41.

[Ad S. Cassianum], 26 maii 1123.

Renovatio emphytheutica facta ab Ugone quondam Petri de Ubertis Petro, Ioanni castaldo, Albertino et Girardo fratribus de duabus petiis terrae in loco Casaltellae.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo viesimo tercio, temporibus Calistri pape, regnante Henrico [quondam] Henrici filius, inperatore, die viesimo sexto mensis madii, indicione prima, iuxta stratha S. Stefani, territorio Corneliensis. Plura henim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ab oc necesse est scripture vinculum anotari nec vergentium temporum oblivionis mandentur et in iurgia generentur. Et demum profitemur nos quidem in Dei nomine Ugonis filius quondam Petri de Uberti et Gisgla uxor mea per huius cartule nostreque vocis, professionis simulque pacti, conveniencie nostre largietatis, a presenti die nostreque paginem vobis presenti in Christi nomine Petri et Iohannes kastaldo et Albertino et Girardo germani petitoris, tam pro vobis et tam pro ex persone et in vice consgnus sue, silicet nomine Anna et Remengarda, vestrisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et octum annos ad renovandum per hanc cartula pacti concedimus vobis rem iuris nostris suprascripti ordinanatoris; idest due peciole de terra laboratoria super omnia sunt quadtuor turnaturias qui est posita in loco qui vocatur Casaltella: prima pecia de ambo lateribus Rodulfino de Brunello, a quarto latere via percorente; alia pecia: a primo latere Ugonis castaldo, ab alio latere Guitone clerici filius Albertus de Alberici, a tercio latere eredis quondam Petri de Orlando, a quarto latere .. dis quondam Signorepto de Albuino, infra hac latera desingnata rem permanet cum omnibus sibi pertinentibus sita

territorio Corneliensis plebe S. Cassiani; eas res abendum, tenendum usque a predicti anni ad renovandum, ita sane ut inferatis omnis mensis marcii infra indictione dare debeatis vos petitoris vestrisque filiis et heredibus de denariis quadtuor monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepit calciarii de manibus suprascripti petitoris, idest mantello uno pro solidos decim monete lucensium; eo tinore non abeatis licencia vos suprascripti ordinatoris nostrisque filiis et heredibus ipsa suprascripta res, que supra legitur, nullum contractum super oc pactum facere debet cum nullius ominibus de suprascripta terra, neque de pensione nisi in [vos] petitoris aut in suis et heredibus si necessum fuerit, et vos petitoris vestrisque filiis et heredibus non habeant licencia nec vindere, nec donare, neque nullum contractum facere debet nisi in suprascripti ordinatoris aut in nostris filiis et heredibus, et ab odierna die nunquam licead nobis suprascripti ordinatoris nostrisque filiis et heredibus ad vos petitoris et ad vestrisque filiis et heredibus rem predicta tollere, sed immo omni tempore secura et quieta exinde maneatis, etsi quoquo tempore quepiam personam ominum insurrexerit, quod vobis eam rem totam vel partem tollere voluerit, nos suprascripti ordinatoris nostrisque filiis et heredibus ad vos petitoris et ad vestrisque filiis et heredibus ab omni persona auctoriare et defensare promittimus, et si non observaverimus pena daturi nomine auri uncias duas, et soluta pena, hanc cartula pacti maneat firma.

[E]go Petrus tabellio Immolense rogatus sum, scripsi indictione suprascripta prima.

Singnum manibus nostris Ugonis et G * * [1] uxor sua uic cartule pacti firmavi et testes rogavi.

Singnum testibus, idest Albertus Biscarone, Cassianus Deimi de Rambertino, Albertus faber, Iohannes magister, Lambertino de Adamo investitore uic cartule pacti rogatus teste subscripserunt.

Noticia	testium	idest:
Albertino	vir clarus	testis
Cassianus	vir clarus	testis
Albertus	vir clarus	testis
Iohannes	vir clarus	testis
Albertino	vir clarus	testis.

II, 18. - Orig., mm. 315×280. Charta attrita est in marginibus.

[1] Gisla

42.

Ad S. Cassianum, 21 martii 1124.

Refutatio commendationis et usus mansi dimidii facta a Petro Bulgari et a Rambertino pro se suisque uxoribus in favorem canonicorum S. Cassiani.

Noticia recordationis qualiter Petrus Bulgari refutavit tam pro se quam pro uxore sua Athalasia, Ugolinus et Rambertinus pro se et pro suis uxoribus similiter refutaverunt commendationem et omnem usum quam querebant Cassiano massario de medio manso qui est in loco qui dicitur Centum, in manu presbiteris Guidonis et presbiteri Arduini in canonica S. Cassiani sub pena unius libre auri si unquam alico in tempore contra refutacionem aliquid contrarii facerent, et soluta pena, hec refutacio maneat firma. Hoc factum est festo S. Benedicti, mense marcii, sub anno Domini millesimo centesimo vigesimo quarto coram his testibus : Guidone de Raimundo, Alberto de Lamberto, Guidone Ugonis de Farulfo, presbitero Petro de Ortodomnico, Odolo, Fantulino, Petrizolo, Martino Periculo, * *, Martino, Tiberto diaconibus, Farulfo, Arduino, Petro Brunello subdiacono, ibi astantibus. Quam refutacionem ego Martinus diaconus ut audivi et vidi, Deum testor, sic scripsi.

II, 19. - Orig., mm. 240×123.

43.

Ad S. Cassianum, 10 martii 1125.

Guido de Athamo donat Farulfo priori canonicae S. Cassiani unam petiam terrae sitam iuxta pontem S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnationis anno millesimo centesimo vigesimo quinto, tempore Honorii pape et Eleutherii regis, die decimo intrante mense marcii, indictione tercia, in canonica S. Cassiani. Et quoniam profitens

profiteor ego quidem in Dei nomine Guido de Athamo per huius cartule mee vocis, professionis, donacionis, cessionis, nec non perpetualiter transactionis, tibi presenti in Dei nomine Farulfo priori canonice S. Cassiani, receptori pro te tuisque fratribus et successoribus in perpetuum ; idest petiam unam terre posita iuxta pontem S. Georgii : ab uno latere strata Petrosa, a duobus lateribus Correclus cum supradicto ponte, a quarto Leituli. Hec omnia do, dono, cedo, trado tibi tuisque fratribus et successoribus cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid exinde tibi tuisque fratribus et successoribus placuerit faciendum in perpetuum. Hanc autem donacionem facio tibi tuisque fratribus et successoribus pro redemtione anime mee, meorumque parentum ad hospitale pro susceptione pauperum edificandum. Promitto preterea supradictam donationem firmam et ratam habere et tenere et ab omni persona hominum auctorizare et defensare tibi tuisque fratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus sub nomine pene auri uncias duas, et post pene solucionem, hec cartula donacionis in perpetuum maneat firma. Quod scripsi ego Iohannes subdiaconus sancte Corneliensis Ecclesie notarius, sub die supradicto et indictione III.

Testes Iohannes muratore, Guido de Petro Russo, Citus, Attolus, Albertus de Casale, Ugorazo.

II, 20. - Exemplar scriptum manu saeculi XII, mm. 333×190. Charta est aliquantulum obsoleta.

44.

Ad S. Cassianum, 29 septembris 1126.

Aliud Drudae testamentum quo priores dispositiones reformantur et pia onera statuuntur in favorem ecclesiae S. Cassiani, monasterii S. Donati, et xenodochii S. Vitalis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo vigesimo sexto, temporibus Honorii pape et * *, actum in burgo S. Vitalis de castro S. Cassiani, die secundo exeunte mensis setembris, indictione IIII. Bonum et utile est ut homo ante diem migracionis sue de hoc seculo

in futuro antequam ad diem obitus sui perveniat supradictas suas dividat facultates ut defunctus sit in memoria quod de facultatibus suis esse debeat et ne iurgia generentur. Ed ideo ego quidem in Dei nomine Druda quia ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum facere destinavi. Quapropter volo et iudico ut sit datum pro anima mea ecclesie S. Cassiani XL solidos, monasterio S. Donati XX solidos, scenodochio S. Vitalis X solidos, filium meum Lanbertinum instituo michi heredem omnium meorum bonorum mobilium et immobilium, filiam meam Immeldinam instituo heredem michi de eo quod ei dedi quando tradita fuit in matrimonio, et de hoc sit contenta: si mori contigerit filiam meam Immildinam sine filiis, omnia revertatur ad fratrem suum Lambertinum. Quod absit et avertat divina clemencia, si ambo mori contingerit sine filiis vel filiabus, aut eorum filii vel filie sine filiis vel filiabus mortui fuerint, volo ut omnia mea sint ecclesie S. Cassiani, idest canonicorum. Sic volo, sic iubeo et hoc est mea ultima voluntas. Si quis meorum heredum contra hanc meam voluntatem ire vel agere temptaverit et non observare voluerit, solvat penam duarum librarum auri, hanc meam voluntatem observare volentibus, et pena soluta, hec mea voluntas sit rata et firma. Quod scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indictione supradicta.

† Signum manus supradicte Drude ad omnia supradicta.
Ego Ardoinus canonicus rogatus testis fui.
Ego Rainucius Vinatelli rogatus testis fui.
Ego Citus rogatus testis fui.
Ego Attolus rogatus testis fui.
Ego Ugolinus S. Vitalis rogatus testis fui.
Ego Albertus de Cassale rogatus testis fui.
Ego Ugorazo rogatus testis fui.

II, 21. - Orig., mm. 290×165. = II, 22. - Exemplar, mm. 260×145, scriptum manu Bricii notarii cuius in archivo S. Cassiani reperitur charta originalis sub die 9 ianuarii 1210.

45.

Ad S. Cassianum, 9 februarii 1129.

Arduinus et Gotifredus subdiaconi itemque canonici S. Cassiani et ordinarii S. Vitalis concedunt in emphytheusim Vitali et eius uxori tres tornaturias terrae in fundo Cereto sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo vigesimo nono, temporibus Honorii pape, die nono mensis februarii, indictione septima, in castro S. Cassiani. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus utilitatibus locis utiliter meliorandique causa profitiunt. Et ideo nos quidem in Dei nomine Arduinus subdiaconus et Gotifredus subdiaconus atque canonici S. Cassiani et ordinarii ecclesie S. Vitalis tibi presenti in Christi nomine Vitalis et uxor tua, vestrisque filiis ac nepotibus ad renovandum per henfiteoticarium ius a presenti die concedimus et largimur, seu et confirmamus in vos rem iuris supradicte ecclesie ; idest tres tornaturias positas in fundo qui dicitur Cereto : ab uno latere tenet supradicto petitore, ab alio latere tenent heredes Racci, a tercio latere heredes Guarino, a quarto heredes Girardi. Hec omnia consti[tuta territorio] Corneliensis et plebe S. Cassiani, dum vos superius nominat[i petitores] in hac luce iusserit permanere, concedimus vobis eas res [ad habendas], tenendas, possidendas et in omnibus meliorandas, et ex v[estris propriis] expensis seu laboribus nichil nisi adfixam pensionem deferatis. Prestantibus vobis quoque indesinenter secundum cartulam peticionis vestre singulis quibusque annis omni marcii mense pro pensione denarios duos Venecie tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro quia exinde accipimus a vobis de denariis lucensibus solidos quatuor. Promittimus preterea nullis diebus, nullisque temporibus vite vestre, vestrorumque filiorum vel nepotum, textum huius henfiteosis minime valere, sed modis omnibus conservare et adimplere. Quod si non fecerimus, vel si contra omnia supradicta ire vel agere presumpserimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos de denariis lucensibus solidos centum, et pena soluta,

hoc henfiteosis maneat firma. Quam scripsi ego Iohannes sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et indictione VII.

II, 23. - Orig., mm. 280×175. Charta est attrita in margine dextero.

46.

Imolae, die ... februarii [1130].

Testificatio de potestate a Guglielmino facta presbytero Alberto de Bagnaria tradendi canonicis S. Cassiani ante testamentum octo tornaturias terrae, sibi tamen usufructu reservato.

Die ... mensis februarii, indictione octava, Immole, in canonica S. Laurentii. Notitia recordationis qualiter Gulielminus michi presbitero Alberto da Bagnaria dedit potestatem ante testamentum ut pro redemptione anime sue et pro remissione suorum peccatorum, canonicos S. Cassiani de octo turnaturias terre in curte de Limite alto, in fundo qui vocatur Braitella in u ... em et eis cartam in sua vice fecissent, tamen usufructus sibi reservavit in vita sua, ipsemet Arduinum archipresbiterum S. Cassiani investivit et archipresbiterum [S. Stef]ani de [1] Barbiano ante testes. Ego presbiter Albertus rogo Iohannem Immol[ensem notarium] ut hanc notitiam scribat ante hos testes: presbiterum Guidonem S. Egidii, [abbat]em .. S. Marie in Regula, Maceratam et Iohannem Cas .. Andream Iohannis et Ambrosium.

III, 34. - Cf. notam n. 474. Haec ND *scripta est manu Ioannis Imolensis notarii cuius extant instrumenta ab anno 1130 ad annum 1144. Indictio VIII respondet anno 1130.*

[1] *Orig. refert* Barbiano de

47.

Ad S. Cassianum, 20 ianuarii 1131.

Ioannes de Papia et Ingeza uxor eius et Cassianus de Rambertino donant canonicis S. Cassiani hortum unum situm iuxta fossatum S. Ioannis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo primo, tempore Innocentii pape, die XX mensis ianuarii, indictione nona, in castro S. Cas-

siani, territorio Corneliensis. Et quoniam profitens profitemur nos quidem in Dei nomine Iohannes de Papia cum Ingeza uxore mea, atque cum Cassiano de Rambertino per huius cartule nostre vocis, professionis, donacionis, nec non et perpetualis transactionis, tam pro salute atque remedium animarum nostrarum, tibi presenti in Dei nomine Arduino archipresbitero ęcclesię S. Cassiani, receptori pro te tuisque fratribus, vel successoribus vestris in perpetuum ; idest ortum unum quod suprascriptus Cassianus habuit ac detinuit iuxta fossatum S. Iohannis, ab uno latere canonica, ab alio via percurrente, a tercio latere filii Guidonis Athalasie, a quarto vero suprascriptus fossatus : hec omnia cum introitu ed exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, ut liceat vobis vestrisque fratribus introire et prehoccupare atque ingredi, ex potestatem per hanc paginam donacionis habeatis, teneatis, possideatis im perpetuum : et nos suprascripti donatores tam pro nobis quam pro nostris filiis vel successoribus ab omni homine auctor⟨iar⟩e atque defensare promittimus sub nomine pene auri unius uncie, et post pene solucionem, hec cartula maneat firma. Ego Odo tabellius subscripsi.

Signum manus Iohannis et Ingete atque Cassiani ad omnia suprascripta, Guido de Petro Russo huius rei manus investitor et rogatus testis, Petrus filius eius, Farulfus de Solle, Raimundinus de Petro, Ugo de Lusula, Iohannes murator rogati testes fuerunt.

II, 24. - Orig., mm. 442×160. In versu ND *legi nequit.*

48.

Ad S. Cassianum, 6 septembris 1131.

Laurentius et Ioannes Bono et Petrocinus petunt ab Arduino archipresbytero S. Cassiani ut concedat in emphytheusim tres tornaturias terrae sitas in loco qui vocatur Macerata.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo trigesimo primo, tempore Innocentii pape, die sexto mensis septembris, indictione undecima, [1] in canonica S. Cassiani. Petimus a vobis quidem in Dei nomine domnus Arduinus archipresbiter S. Cassiani una cum consensu

canonicorum eiusdem ecclesie ut uti vobis presentibus in Christi nomine Laurencius et Iohannem Bonum et Petrocinum petitores tam pro vobis, quam pro vestris coniugibus, seu filiis et heredibus, libellario nomine concedimus et largimus, seu et confirmamus in vos rem iuris nostre canonice; idest tres turnaturie de terra, secundum vestram estimationem, que sunt positae in loco qui vocatur Macerata. Hec omnia cum omnibus sibi pertinentibus cum introitu et exitu suo concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum, in nostra terra supersedendum et in omnibus meliorandum, in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum, salvo vero domnica persolvenda. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus terraticum septimum starium omni anno, et in festivitate S. Martini viginti quatuor denarios lucenses, et in Natale Domini ammiscere cum fogaciis * *, ut dicta sunt, persolvantur. Pro eo quia exinde accepimus de manibus vestris callciarii nomine, idest pro in argentum de denariis lucensibus xxx, et nos cum nostris successoribus una vobiscum stare, auctoriare atque defensare promittimus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere, vel donare, neque commutuare, neque commendare nec etiam locum pignoris ponere, nisi inter vos, aut in nobis, vel in nostris successoribus, vel cum nostra, seu illorum licencia, quia hoc obediat nobis, vel illis quod super legitur. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire, vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium, aut interpellacionem, de denariis lucensibus solidos decem, et pena soluta, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et xi indictione.

Ego Tedericus rogatus testis fui. Ego Albertus de Auliva rogatus testis fui. Ego Guido filius eius rogatus testis fui. Ego Cassianus rogatus testis fui.

II, 25. - Orig., mm. 222×175.

[1] *Indictio XI, si graeca, respondet anno 1132, si romana, anno 1133.*

49.

Ad S. Cassianum, 6 septembris 1131.

Arduinus archipresbyter S. Cassiani Laurentio, Ioanni Bono et Petrocino filiis quondam Guidonis Sarti concedit in emphytheusim vineam sitam in loco qui dicitur Macerata.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo trigesimo primo, tempore Innocentii pape, die sexto mensis septembris, indictione undecima, [1] in canonica S. Cassiani. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculum annotari, ne vergentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Arduinus archipresbiter supradicte canonice una per consensum canonicorum eiusdem ecclesie canonice, profitens profiteor per huius paginam nostre vocis, professionis simulque pacti statuti, convenientie, largitatis nostre vobis presentibus in Christi nomine Laurentium et Iohannem Bonum et Petrocinum omnes tres et filii quondam Guidonis Sarti, cum vestris cuniugibus, seo filiis et heredibus ; idest unam vineam in loco qui dicitur Macerata: ab uno latere tenet Bonianuellu, ab alio latere Ugogatto, ab alio latere tenent heredes Iohannis Sapientis. Hec constituta territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum in nostra terra, supersedendum et defensandum et in omnibus meliorandnm, in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil nisi adfixam pensionem persolvatur, prestantibus vobis quoque indesinenter secundum paginam huius pacti, petitionis vestre singulis quibusque annis omni marcio mense pro pensione denarios duos lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo exinde accepimus a vobis denarios de denariis lucensibus xxx denarios. Ab omni persona auctoriare seu defensare promittimus, eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere, vel donare, neque commutuare, neque commendare, nec etiam loco pignoris ponere, neque per alium

modum vel ingenium alienare, nisi inter vos, vel in vobis, aut in nostris successoribus, vel cum nostra, aut illorum licentia in persona supradicte canonice hoc obediat, quod superius legitur. Quod si sit, quod absit et advertat divina ⟨potencia⟩, et omnia supradicta non observaverimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos de denariis lucensibus solidos decem, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Iohannes subdiaconus et sancte Corneliensis Ecclesie notarius sub die supradicto et inditione XI.

Ego Tedericus rogatus testis fui.

Ego Albertus Auliva rogatus testis fui.

Ego Guido eius filius rogatus testis fui.

Cassianus rogatus testis fui.

II, 26. - Exemplar saeculi XII, mm. 230×185.

[1] *Indictio XI, si graeca respondet anno 1132, si romana, anno 1153.*

50.

[Ad S. Cassianum], 11 iulii 1134.

Rambaldus et Hugo germani filii quondam Guidonis de Guarino donant canonicis S. Cassiani tres tornaturias arvi sitas in fundo Vilulae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo quarto temporibus Innocencii pape et Leuterii regis, die undecimo mensis iulii, indictione duodecima, in quodam campo Vilule. Nos quidem in Dei nomine Rambaldus et Ugo germani fratres filii quondam Guidonis de Guarino damus et transhactamus tibi Arduino S. Cassiani archipresbitero tuisque confratribus hac successoribus in perpetuum; idest tres turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui dicitur Vilule inter affines eius: ab uno latere nos supradicti datores, ab alio filii Orlandi, a duobus aliis Rainucinus da Furniuni. Quantum infra hec latera manet cum tuis fratribus et successoribus in perpetuum iure proprietatis habeas potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid tibi tuisque successoribus exinde placuerit faciendi; quia nos ipsi tecum et cum Farulfo et Alberico confratribus tuis ad su-

pradictam terram venimus et in presencia testium qui hic subscripturi sunt, supradictas tres tornaturias terre mensurare fecimus et de ea te investivimus. Pro eo quia Guithucii, videlicet Vilanus, Presbiter, Ugolinus germani fratres faciebant litem supradictis duobus fratribus pro cambio quod olim fecerat Ugo prior supradicte canonice cum Guidone de Guarino, quod cambium fuit viginti tornaturie de terra, in loco qui dicitur Vivule; et ideo hoc fecerunt ad decidendam litem qui erat inter Guiducios et Ra(m)baldum et Ugonem fratres. Et nos supradicti datores supradictam terram cum nostris filiis et heredibus tibi archipresbitero tuisque successoribus auctoriare et defensare promittimus. Quod si omnia supradicta non observaverimus daturos nos esse promittimus nomine pene solidos lucenses XL; soluta pena, hec cartula proprietatis maneat firma. Signum manibus supradicti Rambaldi et Ugonis ad omnia supradicta. ✠ Signum testium: presbiter Guido, Ugo subdiaconus, Divizo, Rodulfus tabelius, Odo Rovetharius, Iohannes de Bonato, Martinellus Corazanus, Teuzolus Geci rogati testes fuerunt.

Ego Leo S. Cassiani notarius rogatus scripsi sub die et indictione supradicta duodecima.

II, 28. - Orig., mm. 570×222. In versu ND *legi nequit.*

51.

Imolae, 25 iulii 1134.

Diffinitio dimidii mansi facta ab Hugone et a germanis eius Presbytero et Vilano in favorem Hugonis de Solustra et Rambaldi.

Hic denotatur qualiter Ugo et frater suus qui vocatur Presbiter et Vilanus filii quondam Iohannis de Guiducio diffiniverunt medium mansum terre positum in loco qui vocatur Virula et in vado de Batalla, Ugoni de Solustra receptori pro se et pro fratre suo Rambaldo et pro suis heredibus, quem mansum Petrus de Alfredo dedit canonice S. Cassiani et ipsi canonici permutaverunt eam terram Guidoni de Guarino de Solustra; et pro hac diffinitione canonici S. Cassiani dederunt sex turnaturias de terra supradictis fratribus, et quia ipsi canonici invenerunt hanc diffinitionem, supradicti Ugo et Rambaldus dederunt illis

canonicis tres turnaturias de terra per proprium. Eo videlicet pacto quod nec ipsi fratres Ugo et Presbiter et Vilanus, nec sui heredes aut aliqua persona ⟨ab illis submissa vel submittenda movebitur aliquam questionem, repeticionem aut⟩ [1] causacionem contra supradictum Ugonem et Rambaldum, nec contra suos filios vel heredes de supradicto medio manso nec in placito, nec extra placitum, nec quolibet alio modo. Et hoc promiserunt supradicti fratres tenere et conservare supradicto Ugoni et Rambaldo et suis heredibus sub nomine pene centum solidorum lucensium, et pena soluta, hec diffinitio maneat firma. Quam vero scripsi ego Pizolus Imolensis notarius sub anno millesimo c trigesimo quarto, indictione duodecima, die septimo exeunte mense iulii, in Imola in claustro S. Laurentii, rogatus ab his testibus, idest in primis a Presbitero, a Irardo et Macerata, et a Uberto legis docto et Nicholao filio Iohannis de Laurentio, Ugone Calegario et Guidoni de Birgulli, atque a Ugone de Bonzo de Ursa, Butrigello, et Ciriolo de Iudice, et Ubertino de Ugone de Uberto, Mascarone et Paucapalla, Alberto de Iohanne de Ursa et Guidone de Petrizano, et a Viviano filio Alberti Iohannis de Ursa.

II, 27. - Exemplar manu saeculi XII, mm. 400×230. In eadem charta idem instrumentum bis invenitur.

[1] *Desumptum ex secundo exemplari.*

52.

[Ad S. Cassianum, 1134-1158].

Instrumentum concessionis emphytheusis.

. . . . . cum fratribus . . . . [an]nis ad renovandum . . . . Stephani, infra hec latera : ab uno latere Castaldus et [U]golinus et heredes G . . , [ab alio . . . Ath]alasie a tercio Bonsillolus de Vithilluni, a quarto vero Spoti et . . . . . [Qui]cquid infra hec latera manet concedimus tibi tuisque successoribus ad habendum, tenendum, [possiden]dum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum . . . . . luccenses omni marcii mense vel infra indictionem cum tuis successoribus dare debeatis pro . . . [pens]io tantum. Pro eo quia

accepimus de manibus tuis callciarii nomine solidos lucenses triginta. [Et non liceat] tibi predictam terram nec vendere, nec donare, neque aliquo modo alienare nisi in nobis . . . . . . denarios lucenses minus quod eam vendere possis, si voluerimus accipere, sin autem, lice[at tibi dare cui] volueris, salva nostra racione. Si qua vero nostre partis omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem [servanti penam] . . . tres, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma; et nos cum nostris successoribus . . . . [au]ctoriare et defensare promittimus . . .

III, 2. - Orig., fragmentum, mm. 389×200. Charta, sinistrorsum mutila in parte superiore, scripta est manu Leonis notarii S. Cassiani, cuius extant instrumenta ab anno 1134 ad annum 1158. In versu duae priores notae legi nequeunt, tertia scripta ab ipso notario Leone haec habet Rimphus, ab alio Goiannus, a tercio Giso, a quarto via.

53.

Ad S. Cassianum, 5 ianuarii 1135.

Martinus Pethraldi vendit Farulfo vineam sitam in fundo qui vocatur Campo de Russano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo quinto, temporibus Innocencii pape et Loterii regis, die quinta mensis ianuarii, indictione XIII, iuxta ecclesiam S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Martinus Pethraldi vendo et refuto tibi in Christi nomine Farulfo tuisque subcessoribus vineam unam cum omnibus sibi pertinentibus, et cum introitu et exitu suo, quę est posita in fundo qui vocatur Campo de Russano inter affines eius: ab uno latere Peiolus et frater eius, ab alio Albertinus frater meus, a tercio Albertinus Laudelanus, a quarto via currente, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera manet, habeas tam per me, quamque per istum manuum investitorem quem de meis manibus in tuis misi et dedi ut illuc tecum veniat et de supradicta terra in mea vice te investiat, quieto tramite habendi dominium et potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid tibi pl[acuerit] faciendi cum tuis successoribus in perpetuum. Conducticias, si aparuerit, licenciam habeas [innovandi] a iure

unde existit. Pro eo quia accepi de manibus tuis precii nomine solidos lucences XLVII. Et ab hac die omnia supradicta tibi tuisque subcessoribus auctoriare et defensare promitto : quod si non observavero vel si contra ea ire vel agere temptavero, cum meis heredibus tibi tuisque successoribus daturum esse promitto nomine pene so⟨l⟩idos lucenses quinquaginta, soluta pena, hec cartula vendicionis maneat firma. Ego supradictus Martinus omnia supradicta scribere iussi. Albertinus P[et]raldi manus investitor, Ugo Reverade, Iohannes clericus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta sub die et indictione supradicta XIII.

II, 29. - Orig., mm. 245×240. Charta valde lacera est; in versu XD legi nequit.

54.

Ad S. Cassianum, 20 augusti 1135.

Gerardum reliquisse per testamentum Imildinae filiae suae duas tornaturias terrae sitas in loco qui dicitur Rivolus faciens-denarios attestatur.

Hic denotatur qualiter Gerardus reliquid per testamentum Imildine filie sue duas tornaturias de terra positas in loco qui dicitur Rivolus faciensdenarios : ab uno latere tenent Benedicto Buthrone, ab alio latere Bulgaro, a tercio Petrus Bulgari, a quarto heredes Bulgari. Hec omnia cum introitu et exitu suo ad habendum, tenendum, sub pena viginti solidorum si ipse vel sui heredes molestaverint, vel vim facere voluerint supradicte filie sue, vel suis heredibus. Hoc est actum die XX mensis augusti, indictione XIII, in castro S. Cassiani coram me Iohanne ⟨sancte Corneliensis Ecclesie⟩ notario et Viviano et Alberto et Iohanne Blanco et Gerardinus et multis aliis ; manus investitor Vivianus ; anni Domini millesimi centesimi trigesimi quinti.

II, 31. - Orig., mm. 180×80.

55.

[Ad S. Cassianum], 22 augusti, 1135.

Attestatio qua declaratur Bertamum et Goldochiam dedisse Gualdratae stipulanti septem tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno centesimo trigesimo quinto, temporibus Inncencii pape et Loterii regis, die x exeuntis [augusti]. Noticia recordacionis qualiter Bertamus et Goldochia uxor eius dederunt Gualdrate stipolanti septem turnaturias terrę in fundo qui dicitur .... potestatem vendendi, donandi et quicquid sibi exinde placuerit faciendi pro quarta parte omnium rerum quam sibi dimisit Iohannes de Gandulfo .... promittimus nos Bertamus et Goldochia tibi supradicte Gualdrate quod nec nos, neque nostri filii vel heredes molestiam aut controversiam aliquam, nec aliqua persona a nobis summissa contra te, aut contra tuos filios vel heredes generabimus. Quod si sic non observaverimus, vel si contra omnia supradicta ire temptaverimus, daturos vobis esse promittimus, pene nomine, libras lucensium quinque, et pena soluta hec noticia maneat firma. Ego supradictus Bertamus et Goldochia omnia supradicta scribere iussimus. Hoc factum est die x [1] augusti, indictione XIII, in domo Bertami, coram his testibus : Cito manus investitor, Lambertinus, Tethrigus Raimundi, Iohannes Blancus, et Girardinus filius eius, et Ugo gener eius, Bulgarellus testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 30. - Orig., mm. 300×207. Charta valde lacera est ; in versu XD *legi nequit.*

[1] *Deest* exeuntis

56.

Ad S. Cassianum, 10 octobris 1135.

Stemperatus et Gualdrata donant cononicis S. Cassiani omnes res et pertinentias suas pro altari S. Cassiani et pro xenodochio posito iuxta pontem S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo quinto, tempore Innocentii pape et Leutherii regis, die x mensis auctubris, indictione duodecima, [1] in ecclesia S. Cassiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine Stenperatus et Gualdrata damus et donamus vobis in Dei nomine Arduino archipresbitero ecclesie S. Cassiani, et Guidoni presbitero, et Arduino diacono, nosmet cum omni iure et actione quam habemus et tenemus et nobis pertinet per aliquem modum vel titulum, et investituram ponimus supra altare S. Cassiani receptoribus pro vobis, et pro hospitali vestro, quod est positum iuxta pontem S. Georgii. Hanc donacionem facimus pro remissione animarum nostrarum et promittimus non venire contra. Et ab hinc in antea non liceat nobis donatoribus de dictis rebus ullo unquam in tempore facere peticionem, questionem, causacionem aut litem movere, neque contra vos neque contra vestros successores. Preterea promittimus supradictum hospitale tenere per vos et regere ad voluntatem vestram et vestrorum successorum in perpetuum. Quod si sit, quod absit et avertat divina clementia, et omnia, que superius leguntur, non observaverimus, promittimus nos nostrosque heredes daturos pene nomine unam libram auri, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma. Quam cartulam scripsi ego Otto tabellius sub die et indictione supradicta.

Signum manus dictorum Stemperati et Gualdrate ad omnia supradicta. Albertus Guidonis rogatus testis, Cito rogatus testis, Nicola Albumi rogatus testis, Bulgarellus rogatus testis, Ugo Scavone rogatus testis, Azolus Bisaronus rogatus testis, Ungarellus Enrici rogatus testis.

II, 32. - Orig., mm. 215×165. = II, 33. Exemplar, mm. 310×205, hoc modo confirmatum Exemplavi ego Martinus Immolensis notarius ut vidi et legi in autentico instrumento ab Ottone tabellione facto, nec ad-

didi nec minui, et testes ad hec rogati interfuerunt Petrus Feraldi et Guido frater eius, Drudolus Ugonis Bovis, Ugo faber, Albertinus Villanus, Iacobus Gauzi, Albertinus Tuttedonne, Ugolinus Sancte Agathe, Vezardus abbas Montis Maioris, Martinus Burnelli. Isti omnes autenticum instrumentum viderunt et audierunt, et hoc exemplum a me factum similiter viderunt et audierunt sub anno Domini millesimo c nonagesimo VII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XIII intrante mense ianuarii, indiccione XV, Ymole.

[1] *Indictio XII, si graeca respondet anno 1133, si romana 1134.*

57.

[Ad S. Cassianum], 20 octobris 1135.

Corradus filius quondam Hugonis Astulfi donat canonicis S. Cassiani quasdam suas pertinentias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo quinto, tempore Innocentii pape et Leutherii regis, die xx mensis auctubris, indictione duodecima [1] in loco qui vocatur Castellum, territorio Corneliensi. Et ideo ego quidem in Dei nomine Corradus filius quondam Ugonis Astulfi prono animo ac mea spontanea voluntate dans, do, dono, cedo, trado, transfero atque transacto de meo iure meoque dominio, tibi presenti in Dei nomine archipresbitero Arduino ęcclesię S. Cassiani receptori tam pro te quam pro ceteris canonicis vel successoribus eiusdem ęcclesię in perpetuum more salario permanendas; idest hoc quod habeo et teneo et michi pertinet ex hac parte Solustre cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, super se et infra se habentibus constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, ut liceat vobis vestrisque successoribus in prenominatam rem introire et preoccupare atque ingredi ex potestate per hanc cartulam donacionis habeatis, teneatis, possideatis pro remedio anime mee, parentumque meorum. Et ⟨ab⟩ hac die nunquam liceat michi dicto donatori neque meis heredibus ullo umquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem, ullamque molestiam generare contra vos neque contra vestros successores, sed securi et quieti exinde maneatis im perpetuum. Quod si sit, quod absit et avertat divina clementia et omnia que superius leguntur non observavero, vel

contra ea ire aut contendere voluero, atestatione confirmo quia daturum me esse promitto una cum meis heredibus, vobis vestrisque successoribus, ante omne litis inicium aut interpellacionem pene nomine solidorum centum, et post pene solucionem, hec cartula maneat firma. Quam cartula scripsi ego Otto tabelius sub die et indictione supradicta. Signum manus supradicti Corradi ad omnia supradicta.

Iohannes Bonifredi huius rei manus investitor rogatus testis, Teutio Teudelende, Cassianus Ugonis presbiteri Cassiani, Rodulfinus Iohannis Bonifredi, Ildebrandus Gumizi rogati testes fuerunt.

II, 34. - Orig., mm. 466×190. In versu ND.

[1] *Indictio XII, si graeca respondet anno 1133, si romana 1134.*

58.

Bagnariae, 9 iulii 1136.

Chartula donationis, mortis causa, qua Arardus Gandulfi legat olivetum in favorem canonicorum S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo sexto, temporibus Innocencii pape et Loterii regis, die nona mensis iulii, indictione XIIII, in curte Bagnarie, in domo Arardi. Ego quidem in Dei nomine Arardus Gandulfi facio tibi in Christi nomine Arduino ecclesie S. Cassiani archipresbitero receptori pro te et pro fratribus tuis et successoribus cartulam donacionis causa mortis de quodam meo oliveto qui est positus in quadam mea clusuria, que est in curte Pithiani in loco qui dicitur Bassano inter affines eius : a duobus lateribus ego ipse, a tercio Ugicio Alfredi, a quarto vero via, constitutus territorio Corneliensi, plebe S. Martini in Colina. Quicquid infra supradicta latera manet, habeatis, teneatis, possideatis cum vestris successoribus in perpetuum : et licenciam habeatis innovandi a iure unde est : si conducticiae apparuerint litterae, salva pensione quę illi pertinet. Et ideo de manibus meis in manibus tuis mitto Markesellum in presencia testium qui hic subter scripturi sunt ut ad supradictum olivetum vobiscum veniat, et eum vobis quieto tramite habendi

dominium et potestatem in mea vice investiat. Et ab hac die omnia supradicta cum meis filiis et heredibus vobis, vestrisque successoribus auctoriare et defensare promitto. Quod si omnia supradicta non observavero, vel si contra ea ire vel agere temptavero, daturum vobis vestrisque successoribus cum meis heredibus esse promitto pene nomine libras lucensium tres, et pena soluta, hec cartula donationis causa mortis maneat firma.

† Ego Arardus supradictus donator omnia supradicta subscripsi, iussi.

Marchesellus manus investitor, Guilielmus Arardi, Guido Ramberti, Isnardus eius nepos, Stultus, Ormaritus, Ardicio S. Mathei monachus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta s[ub die] et indictione supradicta.

II, 35. - Orig., mm. 625×235. In versu ND.

59.

[Ad S. Cassianum], 30 septembris 1136.

Bertamus et Goldochia vendunt Stemperato et Gualdratae uxori eius petiolam vinaee sitam in fundo S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo sexto, temporibus Innocencii pape et Loterii regis, die ultima mensis setembris, indictione xiiii, in domo Stemperati. Ego quidem in Dei nomine Bertamus et Goldochia vendimus tibi in Christi nomine Stemperato et Gualdrate uxori tue unam peciolam vinee que est posita in fundo S. Georgii inter affines eius: ab uno latere Ugorazo, ab alio tu comparator, a tercio Coreclus, a quarto via currente; quicquid infra hec latera manet, habeatis, teneatis, possideatis potestatem vendendi, donandi commutandi et quicquid vobis, vestrisque heredibus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Conducticias autem si aparuerit, licenciam habeas innovandi a iure unde existit, salva pensione que illi pertinet. Pro eo quia accepimus de manibus vestris precii nomine solidos lucenses quadraginta et quatuor. Et ab hac die omnia supradicta cum nostris heredibus, vobis vestrisque heredibus auctoriare et defensare promitto sub

pena quatuor librarum lucensium, et pena soluta, hec cartula vendicionis maneat firma. Nos Bertamus et Goldochia omnia supradicta subscripsimus, iussimus. Sbuzalvuo manus investitor, Guilelmus Bonomoli, Guido dal Serallo, Ambrosius rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 36. - Orig., mm. 360×165. In versu ND.

60.

Ad S. Cassianum, 1 ianuarii 1137.

Randuinus archipresbyter cononicae S. Cassiani Albertino de Donella concedit in emphytheusim unum mansum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo trigesimo septimo, indictione quinta decima, die primo mensis ianuarii, in canonica S. Cassiani, tempore Innocentii papę et Leuterii regis. Ego Randuinus archipresbiter canonice S. Cassiani cum fratribus meis facimus libellum in viginti et novem annos ad renovandum et concedimus tibi presenti Albertino de Donella receptori pro te et pro Artimilia uxore tua, pro vestrisque filiis et heredibus rem iuris predicte ecclesie : idest mansum unum de quadraginta tornaturiis ; una petia ex his est in fundo qui vocatur Sarbano : ab uno latere tenet Curiclo, ab alio limite, ab aliis duobus vie sunt; et alia est in limite Turtario: ab uno latere tenent li Bonigentes, ab alio Benno Turtario, a tertio limite, a quarto via ; et novem tornaturiis ex his sunt in fundo qui vocatur Crux ferrea : ab uno latere tenet Maldottus, ab alio Rodulfus de Faita et Ubaldi, ab aliis duobus vie sunt ; quindecim tornaturiis ex his sunt in fundo qui vocatur Patherno. Hee si plures sunt de quadraginta tornaturiis, aut minus, ita maneant, constitute territorio Cornelliensi, plebe S. Cassiani, S. Laurentii atque S. Apollenaris ; et concedimus ad habendum, tenendum, possidendum, in dictis annis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus terraticum de labore maiore modio septimo, minuto octavo, lino manna nona, vino anfora tertia et honorifice suscipite legatos nostros quando terraticum accipiunt, et omne Natale Domini dabitis nobis no-

strisque successoribus unam spallam de porco cum duabus fugatiis, et omni anno in festivitate S. Martini aut infra octava quinque solidos lucensium et duos denarios. Nos vero exinde accepimus a vobis nomine mercedis duodecim solidos lucensium et promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum, eo tenore ut non sit vobis receptoribus, nec vestris heredibus licitum predictam rem vendere vel donare, aut pro pignore ponere, vel aliquo modo alienare, aut aliquem contractum non facere, nisi in nobis nostrisque successoribus. Si que pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti penam auri untias duas; post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem ego Iohannes Immolensis notarius rogatus scripsi.

(Aa). Ego Arduinus archipresbiter subscripsi. Ego Guido presbiter subscripsi. Ego Libertus diaconus subscripsi. Ego Gerardus presbiter manu mea subscripsi. Ego Albericus canonicus subscripsi. Ego Azo acolitus subscripsi. Ego Isnardus subdiaconus subscripsi.

II, 37. - Orig., mm. 520×227. In versu ND.

61.

[Ad S. Cassianum], 22 ianuarii 1137.

Chartula donationis mortis causa facta, qua Lambertus Hugonis Imicae cedit Stemperato in favorem hospitalis S. Georgii unam tornaturiam terrae sitam in loco qui dicitur Felegario.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo septimo, temporibus Innocencii pape et Loterii regis, die XXII mensis ianuarii, indictione XV, in domo Novelini. Ego quidem in Dei nomine Lambertus Ugonis Imice facio tibi in Christi nomine Stemperato receptori ospitalis pontis S. Georgii et successoribus tuis cartulam donacionis causa mortis pro anima mea et uxoris mee et quondam parentum meorum de una tornaturia terre que est posita in loco qui dicitur Felegario inter affines eius : a duobus lateribus ego ipse Lambertus, a tercio limes, a quarto Petrus

Andree. Quicquid infra hec latera manet, habeas, teneas cum tuis successoribus ut in perpetuum sit in cibos pauperum, et non liceat te, neque tuos successores supradictam terram vendere vel donare, neque aliquo modo alienare de supradicto hospitali; quod si feceritis, hec cartula sit vacua et inanis, et ego vel mei heredes supradictam terram habere debeam, quia ideo supradicto hospitali eam do ut semper in cibos pauperum maneat. Et ab hac die omnia supradicta, ut superius legitur, cum meis heredibus tibi tuisque successoribus auctoriare et defensare promitto sub pena duarum unciarum auri, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Iohannes Pater civitatis Ravenne, Ungarellus Enrici, Iohannes del Prette, Ugo Sclavone, Novelinus, Tignosus manus investitor, Iohannes faber, Vergondinus rogati testes fuere.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 38. - Orig., mm. 335×156. In versu ND *in qua nominatur testis* Iohannes Lulloli — *Zaccaria, II, 43.*

62.

Ad S. Cassianum, 12 iunii 1137.

Chartula donationis mortis causa qua Ugorazo in favorem hospitalis S. Georgii cedit duas tornaturias terrae positas in rivulo Cagadinari.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo septimo, indictione xv, temporibus Innocencii pape et Loterii regis, die xii mensis iunii, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Ugorazo facio tibi in Christi nomine Stemperato receptore ospitalis pontis S. Georgii cartulam donacionis causa mortis de duabus tornaturiis terre que sunt posite in riolo Cagadinari, infra hec latera: ab uno latere Benedictus Buthrone, ab alio Bulgarus, a tercio Petrus Bulgari, a quarto heredes Alberti Bulgari; quicquid infra hec latera manet, habeas tu cum tuis successoribus in perpetuum ita quod semper maneat in supradicto hospitali, ut sit in cibos pauperum. Et non liceat te, nec tuos successores supradictam terram nec vendere, nec donare, neque aliquo modo alienare a

supradicto hospitali, et si quis fecerit, hec cartula sit vacua et inanis. Et si, quod absit, evenerit quod hospitalis iste destruetur, supradicta terra ad meos revertatur heredes, et mei heredes ita ordinent et disponent eam, si meam volunt habere benedictionem, quod semper sit in elimosinam pauperum. Et ab hac die omnia supradicta cum meis heredibus, tibi tuisque successoribus, auctoriare et defensare promitto sub pena XL solidorum lucensium ; et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma. Ego supradictus Ugo omnia supradicta subscripsi, iussi. Giso manus investitor, Tethrigrus Raimundi, Vivianus Girardi Sigici, Guido Ugonis Farulfi, presbiter Orlandus, Lambertinus Druthe, Nicola rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 39. - Orig., mm. 360×140.

63.

Ad S. Cassianum, 5 aprilis 1138.

Cononici S. Cassiani concedunt in emphytheusim Andreolo de Taurano et Remengardae uxori eius unum mansum situm in vico Taurano.

In nomine Domini nustri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo octavo, tempore Innocencii pape, die V mensis aprilis, indictione prima, in canonica S. Cassiani. Petimus a vobis quidem in Dei nomine dompnus Arduinus archipresbiter canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem canonice ut ubi tibi presenti in Dei nomine Andreolo de Taurano et Remengarde uxori tue vestrisque filiis masculinis ex comuni amplexu natis, libellarii nomine concedimus et largimur seu et confirmamus in vobis rem iuris nostrorum ; idest mansum unum positum in vico qui vocatur Taurano ex quo duas tornaturias debeatis habere pro signo ex quibus debeatis reddere in Carnelevarii galinam unam et duo sextaria grani in area ad stariolum caneve ; ex alia vero terra reddere debeatis terraticum, videlicet de labore maiore modio VII, de minuto octavo, de lino manna nona, de vino amphora tercia, et omni anno in Natale Domini spallam unam et fugacias duas

et super aream alium amiscere et super canalem tercio ; et pro porco et frisingo atque pro carrigiis et operis debeatis nobis facere sicut alii faciunt, de uno bono manso, ut dictum est, persolvatur. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et supersedendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus xx et novem ad renovandum; salva vero supradicta dompnica dandum et inferre debeatis omnia supradicta in canonica S. Cassiani. Et de vinea illa que non habet viam carrariam reddere debeatis quartam amphoram vini; et quando habuerit viam carrariam, reddere debeatis tercium, et nuncii canonicorum honorifice recipiatis. Pro eo quia exinde accepimus mercedis nomine, idest solidos xii lucenses. Et nos supradicti ordinatores pro nobis et pro nostris successoribus una nobiscum stare, auctoriare atque defensare promittimus eo tenore ut non habeatis licenciam vendendi, donandi, commutuandi vel aliquo modo vel ingenio alienandi. Et si quis vero pars contra hunc libellum ire temptaverit, det pars parti fidem servanti sub nomine pene auri unius uncie, et pena soluta, hec cartula maneat firma. Ego Otto tabellio scripsi.

(Aa). Ego Arduinus archipresbiter subscripsi. Ego Guido presbiter manu mea subscripsi. Ego Orlandus presbiter subscripsi. Ego Alberius canonicus subscripsi. Ego Ugo diaconus manu mea subscripsi. Ego Guitto diaconus subscripsi. Ego Ubaldus subdiaconus subscripsi. Ego Gotifredus subscripsi. Ego Isnardus canonicus subscripsi.


II, 40. - Orig., mm. 530×250. In parte inferiore extat ND.

64.

[Ad S. Cassianum], 24 iulii 1138.

Guarinus Athamoli vendit Temperato et Gualdratae uxori eius medietatem clusuriae sitae in loco qui dicitur S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo octavo, indictione prima, temporibus Innocencii pape et defuncto Loterio rege, die vigesima quarta mensis iulii, in hospitale S. Georgii. Ego quidem



in Dei nomine Guarinus Athamoli vendo vobis in Christi nomine Temperato et Gualdrate uxori tue medietatem unius clusurie que est posita in loco qui dicitur S. Georgi infra hec latera : ab uno latere Zanzolinus Petri Cassiani, ab alio Hermengarda et Ildebrandus, a tercio heredes Cortesi * *, a quarto vero est via. Quicquid infra hec latera manet, habeatis, teneatis iure vendicionis potestatem vendendi, donandi, commutandi, et a iure unde est renovandi et quicquid vobis vestrisque filiis vel heredibus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Pro eo quia accepi de manibus vestris precii nomine solidos lucenses quinquaginta. Et ab hac die omnia supradicta cum meis heredibus vel successoribus, vobis vestrisque filiis vel successoribus auctoriare et defensare promitto sub pena centum solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula vendicionis meneat firma. Iohannes Blancus manus investitor, Petrus Mainardi, Gutifredus subdiaconus, Nicola Albuini, Plebanus, Azolus Bisarone, Bosellus, Coffo rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 49. - Orig., mm. 300×222.

65.

[Ad S. Cassianum], 24 iulii 1138.

Charta donationis mortis causa qua, excepta una vineae tornaturia, Guarinus Athamoli omnia bona sua tribuit hospitali S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centisimo trigesimo octavo, indictione prima, temporibus Innocencii pape et Loterio regis defuncto, die vigesima quarta mensis iulii, in hospitale S. Georgii. Ego quidem in Dei nomine Guarinus Athamoli facio tibi in Christi nomine dompno Temperato receptori hospitalis S. Georgii cartulam donacionis causa mortis de hoc quod habeo, vel teneo, vel michi pertinet terris vero et vineis ubicumque est, preter unam tornaturiam quam dedi Guarino nepoti meo quę est in loco qui dicitur Casalteula ; et ab hinc in antea habeas, teneas, omnia mea ubicumque est ad utilitatem supradicti hospitalis cum tuis

successoribus in perpetuum, ita quod non liceat te, neque tuos successores ea omnia supradicta nec vendere, nec donare, neque loco pignoris ponere, neque aliquo modo alienare, sed semper in perpetuum in utilitate hospitalis permaneat, nisi pro necessitate hospitalis supradicti vendita vel aliquo modo alienata fuerit, tali tenore quod de supradicto hospitali victum et vestitum donec vixero secundum utilitatem illius domus habere debeam. Si qua partis nostre contra omnia supradicta ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine auri uncias quatuor, et pena soluta, hec cartula donacionis causa mortis maneat firma. Iohannes Blancus manus investitor, Petrus Mainardi, Gutifredus subdiaconus, Nicola Albuini, Plebanus, Azolus Bisarone, Bosellus, Coffo rogati testes fuererunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 42. - Orig., mm. 320×230.

66.

In castro Imolae, 1 maii 1139.

Testamentum Lambertini Druthe in favorem uxoris, Albertini subdiaconi, Citi et Imeldinae sororis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo trigesimo nono, indictione secunda, temporibus Innocencii pape et Conradi regis, die prima mensis maii, in castro Immole, in domo Ugonis Donnebone, in burgo S. Mathei. Ego quidem in Dei nomine Lambertinus Druthe sanam habeo mentem integroque consilio. Instituo vos Arduinum subdiaconum Albertuncini donni Athalasie, Citum, Imeldinam sororem meam et Nobilem uxorem meam michi heredes, et volo ac iubeo ut uxor mea Nobilis habeat quartam partem omnium rerum et possessionum mearum, terris vero et vineis; et supra quartam partem habeat unam meam vineam que est in Casanova secundum quod pater meus et mater habuit vel tenuit; et unum meum vacuamentum in castro S. Cassiani cum curte et suo pertinente, ubi erat domus in qua habitabam. Eçclesia S. Cassiani, idest canonici et eorum successores habeant quadraginta tornaturias terre ad iustum podismum descignate cum introitu et

exitu earum in loco qui dicitur Ceredo; et si minus fuerint, adimplete sint eis in loco qui dicitur Vidiillum. Cetera vero omnia habeat soror mea Imildina et filia eius et si ambe mori contigerint sine filiis vel filiabus, redeat ad S. Cassiani ecclesiam pro anima mea et quondam parentum nostrorum. Equi mei cum omnibus armis meis sint uxori mee. Pepucius servus meus sit liber. Albertinus frater eius volo ut sit sorori mee Imeldine. Arduine, Albertine, Cite, Imeldina, Nobile estote mei heredes, idest fidei commissarii ad hoc, ut istud meum testamentum et quicquid in eo legitur observetis, et firmum atque incorruptùm teneatis, et ego eum firmo cum meis heredibus sub pena duarum auri, quia vere hec est ultima mea voluntas et vos qui hic estis testes estote. Ugorazo testis interfui, Ubaldinus Ildebrandi testis. Vivianus Girardi testis, Giso testis, Iohannes Guidonis Athami testis, Albrigotus testis, Petrus Rovodarius testis.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 43. - Orig., mm. 304×147. = II, 44. - Exemplar scriptum manu Pizoli notarii, mm. 257×166.

67.

Ad S. Cassianum, 23 maii 1140.

Petrus Bulgari et uxor eius Athalasia donant hospitio S. Georgii septem tornaturias terrae positas in Runcalle.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MC quadraiesimo, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, die XXIII intrante mense maii, indicione tercia, actum in castro S. Cassiani martiris, in domum Petri Bulgari. Sancto ac beatissimo venerabili hospicio in quo nunc Deo protegente, donnus Temperatus servus Dei et domina Gualdratha ancilla Christi in quo predicto ospicio S. Ieorgii preesse videntur. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Petrus Bulgari et uxor mea Athalasia donatores in predicto ospicio pro oblacione et illuminacione, seu eterna remuneracione animarum nostrarum et animarum quondam parentum nostrorum, presens presentibus facimus mangne donaciones pro bono animo ac spontanea nostra voluntate, nullo nos penitus cogente vel vim infe-

rente, sed nostro proprio deliberacionis arbitrio damus, donamus, cedimus, tradimus et transcribimus in ius et dominium predicti ospicii per te supradictum Temperatum servum Dei tuisque successoribus in perpetuum; idest septem tornaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur Runcalle: a primo latere tenent Nicola et Giso cum suis consortibus, a secundo heredes Lamberti Fuscolini, a tercio latere est rius de Linare, a quarto vero latere tenent filius Viviani Girardi Sigizi; infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensis. Et insuper donamus et tradimus predicto ospicio per testamentum unum lectum pro animabus nostris et pro animabus parentum nostrorum, ut a presente die aut quandocunque vis, liceat tibi predicto Temperato in predicta donacionem introire ex potestate, tuisque successoribus eciam per infrascriptum nostrum missum nomine Bonofiliolo, ut corporaliter nostra vice in predicta donacione te investiat habendi dominium et potentatem, quiete habeas, teneas ordinandi et disponendi in eodem ospicio permanendas in perpetuum, sicut diximus pro remedio animarum nostrarum et condam parentum nostrorum. Ed deinceps non liceat nobis predictis donatoribus, neque nostris heredibus in tempore facere litem vel molestiam generare contra suprascriptum ospicium, neque contra te Temperatum, neque contra tuos successores. Sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum auctorizare et defensare et observare hanc donacionem. Promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque successoribus eciam predicto ospicio sub pena auri duarum unciarum, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Nos predicti donatores laudavimus et firmavimus hec suprascripta que superius legitur.

Testes Redulfus de Racco, Guido Ugonis Farulfi, Guaragnone, Ruffus, Bonusfilius Tatti manus investitor, istios interfuerunt ad omnia supradicta que superius leguntur.

Quod vero ego Iohannes notarius Casulensis rogatus interfui, scripsi hec suprascripta que superius leguntur.

Noticia recordacionis: Rodulfus testis, Guido testis, Guaragnone testis, Bonusfilius testis, Ruffus testis.

II, 46. - Orig., mm. 445×175.

68.

[Ad S. Cassianum], 7 augusti 1140.

Imelda vidua de Maleincalzo refutat Nobilae cognatae suae viduae Lambertini, omnes actiones quas habebat adversus testamentum fratris sui Lambertini.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MC quadraiesimo, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, die VII intrante mense augusti, indicione tercia, actum in domum episcopi Corneliensis Ecclesie. Igitur cum auxilio Dei, dum adessem ego Iohannes notarius Casulensis et ibique mecum alii boni viri ante domnum episcopum S. Cassiani, nomina quorum sunt hec: Alberius canonicus, Arduinus canonicus, Iohannes de Maseratha, Andreas sacerdos ex plebe Aquavive, Ugorazus, Lanfrancus, Ugo Iohannis Orlandi; in presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario, domna Imelda, relicta de Maleincalzo, apprehendit virgam in manu sua et misit in manu domni episcopi Randuini et dixit ita: Ego Imelda me pospondo et refuto et definicionem facio Nobile cognate mee relicte Lambertini fratris mei, pro me et pro meis heredibus; idest omnes acciones quas ego habeo adversum testamentum quod frater meus Lambertinus fecit Nobile cognate mee, habeat, teneat, possideat in perpetuum sicut legitur in testamento fratris mei, exceptis illud quod Nobilis cognata mea refutavit michi infra castro S Cassiani et in burgo S. Vitalis et in curte de Guillarino. Ab hac ora in antea non licet michi facere questionem, molestacionem aut querimoniam de predicta refutacione neque in placito, nec extra placitum, et si fecero, tunc daturum me promitto meosque heredes tibi predicte Nobili cognate mee, tuisque successoribus sub pena unius libre auri, et pena soluta, hec cartula refutacionis et difinicionis maneat firma.

Ego predicta Imelda difinicionem feci in manu episcopi sicut superius legitur.

Noticia recordacionis: Alberius testis, Arduinus testis, Andreas testis, Ugo testis, Lanfrancus testis, Ugo testis, Iohannes testis.

II, 47. - Orig., mm. 350×167. — Manzonius, 85; Alberghetti, II, 78; Zaccaria, II, 42; Ughellus, t. X, 274.

69.

Imolae, 7 novembris 1140.

Ratruda vidua Petri Azi donat Gislae filiae suae clausuriam una cum terris vineisque sitam in fundo qui dicitur Lacuna.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo, temporibus Innocentii pape et Conradi imperatoris, die septimo mensis novembris, indicione tertia, in civitate Imole, territorio Cornelliensi et plebe eius. Profiteor ego quidem in Dei nomine Ratruda relicta coniux Petri Azi per huius cartule mee vocis, professionis, donationis atque perpetualiter translationis, tibi presenti in Christi nomine Gisle filie mee, tibi tuisque heredibus do et dono, concedo atque transacto; idest claudam unam terrisque cum vineis que est posita in fundo qui vocatur Lacuna : ab uno latere tenente Ugo de Uberto, a secundo latere tenent canonici S. Cassiani, a tertio latere heredes Guidutie, a quarto vero latere via percurrente. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus ut a presenti die, aut quando volueris, liceat tibi tuisque heredibus predictam rem introire et preoccupare atque ingredi ex potestate per hanc paginam donacionis a me tibi factam et traditam tamquam per legitimam meam corporalem traditionem, quamque per istum meum missum, nomine Petrum Imole, quem de meis manibus in tua mitto in presentia testium qui hic subter scripturi sunt, ut illuc veniat et dictam rem tibi tradat atque inde te investiat quiete tramite, dominium et potestatem habeas, teneas, possideas, do tibi sine omni tenore, ut quicquid tibi exinde placuerit faciendi cum tuis filiis vel heredibus im perpetuum. Et ab hac die nunquam liceat michi donatrice ullo umquam in tempore exinde facere questionem aut causationem, ullamque molestiam generare contra te, neque contra tuos filios vel heredes. Sed immo omni tempore secura et quieta exinde maneas cum tuis filiis in perpetuum auctorizare et defensare: promitto tibi sub pene nomine auri untie tres, et post penam solutam, hec cartula donationis maneat firma. Quam vero ego Stephanus Immolensis notarius rogatus scripsi.

Testes Guido de Bretio, Guascone Tederici Benni, Monachus Petri Benni, Girardinus da Linare, Albertinus de Arzentulo, Girardus da Macerata.

II, 48. - Orig., mm. 500×305. In versu extat nota Pro causa Brocadello.

70.

[Ad S. Cassianum], 1140.

Isnardus vendit Temperato quatuor perticas turnaturiae vineatae positas in fundo S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quadragesimo, indictione tercia, in porticu ecclesie S. Georgii. Vendidit Isnardus domino Temperato quattuor perticas tornaturie de vinea quas ipse habebat in fundo S. Georgii in una vinea que est infra hec latera posita: ab uno latere Coreclus, ab alio Bertamus Bulgarelli, a tercio supradictus Temperatus, a quarto via, per novem solidos, et promisit supradictam terram auctoriare et defensare domino Temperato et eius successoribus sub pena decem et octo solidorum lucensium et atestatione istorum. Guido Belledonne manus investitor, Ruffo, Balduinus, Zanellus Lulloli ragati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi.

II, 45. - Orig., mm. 240×115. In versu ND.

71.

[Ad S. Cassianum], 20 martii 1141.

Ioannes de Athamo vendit Temperato petiolam terrae vineatae positam in fundo S. Georgii.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLI, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, die XX intrante mense marcii, indicione quarta, actum iu portico ospitalis S. Ieorgii. Ideo profiteor ego quidem in Dei

nomine Iohannes de Athamo per hanc cartulam mee vocis, professionis, vendicionis et perpetualis translacionis a presente die vobis in Dei nomine Temperato ex ospitale S. Ieorgii et uxori tue Gualdrathe emptoribus pro vobis et pro vestris successoribus, in perpetuum vendo, trado atque transacto pro me et pro uxore mea Ermelina et pro filiis et heredibus meis; idest unam peciolam terre vineate que est posita in fundo S. Ieorgii: a tribus lateribus tenent predicti emptores, a quarto predictus venditor; infra hec latera predicta peciola terre permanet, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat vobis predictam rem introire ex potestate eciam per istum meum missum nomine Dominico, ut corporaliter mea vice vos investiat habendi dominium, et potestatem habeatis, teneatis, possideatis vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi in perpetuum. Conducticias si apparuerit, licenciam habeatis innovandi ad iura unde existit in quam autem vobis pertinuerit. Pro eo quia dedistis michi solidos tres et denarios sex lucenses. Et ab hac die non liceat michi suprascripto venditori, neque meis heredibus in tempore facere litem, vel molestiam generare contra vos emptores, neque contra vestros successores; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum, auctorizare et defensare hanc vendicionem. Promitto me meosque heredes vobis, vestrisque successoribus sub pena solidorum x lucensium; et pena soluta, hec vendicio maneat firma.

Ego predictus venditor laudavi et firmavi hec suprascripta que superius leguntur. Testes Orlandus Tuscus, Iohannes frater eius, Martinus Cristiani, Ugo de Zanzone, Dominicus Ugonis de Racco manus investitor isti fuerunt ad omnia suprascripta. Ego Iohannes notarius Casulensis rogatus interfui, scripsi hec suprascripta.

Noticia recordacionis: Orlandus testis, Iohannes testis, Martinus testis, Ugo rogatus, Dominicus rogatus.

II, 49. - Orig., mm. 445×220. In versu ND.

72.

[Ad S. Cassianum], 23 aprilis 1141.

Iulita relicta Redulfi Bernardi et filius eius Hugo donant hospitio S. Georgii quatuor tornaturias terrae sitas in fundo de Prugnita.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLI, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, die XXIII intrante mense aprilis, indicione quarta, actum in ospitale S. Iorgii. Ego Iulitta relicta, sancto ac beatissimo venerabilis ospicio S. Ieorgii, in quo nunc Deo protegente, domnus venerabilis Temperatus in predicto ospicio preesse videtur; ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Iulitta relicta Redulfi Bernardi et Ugo filius meus donatores in predicto ospitali pro anima filii mei Guidonis et animarum parentum nostrorum, eciam pro animabus nostris, damus, donamus, cedimus, et transactamus atque subducimus in ius et dominium suprascripti ospitalis per te domnum Temperatum acceptorem tibi tuisque successoribus in perpetuum, more salario permanendas; idest quatuor tornaturias terre que sunt posite in fundo de Prugnita: a tribus lateribus tenet predictus Ugo Redulfi, a quarto est limes; infra hec latera predictas res permanent, territorio Corneliensi, plebe S. Apollinaris Aquavive, infra curte de Lugoro; ut a presente die, aut quandocunque vis, liceat tibi predictas res introire ex potestate, eciam per istum nostrum missum nomine Gandulfo, ut corporaliter nostra vice te investiat habendi dominium et potestatem, quiete habeas, teneas ordinandi et disponendi in eodem ospitale in perpetuum. Et deinceps non liceat nobis suprascriptis donatoribus, neque nostris heredibus in tempore facere litem, vel molestiam generare contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores; sed securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare et defensare promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque successoribus, sub pena auri duarum unciarum; et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Nos predicti donatores laudavimus et firmavimus hec suprascripta. Testes Renoaldus de Solustra, Arardus de Gazo, Pepo

Alberti Lamberti, Ugo Maynardi, Gandulfus Villane manus investitor, isti fuerunt ad omnia supradicta. Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Renoaldus testis, Gandulfus testis, Arardus testis, Pepo testis, Ugo testis.

II, 50. - Orig., mm. 330×222. Charta attrita est in margine dextero.

73.

Ad S. Cassianum, mense maio 1141.

Albertus Guidonis Athalasiae et uxor eius Imelda et nepos eius Ugizo filius Ugizonis donant hospitio S. Georgii quatuor tornaturias terrae positas in fundo qui dicitur Fontanicholae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLI, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, actum in castro B. Cassiani martiris, in portico Alberti Guidonis Athalasie, infra mense maii. Sancto ac beatissimo venerabili ospicio in quo nunc, Deo protegente, domnus venerabilis Temperatus S. Ieorgii in predicto ospicio preesse videtur. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Albertus Guidonis Athalasie et uxor mea Imelda et Ugizo filius fratris mei Ugizonis donatores in predicto ospitali pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione animarum parentum nostrorum, eciam pro animabus nostris, damus, donamus, cedimus et transactamus et transcribimus atque subducimus in ius et dominium suprascripti ospitalis S. Ieorgii per te domnum Temperatum acceptorem pro te et pro tuis fratribus atque successoribus in perpetuum more salario permanendas; idest quatuor turnaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur Fontanichole: a primo latere est strata Petrosa, a secundo est via, a tercio latere tenent Iohannes Zenzola et Paganela, a quarto latere tenet Iuanellus; infra hec latera predicta res permanent, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani. Ut a presenti die, aut quandocumque vis, liceat tibi predictam donacionem introire ex potestate eciam per istum nostrum missum, nomine Atto, ut corporaliter nostra vice te investiat habendi dominium et potestatem quiete habeas, teneas ordinandi et disponendi in eodem ospitali. Et deinceps non liceat nobis su-

prascriptis donatoribus, neque nostris heredibus in tempore facere litem, vel molestiam generare contra predictum ospitale, neque contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores; sed securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctoriare et defensare et observare hanc donacionem promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque successoribus sub pena auri duarum unciarum, et pena soluta, hec donacio maneat firma.

Nos predicti donatores laudavimus et firmavinus hec suprascripta.

Testes presbiter Orlandus canonicus S. Cassiani, Arduinus canonicus, Citus, Attus frater Arduini manus investitor, Rambaldinus; in presencia istorum predictus Albertus et uxor eius Imelda fecere donacionem domno Temperato.

Ugizo filius Ugizonis fecit donacionem predicto Temperato in presencia bonorum hominum silicet Raynaldus, Marchisellus, Iohannes Tuscus, Orlandus [1] frater eius.

Ego Iohannes notarius Casulensis rogatus scripsi omnia suprascripta.

Noticia recordacionis: Presbiter Orlandus, Citus, Arduinus, Attus, Rambaldinus, Raynaldus, Marchisellus, Iohannes, Orlandinus testes.

II, 51. Orig., mm. 545×195. In versu ND.

[1] *In* NR Orlandinus

74.

Imolae, 26 augusti 1141.

Saurinus et Ermelina uxor eius una cum filio Drutholo donant canonicis S. Cassiani quidquid iuris seu actionis habent supra ea quae iam Orlandinus de Alberto Bisarone dederat ecclesiae S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo primo, temporibus Innocentii pape et Chonradi imperatoris, die sexto exeunte mense augusti, in civitate Imola, indicione quarta. Nos quidem in Dei nomine Saurinus et Ermelina uxor eius et Drutholus filius eorum, donamus vobis presentibus in Christi nomine Arduino archipresbitero et Arduino de Cantore receptoribus pro vobis

et pro aliis canonicis S. Cassiani confratribus vestris, et pro vestris successoribus sancte Corneliensi Ecclesie servientibus; idest quicquid iuris vel accionis, seu pensionis atque subiectionis ac dominii habemus et tenemus et nobis pertinet de hoc quod Orlandinus de Alberto Bisarone dedit et donavit atque legavit iamdicte sancte ecclesie B. Cassiani pro remedio anime sue, quod est turnaturie due terre laboratorie in duobus peciolis; una peciola est posita in loco qui vocatur Laude, alia peciola est posita prope hospitale Solustre: ab uno latere strata publica, ab alio * *, a tercio * *, a quarto * *. Quicquid iuris, ut super legitur, nobis huc usque pertinuit, damus et donamus vobis, ut iamdictum est, pro remedio animarum nostrarum seu pro eterna retribucione. Et ab hodierna die non liceat nobis donatoribus, neque nostris filiis vel heredibus dictam donationem ullo unquam in tempore infringere vel revocare, quod fieri nequit: in legibus enim cautum invenitur, donationem in venerabili domo semel factam revocare neminem posse. Et auctorem et defensorem supradicte donacionis esse promittimus vobis vestrisque successoribus cum nostris filiis et heredibus ab omni persona hominum; et si contra fecerimus, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam vobis vestrisque successoribus, denariorum monete lucensium solidos decem, et post solutam et datam penam, dicta donacio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes huius donacionis sunt presbiter Ugo de S. Donato, presbiter Gerardus de Ducia, Petrus filius Guidonis Petri Rufi, Muscardus de Solustra.

II, 52. - Orig., 204×154. — In versu extat nota saeculi XIII Hec est data Ugolino de Fontanella.

75.

Ad S. Cassianum, mense augusto 1142.

Arduinus prior S. Cassiani Petro, Azoni et Guidoni concedit in emphytheusim decem tornaturias terrae sitas in loco qui dicitur Flaibano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab eius nativitate anno millesimo centesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, temporibus Innocencii pape et Conradi regis, die

mensis augusti, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Arduinus presbiter atque prior suprascripte ecclesie una per consensu canonicorum eiusdem ecclesie vobis receptoribus in Christi nomine Petro et Azoni et Guidoni facio cartullam de decem turnaturias terre, que sunt posite in loco qui dicitur Flaibano, sita territorio Corneliensis, plebe castri Immole. Hec omnia cum omnibus super se et sibi pertinentibus concedo vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus viginti novem ad renovandum. Ita sane ut inferatis vos vestrisque heredibus nobis nostrisque successoribus terraticum de labore maiore modio septimo, minuto octavo, lino manna nona et omni anno ammisce⟨re⟩ unum de carne cum duabus fogaciis, et unum supra area, scilicet duos pullos cum fugaciis, et duo⟨de⟩cim denarios lucenses in festivitate S. Martini et quatuor [o]pere manuum ad vineam faciendam et a sapare et a batere et in campo post boves. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque ullum contractum facere, nisi consensu suprascripte ecclesie, si necesse fuerit. Et si qui ex nobis contra hunc libellum ire temptaverimus, sit pena nomine daturus solidos decem lucenses, et soluta pena, hic libellus maneat firmus.

Signum testium Gutefredus manus investitor.

[E]go Iohannes Dei gratia Ca[sulensis notarius] scripsi omnia supradicta.

II, 54. - Exemplar scriptum manu Leonis notarii S. Cassiani, mm. 307×177. Charta est mutila ob abruptionem in margine dextero.

76.

[Ad S. Cassianum], 5 decembris 1142.

Petrus canonicus ecclesiae S. Petri in Casula vendit Temperato unam petiam terrae aratoriae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLII, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, die V intrante mense decembris, indicione quinta, actum

in ospitale S. Ieorgii. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Petrus presbiter et canonicus ecclesie S. Petri in Casula cum consensu fratrum meorum sacerdotum atque clericorum per hanc cartulam mee vocis, professionis, vendicionis et perpetualis translacionis a presente die tibi presenti in Dei nomine domno Temperato emptori pro te et pro fratribus atque successoribus tuis in perpetuum vendo, trado atque transacto pro me et pro meis fratribus ; idest unam peciam terre aratorie que est posita in loco qui dicitur * * : a primo latere tenet Burdelina, a secundo est via, a tercio * *, a quarto * *; infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani ; ut a presente die aut quandocumque vis, liceat tibi predictam rem introire ex potestate eciam per istum meum missum nomine Ugone, ut corporaliter mea vice te investiat habendi dominium et potestatem in perpetuum. Conducticias, si apparuerit, licenciam habeas innovandi in quantum tibi pertinuerit, pro eo quia dedisti michi et fratribus meis solidos decem lucenses. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto presbiteri Petro venditori, neque fratribus meis atque successoribus in tempore facere litem vel molestiam generare contra te emptorem, neque contra tuos successores ; sed securus et quietus exinde maneas in perpetuum : auctorizare et defensare promitto me meosque fratres atque successores tibi domno Temperato tuisque fratribus atque successoribus sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hec cartula vendicionis maneat firma.

Ego predictus presbiter Petrus venditor laudavi et firmavi hec pro me et pro Ugone presbitero, et Ildebrando presbitero et Ugo levita et Albertus levita.

Testes Nicola de Albuino, Ugo de Balda, [1] Paganellus, Ubaldinus, Ugo de Berta Russa isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes Casulensis notarius scripsi hec.

Noticia recordacionis : Nicola testis, Ugo testis, Paganellus testis, Ubaldinus rogatus, Ugo rogatus.

II, 55. - Orig., mm. 500×145. In versu ND.

[1] Manus investitor *uti in* ND.

77.

Imolae, 1142.

Albertus Aulivae vendit Temperato unam petiam terrae positam in fundo S. Georgii.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLII, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris, indicione quinta, actum in civitate Immole, in domo Ugonis Petri Blanci. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Albertus Aulive per hanc cartulam mee vocis, professionis, vendicionis et perpetualiter translacionis a presente die tibi presenti in Dei nomine domno Temperato ex ospitali S. Ieorgii emptori pro te et pro tuis successoribus in perpetuum vendo, trado atque transacto de meo iure meoque dominio meorumque filiorum et heredum; idest unam peciam terre que est posita in fundo S. Ieorgii iuxta strata desuper: a primo latere est strata Petrosa, a secundo est via, a tercio heredes Arduini, a quarto predictus Temperatus. Infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani. Ut a presente die, aut quandocumque vis, liceat tibi predicto Temperato tuisque successoribus predictam rem introire ex potestate etiam per istum meum missum, nomine Petro, ut corporaliter mea vice te investiat habendi dominium et potestatem in perpetuum. Et licenciam habeas innovandi ad iura unde est in quantum tibi pertinuerit. Pro eo quia dedisti michi solidos xx lucensium. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto venditori, neque meis heredibus in tempore facere litem vel molestiam generare contra te Temperatum emptorem, neque contra tuos successores; sed securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare et defensare promitto me meosque heredes tibi tuisque successoribus sub pena solidorum quadraginta monete lucensium, et pena soluta, hec vendicio maneat firma.

Ego predictus venditor laudavi et firmavi pro me et pro meis liberis et heredibus hec suprascripta.

Testes Ugo de la Russa, Ildefredus, Martinus faber, Albericus Pilizarus, Monacus Petri Benni, Petrus Ugonis Petri Blanci manus investitor de predicta re, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis : Ugo, Ildefredus, Martinus, Albericus, Monacus, Petrus testes.

II, 53. - Orig., mm. 403×155. In versu ND.

78.

Ad S. Cassianum, 10 ianuarii 1144.

Canonici S. Cassiani Girardo Marietae eiusque uxori et filiis concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae positas in curte S. Cassiani in Runcalla.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLIIII, tempore Celestini pape et Conradi imperatoris, die x intrante mense ianuarii, indicione septima, actum in castro S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine domnus presbiter Orlandus et Presbiter Girardus et domnus Arduinus canonici S. Cassiani, cum consensu canonicorum fratrum nostrorum eiusdem canonice, per hanc cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die tibi presenti Girardo Mariete acceptori pro te et pro coniuge tua Silla, et pro filiis et heredibus tuis, in annis advenientibus sexaginta et novem expletis ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedimus tibi rem iuris nostrorum predictorum ordinatorum, silicet canonicorum ; idest duas turnaturias terre ⟨que⟩ sunt posite in curte S. Cassiani in Runcalla : a primo latere tenet Arduinus de Bretalottus, a secundo Fulcus iudex, a tercio predicti canonici, a quarto suprascriptus acceptor ; infra hec latera predictas res permanent, cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani. Quas concedimus tibi tuisque filiis et heredibus ad habendas, tenendas, possidendas usque in predictis annis ad renovandum; ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus atque successoribus omni marcii mense, aut infra indicionem denarios quattuor monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo

quia dedisti nobis solidos decem monete lucensis mercedis nomine. Tu suprascriptus acceptor et filii tui non habeatis licenciam predictas res nec vendere, nec donare, neque commutuare nisi nobis aut nostris successoribus minus quam in aliis, aut ad nostrum sensum dare aliquis hominibus. Et ab hodierna die non liceat nobis suprascriptis ordinatoribus, neque nostris successoribus tibi prenominato acceptori, tuisque filiis et heredibus, predictas res tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneatis, ut superius legitur, auctorizare et defensare promittimus nos nostrosque fratres atque successores, tibi tuisque filiis et heredibus pene nomine solidorum viginti monete lucensis, et [pena] soluta, hoc pactum maneat firmum.

Testes Ugo Iohannis fabri, Artusus Sigicelli, Guido Brignanus, Redulfus de Fontanella, Ildebrandus Gumezi testis et manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

II, 57. - Orig., mm. 303×230.

79.

Ad S. Cassianum, 1 aprilis 1144.

Charta donationis mortis causa qua Pepo Albertini filius quondam Lamberti cedit Orlando presbytero tres tornaturias terrae sitas in loco qui dicitur Frascario.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Cristi millesimo centesimo quadragesimo quarto, indictione VII, temporibus Lucii pape et Conradi regis, die prima mensis aprilis, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Pepo Albertini Lamberti quondam filius do tibi presbitero Orlando receptori pro te et pro fratribus et successoribus tuis in perpetuum per cartulam donacionis causa mortis; idest medietatem unius petie terre que est estimata turnaturias tres, que est posita in loco qui dicitur Frascario infra hec latera: ab uno latere Ugo Vicedomini, ab alio heredes Ugonis Cassoli, a tercio via currit et a quarto via similiter; istius autem petie terre prediscignate do vobis ego supradictus

Pepo pro anima fratris mei Guarognonis medietatem, quia ipse per testamentum eam vobis dimisit. Deinceps hanc medietatem habeatis iure proprietatis potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid vobis, vestrisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum meis filiis vel heredibus vobis, vestrisque successoribus auctorizare et defensare promitto sub promissione pene trium librarum lucensium, et soluta pena, hec cartula donacionis causa mortis maneat firma.

Ego supradictus Pepo Albertini Lamberti filius omnia supradicta pro fratre meo Guaragnone scribere mandavi. Giso manus investitor, Ruffo, Ugo faber, Isnardus Balduini, Pepolus, Petrus Marie rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 67. - Orig., mm. 437×250.

80.

[Imolae], 11 maii 1144.

Canonici S. Cassiani concedunt in emphytheusim Puellae quod iam vir eius Ubaldinus dedit ipsis de fundo Braita de Querzola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis MC quadragesimo quarto, inditione septima, die undecimo intrante mense madii, prope crucem S. Christine, tempore Lutii pape et Conradi regis. Nos presbiter Orlandinus, Arduinus presbiter, Gerardus canonici S. Cassiani pro nobis et pro fratribus nostris facimus pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum et concedimus tibi presenti Puelle receptrici pro te pro tuisque filiis et heredibus ; idest quod Ubaldinus quondam vir tuus, pro anima sua dedit nobis et nostre aecclesie in fundo qui vocatur Braita de Querzola, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani : a primo latere tenet hospitale, a secundo similiter, a tercio Petricinus Bulgari, a quarto eodem modo. Hec cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus tibi tuisqne filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum ; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno nomine pen-

sionis denarium unum lucensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Ideo quia exinde accepimus a te nomine mercedis octo solidos lucenses ; et promittimus nos nostrosque successores tibi tuisque filiis et heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum, sub nomine pene unius untie auri, post pena data et soluta, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immolensis notarius rogatus scripsi.

Testis et manus investitor presbiter Ugo, Saurinus, Sasso frater eius, Fuldratus, Ranfredulus Aviline, Blancus.

II, 58. - Orig., mm. 185×164.

81.

[Ad S. Cassianum], 9 iunii 1144.

Arduinus et Gotifredus canonici S. Cassiani et ordinarii S. Vitalis Hildebrando filio quondam Ioannis Gaforii dant in emphytheusim octo tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, indictione VII, temporibus Lucii pape et Conradi regis, die nona mensis iunii, in ecclesia S. Donati. Omnibus manifestum est atque congrua racione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus venarabilium locorum nostre proprietatis res utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Ideo nos quidem in Dei nomine Arduinus atque Gotifredus S. Cassiani canonici et S. Vitalis ordinarii, damus tibi Ildebrando Iohannis Gaforii quondam filio et Erminie uxori tue per henfiteosin, vestrisque filiis et nepotibus ; idest quatuor turnaturias terre, que sunt posite in loco qui dicitur Arcella, infra hec latera : ab uno latere Redulfinus Benni et Cito, ab alio Lanzaspatha et idem Redulfinus Benni, a tercio Ruffo atque dominus Arduinus S. Cassiani canonicus, a quarto fossula. Insuper etiam damus vobis unam petiolam terre in prenominato fundo, que est infra hec latera : a duobus lateribus Redulfinus Benni, a tercio Ruffo, a quarto vero est via. Insuper etiam damus vobis aliam petiolam terre in fundo Cereti infra hec latera : ab uno latere Bonafemina Iohannis Gaforii filia, ab alio heredes Ugonis Romaldengi, a

tercio heredes Ugonis Uberti, a quarto vero est via. Insuper etiam concedimus vobis in Vithilluni unam petiam vinee infra hec latera: ab uno latere heredes Petri Bulgari, ab alio Ugo de Lancio et frater eius, a tercio vos receptores, a quarto vero est via: quicquid infra prenominatis lateribus et locis manet, deinceps habeatis vos supradicti Ildebrandus et Herminia iure henfiteosin et vestri filii et nepotes. Ita tamen vos et vestri filii et nepotes omni marcii mense vel infra indicionem dare debeatis pro pensione denarios Venecie quatuor tantum; post transitum namque vestrum, vestrorumque filiorum hac nepotum, munimine expleto, quando Domino placuerit, hec henfiteosin in hoc ordine renovetur. Hanc autem henfiteosin ideo vobis facimus, quia solidos lucenses quatuor de manibus vestris accepimus. Promittimus vobis vestrisque filiis et nepotibus textum huius henfiteosin firmum tenere et non corrumpere; sed in placito seu extra cum nostris successoribus, vobis vestrisque filiis et nepotibus has octo turnaturias terre, que sunt posite in quatuor prenominatis locis et infra supradictis lateribus de quibus hanc henfiteosin vobis facimus, auctorizare et defensare sub promissione unius uncie auri nomine pene, et pena soluta, hec henfiteosin firma perduret.

Ruffo manus investitor, Girardus medicus, Ubaldinus diaconus et S. Cassiani canonicus, Ugo Blancus, Albertinellus Calzaspathe, Ubaldinus de Iohanne Demencio, Guascone, Iohannes Girardi rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta sub die et indictione supradicta VII.

II, 59. - Orig., mm. 545×145.

82.

[Ad S. Cassianum], 6 septembris 1144.

Cito vendit Temperato eiusque uxori Gualdratae medietatem vineae quae est posita iuxta stratam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo XLIIII, indictione VI, [1] temporibus Lucii pape et Conradi regis, die VI mensis setembris, in cel-

lario S. Georgii hospitalis. Ego quidem in Dei nomine Cito pro me et pro uxore mea vendo, cedo necnon perpetualiter transhacto tibi in Christi nomine Temperato et Gualdrate uxori tue, medietatem unius mee vinee, que est posita iuxta stratam: ab uno latere Iohannes Blancus, ab alio Albertinus Aginulfi, a tercio heredes Guilielmi, a quarto strata Petrosa; istius vero clusurie habeatis medietatem a qua parte volueritis, iure vendicionis potestatem vendendi, donandi et, a iure unde est, renovandi, et quicquid vobis vestrisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Pro eo quia tu prenominatus Temperàtus das michi, nomine precii, solidos lucenses viginti. Quam vero dacionem, vendicionem deinceps me meosque liberos et heredes firmam habituros et non contrafacturos, set in iudicio seu extra, cum meis heredibus vobis vestrisque successoribus auctorizaturos esse promitto sub promissione pene XL solidorum lucensium, et soluta pena, hec dacio et vendicio firma perduret.

Ego Cito omnia supradicta pro me et pro uxore mea scribere mandavi.

Dominus Arduinus S. Cassiani canonicus testis et manus investitor, Dominicus, Petrus Guarinus, Vivolus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 60. - Orig., mm. 240×124.

[1] *Indictio VI, si graeca respondet anno 1142, si romana anno 1143.*

83.

Ad S. Cassianum, 7 novembris 1144.

Canonici S. Cassiani Claricae viduae Ugolini eiusque filio Girardino concedunt in emphytheusim tres tornaturias terrae sitas in loco Rivus cagadinarios nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo XLIIII, idictione VII, temporibus Lucii pape et Conradi regis, die VII mensis novembris, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus, S. Cassiani canonicus, consensu eiusdem ecclesie canonicorum, facimus tibi Clarice, relicte Ugolini, et Girardino filio tuo car-

tulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum de una petia terre, estimata turnaturias tres, posita in loco qui dicitur Rivus cagadenarios, infra hec latera : ab uno latere Petricinus Brazancollo, ab alio heredes Ugonis Raci, a tercio Zuleta et India, a quarto suprascriptus riolus. Hec omnia concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum ; ita sane ut singulis quibusque annis omni marcii mense, vel infra indicionem, dare nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis vel heredibus pro pensione debeatis denarios Venecie VI. Eo tenore ut non liceat vobis supradictam terram nec vendere, nec donare, neque aliquod contractum exinde facere, nisi in nobis, si nos eam voluerimus accipere, sin antem, liceat vobis eam nostro consensu dare cui volueritis. Pro precio huius contracti, de manibus nostris accepimus solidos lucenses tredecim. Et ab hinc in antea omnia supradicta vobis auctoriare et defensare promittimus. Si qua vero nostre partis omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine solidos lucenses XX, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

Cigugnolus castaldus S. Cassiani canonicorum manus investitor.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 61. - Orig., mm. 438×140. In versu, manu eiusdem notarii Apare Girardini filii Clarice; *et manu saeculi XIII* In loco qui dicitur Cagadenario plebatus Salustre.

84.

Ad S. Cassianum, 2 decembris 1144.

Teuza Rogateria petit a canonicis S. Cassiani ut sibi suisque filiis concedant in emphytheusim unam petiam prati siti in curte de Taularia.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL quarto, tempore Lucii pape et Conradi imperatoris, die secundo intrante mense decembris, indicione septima, actum in castro S. Cassiani, in porticu canonice. Petisti a nobis quidem in Dei nomine domno presbitero Girardo et

presbitero Iohanni et domno Arduino canonici S. Cassiani et fratribus nostris diaconis, subdiaconis atque clericis, tibi in Dei nomine Teuze Rogaterie acceptrice pro te et pro tuis filiis et heredibus, in annis advenientibus viginti et novem expletis ad renovandum libellarium nomine concedimus tibi rem iuris nostrorum predictorum ordinatorum; idest medietatem unius prati, quod dedit nobis predictis canonicis Ugorazo pro anima sua, est positus in curte de Taularia: a primo latere tenent li Morandelli, a secundo filii Alberti Alberici, a tercio Petrus Maynardi, a quarto Cecilia et Gualdratha; infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensis, plebe * *. Quod concedimus tibi ad habendum, tenendum, possidendum usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omnique anno in festivitate S. Martini denarios septem monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidos tres et denarios novem monete lucensis, mercedis nomine, tali condicione ut non habeatis licenciam predictam rem nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque alico modo alienare alicui homini si oportunum fuerit tibi, nisi nobis suprascriptis ordinatoribus, aut nostro sensu dare alicui homini. Et ab odierna die non liceat nobis suprascriptis ordinatoribus, neque nostris successoribus tibi prenominate acceptrici tuisque filiis et heredibus, predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed secura et quieta exinde maneas, ut superius legitur. Et si quis partis nostre contra hunc libellum ire temptaverit ante prefinitum tempus, ded pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium aut interpellacionem, pene nomine auri unius uncie, et pena soluta, hic libellus maneat firmus.

(Aa). Ego Gerardus presbiter manu mea subscripsi. Ego Iohannes presbiter manu mea subscripsi. Ego Tibertus diaconus subscripsi. Ego Arduinus subdiaconus subscripsi. Ego Gotifredus subdiaconus subscripsi. Ego Isnardus canonicus subscripsi. Ego Guitto diaconus subscripsi. Ego Ubaldus diaconus subscripsi. Ego Guido diaconus subscripsi. Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 62. - Orig., mm. 250×242. = II, 63. - Aliud orig., mm. 375×140; desunt nomina testium, quorum loco legimus Cig[illegible] [illegible] investitor.

85.

Ad S. Cassianum, 2 decembris 1144.

Canonici S. Cassiani Alberto Lupo eiusque uxori Bonae dant in emphytheusim unam petiam prati.

II, 65. - Orig., mm. 390×155, scriptum manu Ioannis notarii Casulensis. Omittimus integrum instrumentum eo quia antecendentis fere eadem refert verba; solummodo loco tibi - acceptrici *legimus* tibi in Dei nomine Alberto Lupo petitori pro te et pro coniuge tua Bona. *Charta habet easdem authographas subscriptiones, et insuper (A).* Ego Albericus acolitus subscripsi. *In versu* ND *cuius in fine legimus* Cigugnolus manus investitor. = *II, 64. - mm. 280×155. Aliud originale cessionis eiusdem factae in favorem Alberti Lupi scriptum manu eiusdem notarii Ioannis. Desunt tamen subscriptiones, quarum loco invenimus* Cigugnolus castaldus manus investitor in predicta re.

86.

Ad S. Cassianum, 1144.

Canonici S. Cassiani Hugoni de Brignano eiusque uxori Paganae concedunt in emphytheusim unam petiam terrae vineatae sitam in loco qui dicitur Campus de Serpullo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL quarto, tempore Celestini pape et Conradi imperatoris, indicione VII, actum in castro S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine domnus presbiter Orlandus et domnus Girardus presbiter et presbiter Iohannes et domnus Arduinus canonici S. Cassiani cum consensu fratrum nostrorum per hanc cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die tibi presenti Ugoni de Brignano acceptori pro te et pro coniuge tua Pagana, et pro filiis et heredibus tuis, in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; per hanc cartulam pacti concedimus tibi rem iuris nostrorum predictorum canonicorum; idest unam peciam

terre vineate posita in loco qui dicitur Campus de Serpullo, existimata turnaturiam unam et medietatem unius alteri: a primo latere tenet Cassianus Laudesanus, a secundo Albertus Laudesanus, a tercio est via, a quarto Peiolus * *; infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, quam concedimus tibi ad habendas, tenendas, possidendas usque in predictis annis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus atque successoribus omni marcii mense, aut infra indicionem, denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidos triginta et tres monete lucensis mercedis nomine. Et tu suprascriptus acceptor non habeas licenciam cum filiis tuis predictam rem nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque aliquo modo alienare si oportunum fuerit vobis, nisi nobis predictis canonicis aut nostris successoribus, minus quam in aliis aut nostrum sensum dare alicui homini. Et ab hodierna die non liceat nobis suprascriptis canonicis, neque nostris successoribus, tibi prenominato acceptori tibi tuisque filiis et heredibus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos. Et si quis partis nostre contra hoc pactum ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium aut interpellacionem, pene nomine auri trium unciarum, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 56. - Orig., mm. 443×182.

87.

Ad S. Cassianum, 7 martii 1145.

Transactio circa unam petiam terrae sitam in curte de Mazaincollo facta ab Ildebrando filio quondam Ubaldini de Mazaincollo et a fratre eius Vinzillaltri in favorem canonicorum S. Cassiani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL quinto, tempore * * pape, et Conradi imperatoris, die VII intrante mense marcii, indicione octava, actum in ecclesia S. Cassiani. Igitur cum auxilio Dei dum adessem ego Iohannes notarius Casulensis in predicta ecclesia et ibique

mecum alii boni viri, silicet Citus, Tedericus Raymundi, Petrus Maynardi, Ugo Ligarde de Casula, domnus archipresbiter Andulfus S. Savini, in presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario, Ildebrandus filius condam Ubaldini de Mazaincollo accessit et dix⟨it⟩ ita : Ecce ego spopondo et diffinicionem atque transaccionem facio pro me et pro fratre meo Vinzillaltri, et pro filiis et heredibus nostris, vobis in Dei nomine domno presbitero Girardo et domno Arduino canonicis S. Cassiani, acceptoribus pro vobis et pro vestris fratribus atque successoribus in perpetuum ; idest omnes acciones quas ego et frater meus predictus nos habemus in una pecia terre que est posita in curte de Mazaincollo : a primo latere est strata, a secundo est la Maseria, a tercio * *, a quarto * *; infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Savini. Ab hac ora in antea non liceat michi suprascripto Ildebrando, neque fratri meo Vinzillaltri, neque nostros filios et heredes, in tempore facere litem vel molestiam generare aut querimoniam facere contra vos predictos canonicos, neque contra vestros fratres atque successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam, neque in placito neque extra placitum, et si fecerimus, tunc daturos nos promittimus nostrosque heredes vobis vestrisque fratribus atque successoribus sub pene nomine solidorum viginti monete lucensis ; pro eo quia dedistis michi et fratri meo suprascripto solidos quattuor lucenses, et pena soluta, hic brevis maneat firmus.

Ego predictus Ildebrandus pro me et pro fratre meo Vinzillaltri subscripsi hec.

II, 66. - Orig., mm. 265×167.

88.

Ad S. Cassianum, 17 aprilis 1145.

Canonici S. Cassiani Hugoni de Laude concedunt libellario nomine decem tornaturias terrae laboratoriae sitas in fundo de Laude.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die septimo decimo intrante aprilis, in canonica

S. Cassiani, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris. Et ideo nos quidem in Dei nomine canonici ecclesię S. Cassiani per nos et per nostros successores tibi presenti in Christi nomine Ugoni de Laude conductori pro te et pro uxore tua, et pro filiis et heredibus tuis, libellario nomine concedimus et largimur tibi et tuisque heredibus rem iuris supradictę ecclesię S. Cassiani; idest decem turnaturię terre laboratorię in fundo de Laude in duobus locis: ab uno latere unius loci est via, a secundo et tercio tenent heredes Tederici, a quarto Ugo de Solustra; secundo loco: ab uno latere tenent heredes Alberti Bisaroni, a secundo Lamberti, a tercio Ugo de Solustra, a quarto supradicti locatores canonici; infra hec latera supradicta terra manet, territorio Corneliensis, plebe Solustrę. Quam concedimus tibi et tuis heredibus ad habendam, tenendam, possidendam et in omnibus meliorandam in annis advenientibus xx et novem expletis ad renovandum, salva sanatione domnica danda. Ita sane ut tu et tui heredes inferatis domnicam rationem nobis nostrisque successoribus singulis quibusque annis terraticum de labore maiore septimum starium vel mensuram aut covum, minuto vero octavum, lini manna nona; si vinea erit super supradictam terram, mensura tertia, et in Natale Domini amiscere unum, aut spalla porci, aut unum os, et unum carigium, et unam operam in tempore metendi aut tritinandi, et in festivitate S. Martini XII^{cim} denarios lucensis monete et nuntii dominorum ab ipso conductore honeste recipiantur. Et damus tibi, Cigognolus [1] nomine, manum investitorem ut ipse te inde investiat et in possessionem mittat. Pro eo vero quia exinde accepimus de manibus tuis in nostris calciarii nomine viginti quatuor denarios lucensis monete. Et nos cum nostris successoribus tibi et tuis heredibus predictam terram, ut superius legitur, ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus usque ad perfinitum tempus, quod superius legitur. Si quis vero nostrę partis contra hunc libellum ire temptaverit ante perfinitum tempus, quod superius legitur, det pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium aut interpellacionem penę nominę auri uncia una, et soluta pena, hic contractus maneat firmus.

Hec carta est scripta manibus Guidonis tabellionis Solustrę plebis, ut superius legitur.

Nos predicti canonici ecclesie S. Cassiani laudavimus et firmavimus ea que superius leguntur.

Et non liceat tibi conductori alienare, neque loco pignoris neque alio modo.

II, 68. - Orig., mm. 345×200.

[1] *Additiones posteriores ab eadem manu factae.*

89.

Ad S. Cassianum, 7 iunii 1145.

Canonici S. Cassiani Guidoni abbati S. Petri in Sala concedunt in emphytheusim decem tornaturias terrae quae sunt positae in plebe S. Angeli in Campiano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo quinto, indicione octava, die septimo intrante mense iunii, in ecclesia S. Cassiani Christi martiris, tempore Eugenii pape et Conradi regis. Sancto ac venerabili monasterio S. Petri in Sala, in quo nunc Deo protegente domnus Guido venerabilis monachus et abbas preesse videtur et in manibus tuis domno abbati; nos quidem in Dei nomine presbiter Gerardus et presbiter Orlandus, canonici S. Cassiani, uná cum conscensu et auctoritate fratrum nostrorum canonicorum facimus pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi receptori vice ecclesię S. Petri in Sala et per te Guidonem venerabilem abbatem et per tuos successores de decem tornaturiis terrę cum omnibus super se et sibi pertinentibus, sita territorio Corneliensis, plebe S. Angeli in Campiano, ut semper maneat in ecclesia S. Petri ad renovandum. Que vero terra est de manso qui fuit de Alberto de Farulfo, quem tenuit Ioannes de Petro de Mazone, et quam terram dedit nobis canonicis Farulfus de Alberto de Farulfo pro anima sua et pro remissione suorum peccatorum. Hanc vero terram concedimus tibi Guidoni abbati, ut dictum est, in Limatizo ubicumque in diversis locis cum suis iustis et certis lateribus inter omnes fines eiusdem terrę, ut separata manet a quibusdam lateribus, tenet prenominata ecclesia S. Petri in Sala de eodem manso et sunt ibi alii affines, hanc vero terram abeat et teneat S. Petrus in Sala ad iura canonicorum S. Cassiani. Ita sane ut omni marcii mense, aut infra indicionem, nomine

pensionis, defferatis nobis et nostris successoribus tu Guido abbas et tui successores tres denarios lucenses, et auctoriare et observare et defensare hoc pactum promittimus nos nostrosque successores tibi tuisque successoribus sub paena unius uncię auri, et si minime fecerimus, paena data et soluta vobis, hoc pactum firmum maneat. Pro eo vero quia exinde accepimus de manibus tuis cappam unam per octo solidos luccensium, mercedis nomine; et rogamus Petrum Immolensem notarium ut hoc pactum scribat, et mittimus in manu tua presbiterum Ugonem ut te domnum abbatem Guidonem de prenominata terra investiat et in possessionem te mittat. Ego vero Petrus Immolensis notarius et natus in Argentea, ut rogaverunt me canonici S. Cassiani, veraciter scripsi et ad finem complevi. Ego presbiter Ugo de S. Donato testis sum et manus investitor huius pacti et vidi et ibi fui.

II, 69. - Orig., mm. 348×158.

90.

[Imolae], 21 decembris 1145.

Berta filia quondam Petri de Azo eiusque vir Ugolinus vendunt Brocardo filio Petri Matharassi unam petiam terrae sativae positam in fundo Curanum nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo quinto, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die undecimo exeunte mense decembris, indicione nona, in loco qui vocatur Zagonia. Ego quidem in Dei nomine Berta filia quondam Petri de Azo ortolano cum viro meo nomine Ugolino damus et vendimus tibi presenti in Christi nomine Brocardo Petri Matharassi emptori pro te et pro Gisla uxore tua, sorore mea et pro filiis et heredibus vestris ; idest unam peciam terre laboratorie quanta est, que est posita in fundo qui vocatur Curanum : ab uno latere tenet Iohannes Guidonis Adam, ab alio Alkirolus Presbiteri Guidonis, a tercio latere tenet Petrus de Mainardo, a quarto latere Cassolinus de Bona. Et insuper vendimus tibi omnes hereditarias actiones quascumque habeo et michi pertinet, sive ex parte patris mei, sive ex parte matris, tam in clauda, que est in loco qui

vocatur Lacuna, quam in aliis locis ubicumque est, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, sive S. Laurentii, ut habeatis, teneatis cum omni iure et actione quod nobis inde pertinet et licenciam innovandi et serviendi et obediendi ad iura S. Cassiani, cuius est ius et dominium. Pro eo quia accepimus a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta pro deliberato et finito precio. Et ab hodierna die nunquam liceat nobis venditoribus, neque nostris heredibus de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem, ullamque litem movere, neque contra te, neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis sumissam vel summittendam, nec in placito, neque extra placitum, neque quolibet modo. Promittimus nos preterea cum nostris heredibus iamdictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare prout poterimus, et hec omnia supradicta firma tenere sub pena duarum unciarum auri, et post solutam penam, hec cartula, sicut legitur, maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor rogatus interfuit Ugo Zanzullus, Pepolus Ugonis de Bonello, Gerardus de Macerada, Ugo qui vocatur Medicus, Petri Matharassi, Panisinteger, Letoardus, Orlandus de Girarducio rogati testes interfuerunt.

II, 70. - Orig., mm. 400×185. In versu ND.

91.

Ad S. Cassianum, 1 martii 1146.

Refutatio facta ab Alberto de Micco in favorem canonicorum S. Cassiani qua ipsis concedit tres petias terrae positas in duobus fundis.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL sexto, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die primo intrante mense marcii, indicione nona, actum in canonica S. Cassiani. Igitur cum auxilio Dei dum adessem ego Iohannes notarius Casulensis in predicta canonica, et ibique mecum alii boni viri, silicet Albertus Guidonis Athalasie, Petrus Ramberti, Errus, Ugo Franci, Rimfus, Ugo Mazo; in presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario,

Albertus de Micco apprehendit cartulam in manu sua et misit in manibus canonicorum, silicet dominorum sacerdotum atque clericorum ecclesie S. Cassiani, et dixit ita: Ecce ego concedo et diffinicionem et refutacionem atque transaccionem facio vobis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus pro me et pro meis heredibus in perpetuum more salario permanendas; idest tres pecias terre que sunt posite in duobus fundis; duas pecias sunt in fundo Vigozeymmi; hec sunt latera unius pecie: a primo latere tenet David Petrigatti, a duobus lateribus tenet suprascripta canonica, a quarto vero latere tenet * *; alia pecia: a primo latere * *, a secundo latere tenet * *, a tercio * *, a quarto * *. Tercia pecia est posita in fundo Secundi: a primo latere tenet predicta canonica, a secundo Binellus, a tercio Girardus Ugonis Petri Uberti, a quarto est via. Infra hec latera suprascripte tres pecie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, que sunt estimate turnaturie sex, territorio Corneliensis, plebe S. Laurencii. Ab ac ora in antea liceat vobis predictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus in predictas res introire ex potestate eciam per istum meum missum nomine presbiter Ugo, ut corporaliter mea vice vos investiat habendi dominium et potestatem, cum vestris fratribus atque successoribus in perpetuum. Et deinceps non liceat michi suprascripto Alberto de Micco, neque meis heredibus, ullo unquam in tempore facere questionem, repeticionem, vel causacionem ullamque molestiam aut querimoniam neque in placito neque extra placitum contra vos predictos canonicos, neque contra vestros fratres atque successores, neque per summissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis im perpetuum. Et si ... fecero, tunc daturum me promitto meosque heredes, vobis vestrisque fratribus atque successoribus sub pena duarum auri unciarum, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Ego Albertus de Micco laudavi et firmavi hec.

Noticia recordacionis: Albertus, Petrus, Errus, Ugo, Rimfus, Ugo testes.

II, 71. - Orig., mm. 390×235. In versu ND.

92.

Ad S. Cassianum, 4 aprilis 1146.

Michilda relicta Ioannis Rogaterii pro levamine animae viri sui suaeque donat canonicis S. Cassiani tres tornaturias terrae in fundo Casalteula sitas.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVI, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die quarto intrante mense aprilis, indicione nona, actum in porticu canonice S. Cassiani. Sancta ac beatissima venerabilis canonica S. Cassiani, in qua nunc Deo protegente, venerabiles sacerdotes et levite atque illustrissimi boni clerici, silicet domnus Orlandus atque Girardus et Iohannes et archipresbiter Albertus plebis Aquavive et domnus Arduinus in predicta canonica preesse videntur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Michilda relicta Iohannis Rogaterii, donatrix in predicta canonica pro oblacione et illuminacione, seu eterna remuneracione anime Iohannis Rogaterii qui condam fuit vir meus et pro animabus parentum eius et anime mee, do, dono, trado, transfero et transcribo atque subduco in ius et dominium predicte canonice per vos predictos sacerdotes acceptores vobis vestrisque fratribus atque successoribus in perpetuum, more salario permanendas; idest duas turnaturias terre que sunt posite in fundo Casalteula: a primo latere tenent heredes Guidonis Athalasie, a secundo Albertus de Casale, a tercio Zanzolinus Petri Cassiani, a quarto vero latere tenet * *. Infra hec latera predicte turnaturie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani; ut a presente die aut quandocunque volueritis liceat vobis predictas res introire ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Iohanne, ut corporaliter mea vice vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas more salario, sicut dixi, pro remedio anime Iohannis Rogaterii et animabus parentum eius, et anime mee. Et deinceps non liceat michi suprascripte donatrici, neque meis heredibus, in tempore facere litem, vel mo-

lestiam generare contra predictam canonicam, neque contra vos predictos canonicos acceptores, neque contra vestros fratres atque successores neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum; auctorizare et defensare promittimus ⟨me⟩ meosque heredes, vobis vestrisque fratribus atque successoribus sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego predicta Michilda donatrix laudavi et firmavi hec. Testes Guasco Alberti cantoris, Albericus de Aquyleia, Leuzo, Mazo, Zavarisius, Iohannes Guidonis Athami testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Guassco, Alberico, Leuzo, Mazo, Iohannes, Zavarisius testes.

II, 72. - Orig., mm. 325×265. In versu ND *in qua etiam nominatur testis* Benedictus frater Remengarde de Fulprete

93.

Ad S. Cassianum, 16 aprilis 1146.

Orlandus canonicus S. Cassiani nomine suorum collegarum Casolino eiusque uxori et successoribus dat in emphytheusim unam petiam terrae quae est posita in loco qui dicitur Frascarius.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVI, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die XVI intrantis mensis aprilis, indicione nona, actum in canonica S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari, ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani, cum consensu sacerdotum atque clericorum fratrum meorum, per huius cartule mee vocis, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die tibi presenti in Dei nomine Casolino petitore pro te et pro coniuge tua Rovore, et pro filiis et heredibus tuis in annis advenientibus sexaginta et novem

ad renovandum, per hanc paginam pacti concedo tibi rem iuris mei suprascripti ordinatoris atque canonicorum fratrum meorum; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Frascarius : a duobus lateribus tenet predictus Casolinus, a tercio est rivus, a quarto vero latere est via. Infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, quam concedo tibi ad habendam, tenendam, possidendam usque in predictis annis ad renovandum salva sanacione domnica danda ; ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus, singulis quibusque annis omni marcii mense aut infra indicionem, denarium unum monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti michi suprascripto ordinatori, meisque fratribus solidos sex et medium lucensis monete, mercedis nomine. Et non liceat tibi suprascripto petitori, neque tuis filiis et heredibus, predictam rem nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque locum pignoris ponere, neque alico modo alienare, si oportu⟨nu⟩m fuerit tibi tuisque filiis et heredibus aliquis hominibus, nisi nobis suprascriptis canonicis vel nostro consensu dare aliquis hominibus. Et deinceps non liceat michi supradicto ordinatori, neque meis fratribus atque successoribus, tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus, predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas, et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit, que tibi predictam rem tollere voluerit, ego cum meis fratribus, ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus nos nostrosque successores tibi tuisque filiis et heredibus ; et si quis partis nostre contra hoc pactum ire temptaverit, ante prefinitum tempus suprascriptum, quod superius legitur, det pars parti fidem servanti ante omnis litis inicium aut interpellacionem, pene nomine solidorum viginti lucensis monete, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Guarinus de Serra, Ugo de S. Vitale, Errus, Isnardus Balduini, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis : Guarinus, Ugo, Errus, Isnardus testes.

II, 73. - Orig., mm. 380×205. In versu manu saeculi XIII a) Pactum Casolini ; *b)* In hac tenet Iohanne Danellus.

94.

Ad S. Cassianum, 18 aprilis 1146.

Bassalancia pro levamine animae uxoris suae Zuccolae eiusque parentum donat canonicis S. Cassiani unam petiam terrae positam in loco qui dicitur Correclus.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL sexto, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris die XVIII intrante mense aprilis, indicione nona, actum in porticu canonice S. Cassiani. Sancta ac beatissima venerabilis canonica S. Cassiani in qua nunc Deo protegente venerabiles sacerdotes et levite atque illustrissimi clerici, silicet domnus Orlandus et domnus Girardus et domnus Iohannes sacerdotes atque domnus Albertus archipresbiter plebis Aquavive et domnus Arduinus et alii in suprascripta canonica preesse videntur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Bassalancia donator in predicta canonica pro oblacione et illuminacione, seu eterna remuneracione anime coniugis mee Zuccole et pro animabus parentum eius do, dono, trado, transfero et transcribo atque subduco in ius et dominium predicte canonice per te domnum presbiterum Orlandum acceptorem, tibi tuisque fratribus atque successoribus in perpetuum, more salario permanendas; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Corecclus: a primo latere tenet Guido de Puzolo, a secundo Pepo Alberti Lamberti, a tercio Iohannes Pepi, a quarto est Farnetus. Infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, ut a presente die, aut quandocumque volueritis, liceat vobis in predicta pecia terre introire ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Guidone, ut corporaliter mea vice investiat vos habendi dominium et potestatem quieto tramite habeatis, teneatis ordinandi, disponendi in eadem canonica permanendas more salario, sicut dixi, pro remedio anime coniugis mee Zuccole et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat michi suprascripto donatori, neque meis heredibus, ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra suprascriptam canonicam, neque contra

vestros predictos canonicos, neque contra vestros fratres atque successores neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securi quieti exinde maneatis in perpetuum, auctorizare et defensare promitto me meosque heredes vobis vestrisque fratribus atque successoribus sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego predictus Bassalancea donator laudavi et firmavi hec.

Testes Albertus Guidonis Athalasie, Orlandus de Cortise, Guido de Puzolo testis et manus investitor, Lancittus, Meliorellus, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Albertus, Orlandus, Guido, Lancittus, Meliorellus testes.

II, 74. - Orig., mm. 360×280. In versu ND.

95.

[Puzoli], 3 maii, 1146.

Chartula donationis mortis causa qua Guido de Puzolo canonicis S. Cassiani tradit quinque tornaturias terrae, in loco qui dicitur Valli sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo XLVI, indictione VIIII, temporibus Ugenii pape et Conradi regis, die tercia maii, in domo Guidonis de Puzolo. Ego quidem in Dei nomine Guido de Puzolo do tibi presenti presbitero Girardo S. Cassiani canonico, receptori pro te et pro fratribus et successoribus vestris per cartulam donacionis causa mortis unam petiam terrę estimata turnaturias quinque, quę est posita in loco qui dicitur Valli, infra hec latera: ab uno latere Rimphus, ab alio Ginannus, at ercio Giso, a quarto vero est via: quicquid infra hec latera manet, habeatis, teneatis, possideatis potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid vobis vestrisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum meis heredibus vobis vestrisqne successoribus auctorizare et defensare promittimus sub promissione pene trium unciarum auri, et soluta pena, hec [cartula] donacionis causa mortis maneat firma. Quam vero scribere mandavi ego supradictus Guido.

Ego Leo manus investitor, Gebertus diaconus S. Cassiani canonicus et Vutifredus et presbiter Petrus S. Marie et presbiter Petrus S. Clementis, Ugo Vicedomini, Azo de Taurano, Rusticus dux et alii plures rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 76. - Orig., mm. 375×254.

96.

[Ad S. Cassianum], die... exeuntis maii 1146.

Canonici S. Cassiani Arduino canonico petitori pro se suisque successoribus concedunt in emphytheusim unam petiam terrae sitam in curte Puzoli.

In nomine Patris et Filii et Spiritus [Sancti, amen. Anni Domini sunt MC]XL sexto, tempore E[uienii pape et Conradi imperatoris, die... e]xeunte mense maii, indicione [nona]........ Plura quidem existunt pacta [que solo verbo manere potest, sed ob hoc ne]cesse est scripture vinculis anotari ne varieta[te temporum oblivioni mandentur] et iurgia generentur. Et quoniam profitemur ego quidem in Dei [nomine domnus] Orlandus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu fratrum [meorum] silicet sacerdotum atque clericorum huius ecclesie per huius cartule nostrarum vocum, professionis, simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die tibi presenti in Dei nomine domno Arduino canonico petitori pro te et pro tuis successoribus in annis advenientibus sexaginta et novem expletis ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedimus tibi domno Arduino predicto rem iuris nostrorum predictorum ordinatorum; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Vallis, infra curte de Puzolo: a primo latere tenet Rimfus, a secundo Ginannus, a tercio Giso de Puzolo, a quarto est via. Infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, que est estimata turnaturie quinque, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani; quam concedimus tibi domno Arduino predicto, tuisque successoribus ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam, in predictis annis ad renovandum, ita sane ut inferatis nobis cum tuis

successeribus nostrisque fratribus atque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum lucensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis predictis canonicis solidos decem et septem lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat nobis predictis canonicis ordinatoribus, neque nostris fratribus atque successoribus, tibi prenominato domno Arduino petitori, tuisque successoribus, predictam peciam terre tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneas, sicut superius legitur. Et si quo tempore que(m)piam personam hominum surrexerit que tibi predictam rem tollere voluerit, nos cum nostris fratribus atque successoribus, ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus nos nostrosque fratres atque successores tibi domno predicto Arduino, tuisque successoribus sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Presbiter Iohannes manus investitor de predicta re.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 75. - Orig., mm. 420×190. Septem priores huius chartae lineae passim arrosae sunt, quas restituimus ad integram lectionem conferendo nn. 93, 94.

97.

Ad S. Cassianum, 5 iunii 1146.

Canonici S. Cassiani libellario nomine concedunt Alberto castaldo et eius fratribus medietatem unius mansi positi in plebe S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo XLVI, temporibus Eugenii pape et Conradi imperatoris, die quinto intrante mense iunii, indictione nona, in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Orlandus atque Girardus venerabiles sacerdotes atque canonici S. Cassiani cum consensu fratrum nostrorum diaconorum atque clericorum huius ecclesie, uti vobis in Dei nomine Alberto castaldo petitori pro te et pro fratribus tuis Morando atque Fan-

tinello et Rustico pro vobis, vestrisque filiis et heredibus, libellarium nomine et concedimus vobis rem iuris supradicte canonice ; idest medietatem unius mansi positum in Casanova, in Segalari, in Curano, in Valle Albrici et ubicumque sit predicta medietas unius mansi cum omnibus sibi pertinentibus, infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quam concedimus vobis, vestrisque filiis et heredibus masculinis ad habendum, tenendum, possidendum in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum, salva vero dominica persolvenda. Ita sane ut inferatis nobis, nostrisque fratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus dominice racionis singulis quibusque annis terraticum de labore maiore modium septimum, de minuto octavo, manna lini nona, anfora vini tercia, si vinea fuerit ibi, pro porco denarios viginti et unum, pro pecora denarios VII, et duos carigios de lignis de silva, et opera cum bobus rumpere, reminare, reterzare, seminare in braita, et opera a batere, a metere et a vendemiare et reponere et receptum facere nobis honorifice et dare debeatis nobis unum amisere omni anno et dimidium ; hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur. Pro eo quia exinde ⟨accepimus⟩ a vobis solidos decem lucensis monete mercedis nomine. Et ego cum meis fratribus atque successoribus, vobis vestrisque filiis et heredibus, stare, auctorizare atque defensare promittimus ; eo tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare, neque comutuare, neque commendare, neque loco pignoris ponere, neque per aliquem modum vel titulum alienare, quod si feceritis, hic libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium, aut interpellacionem pene nomine solidos quinquaginta lucensis monete, et pena soluta, hic libellus maneat firmus.

Guido Sulcolus, Guido Alberti de Cassale, Guido Guidonis Razi, Guelfulinus, Albertus, Cainellus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 78 - Orig., mm., 370×145.

98.

Ad S. Cassianum, 5 iunii 1146.

Canonici S. Cassiani Alberto castaldo et eius fratribus concedunt libellario nomine duas petias terrae sitas in fundo S. Stephani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVI, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die quinto intrante mense iunii, indicione nona, actum in canonica S. Cassiani. Petistis a nobis quidem in Dei nomine Orlando et Girardo atque Iohanni venerabiles sacerdotes atque canonici S. Cassiani, cum consensu fratrum nostrorum diaconorum atque clericorum huius ecclesie, uti vobis in Dei nomine Alberto castaldo petitori pro te et pro fratribus tuis Morando atque Fantinello et Rustico petitori pro te et pro filiis et heredibus vestris, libellarium nomine concedimus vobis rem iuris supradicte canonice nostre ; idest duas pecias terre que sunt posite in fundo S. Steffani : una pecia in fronte pertice tres, in longitudine decem et novem, ex alio latere perticas duas : a primo latere tenet Albertus Guidonis Athalasie, a secundo filii Alberici, a tercio Albertus Ramburge, a quarto est strata ; alia pecia : a primo latere tenet Albertus Guidonis Athalasie, a secundo filii Alberici, a tercio suprascripti ordinatores, a quarto Bretamus Ardizonis ; in fronte pedes XV, in longitudine pedes quinquaginta. Infra hec latera predicte pecie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani ; quas concedimus vobis ad habendas, tenendas, possidendas, supersedendas et in omnibus meliorandas, in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum, salva sanacione domnica danda, ita sane ut inferatis cum vestris filiis et heredibus nobis predictis canonicis nostrisque fratribus atque successoribus, singulis quibusque annis in festivitate S. Martini denarios XIIII lucensis monete et amissere unum, silicet ossum de porco vel scamarita et duas fogazas in Natale Domini tantum. Pro eo vero quia accepimus de manibus vestris in nostris manibus solidos octo lucensis monete, mercedis nomine. Et non liceat vobis suprascriptis petitoribus, neque vestris filiis et heredibus, pre-

dictas pecias terre nec vendere, nec donare, neque commutuare neque alico modo alienare aliquibus hominibus, nisi nobis suprascriptis ordinatoribus aut nostris fratribus atque successoribus. Et nos predicti ordinatores cum nostris fratribus atque successoribus, vobis prenominatis petitoribus vestrisque filiis et heredibus predictas pecias terre, ut superius legitur, ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus usque ad prefinitum tempus suprascriptum, quod superius legitur. Si quis vero partis nostre contra hunc libellum ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem pene nomine solidorum xx lucensis monete, et pena soluta, hic libellus maneat firmus.

Testes Ugo Tussie, Guido Sclavo, Bonusmartinus Imille, Albertus Ruffus, Gracianus de Athalo testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec suprascripta.

Noticia recordacionis : Ugo, Guido, Bonusmartinus, Albertus Ruffus, Gracianus testes.

II, 79. - Orig., mm. 305×290.

99.

[Ad S. Cassianum], 14 iunii 1146.

Charta qua Orlandinus Azolini de Fusco transfert in ius canonicorum S. Cassiani pro remedio animae suae triginta tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, indictione VIIII, temporibus Eugenii pape et Conradi regis, die quarta decima mensis iunii, prope stratam. Breve diffinicionis, transhactionis quod facit Orlandinus Azolini de Fusco presbitero Orlando et presbitero Girardo, et presbitero Alberto, et Guitoni et Ubaldino atque Guidoni et Gutifredo receptoribus pro se et pro fratribus suis de omni actione vel ius, quod dicebat se habere de treginta turnaturias terre, quas dimisit Orlandinus Alberti filius S. Cassiani canonicis pro remedio anime sue, in his tribus locis; idest in Sublimite et subtus Vigrum de Laude et iuxta stratam Petro-

sam, quod ulterius nec litem neque contraversiam, aut actionem ullam, neque per se, neque per personam ab eo summissam vel sumittendam adversus supradictos canonicos, neque adversus eorum successores faciet. Sin autem litem vel contraversiam, aut actionem ullam in iuditium, vel extra iuditium adversus supradictos canonicos fecerit, vel adversus eorum successores iure stipulationis promisit eis esse daturum pene nomine tres uncias optimi auri, et soluta pena, hoc breve firmum perduret. Quod vero scribere mandavi ego supradictus Orlandinus Azonis de Fusco pro remedio anime mee, et quia solidos lucenses decem de manibus supradictorum canonicorum accepi in presencia horum testium idest, Gisonis legis causidici, et Tassaduri, et Raimundini, et Isnardi Balduini et Baldoli Mothillioni et Benedicti Bothronis.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 80. - Orig., mm. 425×270. In versu brevis ND.

100.

[Ad S. Cassianum], 18 iunii 1146.

Refutatio quam Nobilis relicta quondam Lambertini facit in favorem hospitalis S. Georgii de omnibus rebus sibi a Lambertino per legatum ex testamento relictis.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVI, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die XVIII [1] mensis iunii, indicione nona, actum in ecclesia ex ospitale de lo Cerro. Breve recordacionis. Igitur [cum] auxilio Dei, dum adessem ego quidem in Dei nomine Iohannes notarius Casulensis et ibique mecum alii boni viri, silicet domnus Lambertus ex ospitale S. S[epul]chri, Iohannes iudex civitatis Immole, Ubertinus filius eius, Redulfus Alberti Guidonis de Bolegnano, Ugo Gandulfi, Ugo de Mura, Dalfinellus de Bollignano, Iohannes de Captasandali, in presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario, Nobilis relicta condam Lambertini de donna Drutha, dix⟨it⟩ ita: Ecce ego refutacionem et diffinicionem atque transaccionem facio ospitali S. Ieorgii per te domnum Temperatum acceptorem, tibi tuisque successoribus in perpetuum,

more salario permanendas, presente et consenciente pater meus Gandulfus et frater meus Nicola; idest omnes acciones quas ego habeo et michi pertinet [per cartulam] quam ego dedi et feci per manum domni Randuini episcopi S. Cassiani ospitali S. Ieorgii per te domnum Temperatum acceptorem tibi, tuisque successoribus in perpetuum. Ab ac ora in antea habeas, teneas, possideas quiete illud quod in cartula donacionis legitur, quam ego dedi et feci tibi, et non liceat michi suprascripte Nobili, neque patri meo Gandulfo, neque fratri meo Nicole, neque nostris heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestacionem aut querimoniam de predictis rebus quas Lambertinus reliquid michi per legatum ex testamento iure factum, neque in placito neque extra placitum. Pro eo quia dedisti michi libras quattuor lucensis monete, auctorizare et observare et defensare promitto me meosque heredes atque successores tibi tuisque successoribus sub pena librarum octo lucensis monete, et pena soluta, hic brevis diffinicionis et refutacionis et transaccionis maneat firmus.

Noticia recordacionis.

II, 77. - *Orig., mm.* 248×210. *Charta ob innumeras lacerationes hic illic fere legi nequit.*

[1] *Orig. habet* VXIII

101.

Imolae, 13 iulii 1146.

Guido Ubaldi refutat canonicis S. Cassiani unum mansum terrae a se iniuste retentum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, indictione nona, temporibus Ugenii pape et Conradi regis, die tercia decima mensis iulii, in civitate Immole, in canonica S. Agathe virginis. Ego quidem in Dei nomine Guido Ubaldi refuto vobis Iohanni presbitero et Alberico S. Cassiani canonicis, ceterisque fratribus et successoribus vestris, et diffinicionem facio atque perpetualem transhactionem de ipsa parte quam usque modo iniuste tenui ecclesie S. Cassiani de uno manso terre qui est positus in curte Bagnarie, in loco qui dicitur * *: hanc autem partem predicti

mansi deincepbs quiete et pacifice habeatis et teneatis ita quod nullam rixam, nullamque contraversiam, vel actionem a nobis vel a nostris heredibus, vel pro curatoribus in iudicium vel extra, ulterius faciamus. Sin antem litem vel contraversiam aut actionem ullam de supradicta parte predicti mansi, vobis vel vestris successoribus deincepbs fecerimus, daturi vobis esse promittimus iure stipulationis pene nomine solidos centum, et soluta pena, hec cartula refutacionis et diffinicionis firma maneat.

Ego supradictus Guido Ubaldi omnia supradicta scribere mandavi.

Presbiter Albertus Bagnarie, presbiter Guido S. Prosperi, Ubertinus legis causidicus, Peregrinus Petricini filius, Guidolinus Ramberti, Orlandus Giberti, Mascarone, Berardolus Gandulfi Zanzolini, Ugo de Sasso, Guidolinus Regarde et alii plures rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 81. - Orig., mm. 370×250. In versu ND *in qua etiam extat testis* Ugolinus Laurencii

102.

Ad S. Cassianum, 13 augusti 1146.

Orlandus canonicus S. Cassiani Tiberto levitae itemque S. Cassiani canonico concedit in emphytheusim duas tornaturias terrae sitas in curte de Puzolo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVI, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die XIII intrante mense augusti, indicione no[na], actum in canonica S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo [verbo ma]nere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum o[blivi]oni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine [dom]nus Orlandus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum [consensu] sacerdotum atque clericorum fratrum meorum per huius cartule nostrarum vocum, professionis, si[mulque] pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die tibi presenti in Dei nomine domno Tiberto [levi]te atque cano-

nico S. Cassiani, acceptori pro te et pro tuis successoribus in annis adven[ientibus] sexaginta et novem expletis ad renovandum: per hanc cartulam pacti concedo tibi [rem] iuris mei supradicti ordinatoris; idest duas turnaturias terre que sunt posite in cur[te de Pu]zolo: a primo latere tenent heredes Guidonis de Puzolo, a secundo est rivus de Farneto, [a tercio tenet] Pepo Alberti Lamberti, a quarto Ugo Vicedomini. Infra hec latera predicte [duas turna]turias terre permanent, cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani; q[uas] concedo tibi ad habendas, tenendas, possidendas usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda, ita sane ut inferatis michi predicto ordinatori, meisque fratribus atque successoribus omni marcii mense, aut infra indicionem, denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti michi et fratribus meis solidos v et denarios [sex] lucensis monete, mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto ordinatori, neque [fratribus] meis atque successoribus, tibi prenominato Tiberto canonico tuisque successoribus, pred[ictam] rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed immo omni tempore securus et quietus exinde ma[neas, et si quo] tempore quepiam personam hominum surrexerit que tibi vel tuis successoribus tollere voluer[it, ego cum] meis fratribus atque successoribus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promit[timus sub] pena auri unius uncie tale condicione ut [non] habeatis licenciam predictam rem [nec] vendere, donare, [neque] commutuare, neque alico modo alienare aliis hominibus, nisi predictis canonicis, et pena solu[ta], hoc pactum maneat firmum.

(Aa). Ego Orlandus presbiter subscripsi. Ego Gerardus presbiter subscripsi. Ego Albertus presbiter subscripsi. Ego Guitto diaconus subscripsi. Ego Arduinus diaconus subscripsi. Ego Guido diaconus subscripsi. Ego Ubaldinus diaconus subscripsi. Ego Gotifredus subdiaconus subscripsi. Ego Isnardus subdiaconus firmo. Ego Petrus subdiaconus subscripsi.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 82. - Orig., mm. 350×235. Charta est arrosa secundum marginem dexterum. = II, 83. - Aliud orig., mm. 328×215, arrosum in eadem parte; desunt nomina testium. Hoc documento usi sumus pro anterioris originalis restitutione.

103.

Ad S. Cassianum, 11 ianuarii 1147.

Maynardus Alberti de Querotto nuptiarum causa donat filiae suae Immillae duas tornaturias terrae in loco qui dicitur Cunialis sitas.

[In nomine Patris] et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL septimo, tempore [Euienii] pape et Conradi imperatoris, die XI intrante mense ianuarii, indicione X, actum in [castro S.] Cassiani. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Maynardus Alberti de Quer[otto] .... do et dono nomine donacionis propter nupcias tibi Petrizolo Onorade et coniugi [tue Immille filie mee vestrisque filiis et heredibus, qui de vestro communi amplexu nati fue[rint; idest] duas turnaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur Cunialis: a primo [latere, tenent ... Ugoni] Farulfi, a secundo filii Petri Rizi, a tercio predictus donator, a quarto est [via:. infra hec latera predicta res] permanet, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani. Ut a presente die, aut [quandocumque volueritis, liceat] vobis suprascriptis Petrizolo atque Immille filie mee in pre[dictis duabus] turnaturiis terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Graciano, ut corporaliter mea vice in predictis rebus vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi cum filiis et heredibus vestris qui de vestro communi amplexu nati fuerint in perpetuum. Tali condicione, si filia mea Immilla predicta obierit ante te Petrizolum virum suum sine filio vel filia, predictam donacionem habeas tu Petrizolus in vita tua, post obitum tuum revertatur michi vel meis propinquis. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto donatori, neque meis filiis et heredibus, ullo unquam in tempore facere litem, vel molestiam generare contra vos, neque contra vestros heredes, neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis, auctorizare et defensare promitto me meosque heredes vobis vestrisque heredibus, sicut superius legitur,

sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego suprascriptus donator Maynardus subscripsi.

Testes Ugo de la Tusca, Iohannes Girardi, Isnardus Balduini, Archipresbiter Gunzi, Iohannes Bonus Onorathe, Ugo frater eius, Gracianus testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Ugo, Iohannes, Isnardus, Archipresbiter, Iohannes Bonus, Ugo, Gracianus testes.

II, 84. - Orig., mm. 350×230. Pars superior chartae sinistrorsum valde lacera est: in versu XD. *Contextus*, XD *et documenta consimilia ad hoc documentum restituendum potissimum profuerunt.*

104.

Solustrae, 10 februarii 1147.

Hugo Guidonis Guarini de Solustra pro aeterna animae suae salute donat ecclesiae S. Cassiani septuaginta tornaturias arvi positas in curte de Lavathura in Berleto.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi M centesimo XLVII, temporibus Eugenii pape et Corradi imperatoris, die X mensis februarii, indicione X, actum in cimiterio plebis S. Marie in Solustra. Ego quidem in Dei nomine Uguo Gidonis Guarini de Solustra, donator in ecclesia S. Cassiani Christi martiris pro oblacione et illuminacione, seu eterna remuneracione anime mee et pro animabus patris mei et matris mee, do, dono, trado transfero et transcribo atque subduco in ius et dominium predicte canonice per vos venerabiles canonicos Albericum et Isnardum acceptores pro vobis vestrisque fratribus atque successoribus, more salario permanendas in perpetuum, sicut dixi, pro remedio anime mee et parentum meorum; idest unam peciam terre aratorie possita in curte de Lavathura in Berleto, extimata LXX tornaturias: a duobus lateribus tenet supradicta canonica, a tercio latere Siler, ab alio fossa Marza et limite de Quazo: infra hec latera predicte LXX tornaturie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Cor-

neliensi et plebis S. Marie in Solustra; ut a presenti die liceat vobis predictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus, in predictas septuaginta tornaturias terre introire, atque ingredi et preoccupare et etiam per metipsum in predictas LXX tornaturias vos investiam, habeatis dominium et potestatem, quieto tramite habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime mee et parentum meorum. Et deinceps non liceat michi predicto Ugoni donatori, neque filiis et heredibus meis, ullo unquam in tempore facere questionem, repeticionem vel causacionem, nullamque molestiam generare contra predictam ecclesiam, neque contra vos predictos canonicos, neque contra vestros successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum, auctorizare atque defensare promitto me, meosque heredes vobis predictis canonicis vestrisque fratribus sub pena dupla, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Testes presbiter Rigus, presbiter Guido plebis Solustre, Iohannes Litardus, Albertus filius eius.

II, 85. - Orig., mm. 230×205. Charta in ima parte caesa est circa marginem quo fit ut desit nomen tabellionis. Nullum aliud adest documentum eadem manu exaratum.

105.

Solustrae, 18 februarii 1147.

Hugo Guidonis Guarini de Solustra nomine et iussione Gislae sororis suae donat ecclesiae S. Cassiani viginti tornaturias arvi positas in curte de Lavathura in Berleto.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL septimo, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die octavo decimo intrante mense februarii, indicione x, actum in cimiterio plebis S. Marie in Solustra. Sancta ac beatissima venerabilis canonica in qua nunc Deo protegente venerabiles sacerdotes et levite atque clerici in predicta canonica preesse videntur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Ugo Guidonis Guarini de Solu[stra] donator in predicta cano-

nica pro iussione Gisle sorori mee relicte Guidonis de Ducia pro oblacione et illu[min]acione, seu eterna remuneracione anime eius et pro animabus parentum eius do, dono, trado, transfero et transcribo atque subduco in ius et dominium predicte canonice per vos venerabiles canonicos Albericum atque Isnardum acceptores, vobis vestrisque fratribus atque successoribus mo[re salario] permanendas in perpetuum, sicut dixi, pro remedio anime predicte Gisle et pro animabus parentum eius, idest viginti turnaturias terre aratorie que sunt posite in curte de Lavathura in Berleto, quas predicte Gislo reliquid per legatum ex [testamento] iure factum : a duobus lateribus tenent Ugo de Solustra et nepotes eius, a tercio latere tenent heredes Guidonis de Ducia, a quarto est fossa Marza. Intra hec latera predicte viginti turnaturie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis Solustre. Ut a presente die, aut quandocumque volueritis, liceat vobis predictis canonicis, vestrisque fratribus atque successoribus, in predictas res introire ex potestate atque ingredi et preoccupare eciam per memetipsum in predictas viginti turnaturias vos investiam habendi dominium et potestatem, quieto tramite habeatis, teneatis, possideatis ordidinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime predicte Gisle sorori mee et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat michi predicto Ugoni donatori, neque filiis et heredibus predicte Gisle ullo umquam in tempore facere questionem, repeticionem vel causacionem ullamque molestiam generare contra predictam canonicam, neque contra vos predictos canonicos, neque contra vestros fratres atque successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam ; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum, auctorizare atque defensare promitto me meosque heredes pro iussione predicte Gisle et pro suis heredibus vobis predictis canonicis, vestrisque fratribus atque successoribus sub pena dupla, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Ego predictus Ugo Guidonis Guarini subscripsi pro iussione Gisle relicte Guidonis de Ducia.

Testes presbiter Ricus, presbiter Guido ex plebe Solustre, Iohannes Liutardus, Albertus filius eius, Sinibaldus Ugonis presbiteris Alberti, Iohannes frater eius, Tuscus Morandinus, Albertus Bone, isti omnes fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: presbiter Ricus, presbiter Guido, Iohannes, Albertus, Sinibaldus, Iohannes, Tuscus, Morandinus, Albertus testes.

II, 86. - Orig., mm. 448×335. Charta est lacera; in versu ND *legi nequit.* = *II, 94. - Exemplar saeculi XIII, mm. 226×173.*

106.

Ad S. Cassianum, 1 martii 1147.

Testamentum quo Blanca filios suos Albertum et Ruffam de omnibus suis rebus heredes instituit cum onere dandi canonicae S. Cassiani unam clausuriam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die primo intrante mense marcii, indicione X, actum in castro S. Cassiani, in domum Ubertini de Balda. Bonum et utile est ut homo ante diem emigrationis sue de hoc seculo in venturo antequam ad mortem pervenerat, cunctas suas distribuat facultates ut nec defunctus immemor sit quod de se esse debeat ac iurgia generentur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Blanca per huius cartule mee vocis, iudicii, seu testamenti, et instituo filium meum atque filiam meam, silicet Albertum atque Ruffam heredes meos de omnibus rebus et possessionibus meis mobilibus et immobilibus, seseque moventibus quas nunc habeo et teneo et michi pertinet cum racione tam ex iure proprietatis quam ex conducticiis in perpetuum. Volo et iudico ut sit datum et destributum pro anima mea ad canonicam S. Cassiani unam clusuriam in loco qui dicitur Casanova cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani: ab ac ora in antea habeatis, teneatis, possideatis cum filiis et heredibus vestris in perpetuum, tali condicione, si vos predictos meos heredes obieritis sine filiis, volo ut predictam rem, de omnibus rebus ut superius dixi, quod revertatur filie mee Ingilsie et suis filiis et heredibus in perpetuum. Volo ut Nicola atque Giso sint mei fidei commissarii. Hec est ultima mea voluntas. Ego suprascripta Blanca firmavi hoc testamentum.

Testes Albertus de Casale, Orlandinus de Cortise, Nicola, Errus, Ugo Lupus, Cassolinus Bone, Isnardus Balduini, Cigu-

gnolus, Girardinus, Pizolus Rusticelli, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Albertus, Orlandinus, Nicola, Errus, Ugo testes.

II, 87. - Orig., mm. 340×200.

107.

Ad S. Cassianum, 12 martii 1147.

Charta permutationis actae inter Imeldam relictam de Maleincalzo et Temperatum.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die XII intrante mense marcii, indicione X, actum in castro S. Cassiani. Permutantibus eo modo et transferentibus aliquid suarum rerum instruccionibus paginam fieret donec ut pactum permutacionis firmitatem capiat scripture vinculis anotetur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Imelda relicta de Maleincalzo per huius cartule mee vocis, professionis simulque permutacionis et transfersionis, a presente die mee pagine, tibi presenti in Dei nomine domno Temperato acceptori pro te et pro donna Gualdratha et pro tuis successoribus, dans do et permuto, seu transfero atque transacto de meo iure meoque dominio, alieno et transcribo atque subduco in ius et dominium tuum suprascriptum domnum Temperatum, tuisque successoribus in perpetuum, id quod habeo ac possidere et a meis manibus, meoque iure detinere videor, quod obvenit michi per quocumque modum vel titulum; idest viginti et unam turnaturiam terre que sunt posite in tribus locis, in loco qui dicitur Casanova sunt novem turnaturie terre: a primo latere tenet Stemperatus de Prethalina, a secundo * *, a tercio * *, a quarto * *; in alio loco qui dicitur Fontanigole sunt octo turnaturie terre: a primo latere tenet Albertus Gualdrathe, a secundo Petrus Maynardi cum suis consortibus, a tercio Michelda relicta Iohannis Rogaterii, a quarto est via; in tercio loco qui dicitur Felegarius sunt quatuor turnaturie; a primo latere tenet Lambertus de Ravenna, a secundo predicta Imelda, a tercio Petrus Guarinus, a quarto est limite: infra hec latera predicta, predicte viginti et unam

turnatariam terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani. Ab hac ora in antea liceat tibi predicto domno Temperato tuisque successoribus in predictis rebus introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Ugo, ut corporaliter mea vice in predictis rebus te investiat habendi dominium et potestatem quieto tramite et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum tuis successoribus in perpetuum; et licenciam habeas innovandi ad iura unde est in quantum tibi pertinuerit, pro eo quia permutasti michi, tu predictus domnus Temperatus permutator decem et novem turnaturie terre in Casanova et in Frascario et in Vithilluni atque in Cugulli. Et ab odierna die non liceat michi suprascripte permutatrice ullo unquam in tempore facere litem vel molestacionem contra hanc permutacionem, non per me neque per meos heredes neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securus et quietus de predictis rebus in perpetuum maneas, auctorizare et defensare et observare hanc permutacionem promitto me meosque heredes tibi tuisque successoribus in perpetuum sub pena dubpla, et pena soluta, hec permutacio maneat firma. Ego suprascripta Imelda permutatrix firmavi hec.

Testes Redulfus de Racco, Ugo de la Tusca, Broculus, Iohannes Tuscus, Ugo de Zanzullo testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Redulfus, Ugo, Broculus, Iohannes, Ugo testes.

II, 88. - Orig., mm. 297×255.

108.

Ad S. Cassianum, 12 martii 1147.

Stemperatus de Prethalina dat Temperato, permutationis titulo, quinque tornaturias terrae pro novem tornaturiis, sitis in loco qui dicitur Casanova, ab ipso Temperato acceptis.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die XII intrante mense marcii, indicione X, actum in castro S. Cassiani. Permutantibus eo modo et transferentibus aliquid

suarum rerum instruccionibus paginam fieret donec ut pactum permutacionis firmitatem capiat, scripture vinculis anotetur. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Stemperatus de Prothalina per huius cartule mee vocis, professionis, simulque parmutacionis et transfersionis a presente die mee pagine tibi presenti in Dei nomine domno Temperato ex ospitale S. Ieorgii acceptori pro te et pro domna Gualdratha et pro tuis successoribus, dans do et permuto, seu transfero atque transacto de meo iure, meoque dominio, alieno et transcribo atque subduco in ius et dominium tuum suprascriptum dominum Temperatum tuisque successoribus in perpetuum, id quod habere hac possidere, et a meis manibus, meoque iure detinere videor quod obvenit michi per quocumque modum vel titulum; idest quinque turnaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur * *: a primo latere tenent heredes Guidonis Athalasie, a secundo Ugo Lupus, a tercio domnus Temperatus, a quarto est via; infra hec latera predictas res permanent, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani. Ab ac hora in antea liceat tibi domno Temperato permutatori meo tuisque successoribus in predictas res introire ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Ugo, ut corporaliter mea vice in predictis rebus te investiat habendi dominium et potestatem habeas, teneas, possideas quieto tramite et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum tuis successoribus in perpetuum. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto permutatori ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra hanc permutacionem, non per me neque per meos heredes, neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare et defensare promitto me meosque heredes tibi tuisque successoribus, pro eo quia permutasti michi novem turnaturie terre in Casanova sub pena dubpla, et pena soluta, hec cartula permutacionis maneat firma.

Ego predictus Stemperatus permutator subscripsi.

Testes Redulfus de Racco, Ugo de la Tusca, Broculus, Iohannes Tuscus, Girardus, Ugo de Zanzullo testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Redulfus, Ugo, Broculus, Iohannes, Girardus, Ugo testes.

II, 89. - Orig., mm. 370×190.

109.

Casulae, 1 aprilis 1147.

Guila vidua Hugonis de Ponzano vendit Petro Garamanzo unam tornaturiam terrae in fundo Casalis Baruci positam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die primo intrante mense aprilis, indicione X, actum in castro Casule in domum Guile relicte Ugonis de Ponzano. Ideoque profitemur nos quidem in Dei nomine Guila relicta Ugonis de Ponzano et filii mei Raynocinus atque Ugo, damus, tradimus atque vendimus de nostro iure, nostroque dominio, nostrorumque filiorum et heredum tibi in Dei nomine Petro Garamanzo emptori pro te et pro coniuge tua Remengarda et pro filiis et heredibus tuis in perpetuum; idest unam turnaturiam terre et perticas * * si plus est aut minus, ibi permaneat cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. [1] Marie in Solustra, que est posita in fundo Casalis Baruci: a primo latere est limes, a secundo Drudo Balduinus, a tercio heredes Guidonis Athalasie, a quarto heredes Aurimpie: infra hec latera predicta turnaturia terre permanet; ut a presente die aut quandocumque volueris, liceat tibi Petro emptori, tuisque filiis et heredibus in predicta re introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum nostrum missum, nomine Ugo, ut corporaliter nostra vice te investiat habendi dominium et potestatem quieto tramite vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum filiis et heredibus tuis in perpetuum, et licenciam habeas innovandi ad iura unde est in quantun tibi pertinuerit. Pro eo quia dedisti nobis solidos octo lucensis monete. Et ab hodierna die non liceat nobis predictis venditoribus nostrisque filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te emptorem, neque contra tuos heredes, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare et defensare promittimus nos, nostrosque heredes, tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupla, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Ego suprascripta Guilla et filii mei Raynucinus et Ugo subscripsimus hec.

Testes Vivianus Arardoli, et Zilius frater eius, Ugo de donna Guilla testis et manus investitor, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Vivianus, Zilius, Ugo testes.

II, 90. - Orig., mm. 350×160.

[1] *Sequebatur* Cassiani *deletum ab ipso notario;* Marie - Aurimpie *sequitur in abrasione.*

110.

Trentulae, 1 maii 1147.

Albertus Petrocini vendit Petro fabro unam tornaturiam terrae positam in loco qui dicitur Gazo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die primo mensis maii, indicione X, actum in curte Trentule in porticu Rozerii Petri Ugonis. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Albertus Petrocini vendo, trado atque transacto pro me et pro coniuge mea Gualdratha et pro filiis meis et heredibus in perpetuum tibi in Dei nomine Petro fabro emptori et pro te et pro coniuge tua Gunselda et pro filiis et heredibus tuis in perpetuum; idest unam peciam terre estimata turnaturiam unam, si plus est aut minus ibi permaneat, que est posita in loco qui dicitur Gazo: a duobus lateribus tenet Pelatus, a tercio Constantinus, a quarto Tocolus; infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Bononiensi, plebis S. Marie Ubuita. Ab ac ora in antea liceat tibi tuisque filiis et heredibus in suprascripta pecia terre introire ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Viviano, ut corporaliter mea vice in predicta re te investiat habendi dominium et potestatem quieto tramite vendendi, donandi vel commutuandi, et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum filiis et heredibus tuis in perpetuum iure vendicionis. Et licenciam habeas innovandi ad iura unde est in quantum tibi pertinuerit. Pro eo quia dedisti michi solidos tres et denarios IIII lucensis monete. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripto venditori, neque

meis filiis et heredibus in tempore facere litem vel molestiam generare contra te emptorem, neque contra tuos heredes, neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum cum filiis et heredibus tuis, auctorizare atque defensare promitto me, meosque heredes, tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupbla, et pena soluta, hec cartula vendicionis maneat firma.

Ego predictus Albertus Petrocini subscripsi hec.

Testes Guillolus Boncittus, Vivianus Guille manus investitor, Presbiter Boncitti, Albertus Manfredi, Rozerius Petri Ugonis, Ugo Iohannis Marie, Guithottus, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Guillolus, Vivianus, Presbiter, Albertus, Rozerius, Ugo testes.

II, 91. - Orig., mm. 298×228.

111.

Dutiae, 11 maii 1147.

Guillarinus vendit Hugoni de Teuza quatuor tornaturias terrae sativae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo septimo, indictione decima, die undecimo intrante madii, in curte Ducię, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris. Et ideo ego quidem in Dei nomine Guillarinus per me et meos heredes per huius paginam meę vocis, professionis atque perpetualis vinditionis, tibi presenti in Christi nomine Ugo de Teuza emptor, pro te et pro uxore tua Druda et pro tuis heredibus in perpetuum do, trado et vendo in perpetuum de meo iure meoque dominio, meorumque filiorum et heredum hoc quod habeo et possideo et a meis manibus meoque iure detinere videor undecumque michi obvenisset per quemcumque modum vel titulum; idest quattuor turnaturię terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus et super se habentibus et cum introitu et exitu suo posita in loco qui dicitur Runcalle: ab uno latere tenet Albertus de Casale, a secundo est via, a tercio Petrus Bonildę et Nicola, a quarto heredes Guidonis Ducię. Infra hec latera supradicta terra manet, territorio Corneliensi, plebis S. Cassiani, ut a presenti die, aut

quando tibi placuerit, liceat tibi, tuisque heredibus, supradictam terram introire et preoccupare per venditionem a me in te factam, etiam per istum meum missum, nomine Gerardus de Tausiniano, quem de meis manibus in tuas mitto ut ipse te inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeas, teneas, possideas et quicquid vis exinde facias cum tuis heredibus in perpetuum. Conducticias autem si apparuerint, licenciam habeas innovandi ad iura unde erit. Pro eo quia exinde accepi de manibus tuis in meis in presentia testium, qui hic scripti sunt, precii nomine sedecim solidos lucensis monete, absque omni deceptione et calumpnia; et non liceat michi venditori, neque meis heredibus, ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repetitionem, ullamque molestiam generare, neque contra te, neque contra tuos heredes, sed securus et quietus exinde maneas cum tuis heredibus in perpetuum. Auctorizare et defensare per me et per meos heredes promitto tibi et tuis heredibus ab omni persona hominum sub pena dupla, et soluta pena, hec venditio maneat firma in perpetuum.

Testes et manus investitor Gerardus de Tausiniano, Lanzo Guidonis Albuini, Gregus Ildebrandi medici, Amicus Adulettę, Renoaldus Petri magistri, Iohannes de Daviuli, Girardinus Ildebrandi Casoli, isti fuerunt rogati testes.

Et ego Guidoto notarius plebis Solustrę interfui et scripsi, ut superius legitur.

Ego Guillarinus venditor laudavi et firmavi omnia quę superius leguntur.

Noticia testium.

II, 92. - Orig., mm. 295×200. In versu, scriptum manu saeculi XII Carta Ugo de Teuza; *saeculi XIII a)* In Roncaglia; *b)* Testamentum Albertini filii alii Albertini de Ugone de Duza.

112.

Ad S. Cassianum, 9 iunii 1147.

Hugo Guidonis Guarini de Solustra donat ecclesiae S. Cassiani septuaginta tornaturias terrae sativae positas in curte de Lavatoria in Berleto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo septimo, indictione decima, temporibus Eugenii pape et Conradi imperatoris, die nona mensis

iunii, actum in ecclesia S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Uguo quondam filii Guidonis Guarini de Solustra donator in ecclesia S. Cassiani pro oblacione et illuminacione, seu eterna remuneracione anime mee et pro animabus patris et matris mee do, dono, trado, transfero atque subduco in ius et dominium supradicte canonice per vos venerabiles canonicos Albericum et Isnardum acceptores pro vobis, vestrisque fratribus atque successoribus more salario permanendas in perpetuum, sicut dixi, pro remedio anime mee et parentum meorum; idest unam peciam terre aratorie positam in curte de Lavatora in Berleto, extima(tam) septuaginta turnaturias inter afines eius, hoc est: a duobus lateribus tenet supradicta canonica, a tercio latere Siler, a quarto limite de Quazo. Infra hec latera predicte septuaginte turnaturie terre permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis et plebis S. Marie in Solustra, ut a presenti die liceat vobis supradictis canonicis, vestrisque fratribus atque successoribus in supradictas septuaginta turnaturias introire atque ingredi et preocupare, et ego per metipsum de predictis LXX turnaturiis vos investiam, habeatis dominium et potestatem quieto tramite, habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime mee et parentum meorum. Et deinceps non liceat michi supradicto Ugoni donatori, neque filiis et heredibus meis ullo unquam in tempore facere questionem, repeticionem vel causacionem, nullamque molestiam generare contra supradictam ecclesiam, neque contra vos supradictos canonicos, neque contra vestros successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum. Auctorizare atque defensare promitto me meosque heredes vobis predictis canonicis, vestrisque fratribus sub pena quattuor untias auri, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ruffo, Girardus medicus, Ugo Blancus, Albertinus Calz(a)spata, Ubaldinus de Iohanne de Mecio, Guascone, Iohannes Gauradi rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta sub die et indictione supradicta.

II, 93 - Orig., mm. 308×175. Numerus fasciculi secundi 94 non deest, sed omissus fuit in enumeratione a Ferri paracta; cf. eius regesta t. I, p. 54.

113.

[Ad S. Cassianum], 28 octobris 1147.

Hugicio Hugicionis et Albertus filius Alberti Guidonis Athalasiae donant hospitali S. Georgii quinque tornaturias terrae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die quarto exeunte mense octubris, indicione X, actum ante crucem iuxta ecclesiam S. Ieorgii. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Ugicio Ugicionis et Albertus filius Alberti Guidonis Athalasie donatores in ospitale S. Iorgii in quo nunc, Deo protegente, domnus Temperatus venerabilis homo Dei in predicto ospitale preesse videtur, nos predicti donatores Ugicio atque Albertus damus, donamus, transcribimus atque subducimus in ius et dominium predicti ospitalis per te domnum Redulfum venerabilem episcopum Corneliensis Ecclesie acceptorem in vice domni Temperati pro se et pro suis successoribus in perpetuum more salario permanendas pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime Alberti Guidonis Athalasie et Ugicionis fratris eius eciam pro animabus nostris; idest tres turnaturias terre in loco qui dicitur Fontanicole: duas turnaturias terre dedit predictus Albertus pro anima patris eius Alberti, quas ipse reliquid per legatum ex testamento iure factum, terciam tornaturiam de predictis tribus turnaturiis terre dedit predicto Ugicio pro anima patris eius et pro anima sua, que sunt posite in duobus locis; hec sunt latera de duabus turnaturiis terre: a primo latere tenet predictus ospitalis, a secundo predictus Ugicio, a tercio predictus Albertus donator, a quarto est via; tercia turnaturia: a primo latere tenet Albertus Mazus, a secundo Albertus predictus donator, a tercio suprascriptus ospitalis, a quarto est via. Infra hec latera predicta, predicte tres turnaturie permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani, ut a presenti die aut quandocunque voluerit, liceat predicto Temperato in predictis tribus turnaturiis terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate quieto tramite habeat, teneat, possideat ordinandi et disponendi in eodem ospitale, sicut diximus, pro remedio animabus parentum nostrorum atque animarum no-

strarum more salario permanendas. Et deinceps non liceat nobis predictis donatoribus, neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra predictum ospitalem, neque contra predictum domnum Temperatum, neque contra suos successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneat in perpetuum, auctoriare atque defensare promittimus nos nostrosque heredes predicto Temperato et suis successoribus sub pena dupla, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma. Nos suprascripti donatores firmavimus hec.

Testes Guido Comes, Ricus Rambaldi, Raynocinus, Guido Alberici, Rambertinus Petri Bulgari, Baiolus Balduinus, Bretalottus de Ducia, isti et plures alii fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Guido, Ricus, Raynocinus, Guido, Rambertinus, Baiolus, Bretalottus testes.

II, 96. - Orig., mm. 405×262.

114.

[Ad S. Cassianum], 29 octobris 1147.

Rodulphus episcopus Corneliensis nomine et iussione Lamberti de Ravenna donat hospitali S. Georgii tres tornaturias terrae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXLVII, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die tercio exeunte mense octubris, indicione X, actum in domum domni Rodulfi venerabilis episcopi Corneliensis Ecclesie. Sancto ac beatissimo venerabili ospitale S. Ieorgii in quo nunc, Deo protegente, domnus Temperatus venerabilis homo Dei preesse videtur. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis episcopus Corneliensis Ecclesie donator iussione atque in vice Lamberti de Ravenna pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime eius et pro animabus parentum eius do, dono, trado, transfero et transcribo atque subduco in ius et dominium predicti ospitali per te domnum Temperatum acceptorem pro te et pro tuis successoribus in perpetuum, more salario permanendas; idest tres turnaturias terre, que sunt posite in duobus fundis; duas turnaturias terre sunt posite in loco qui dicitur Felegarius: a quattuor lateribus tenet

predictus Lambertus de Ravenna; tercia turnaturia terre est posita in fundo de Felegario: a primo latere tenet iamdictus Lambertus donator, a secundo similiter, a tercio Petrus Andree, a quarto vero latere est via. Infra hec latera predicte tres turnaturie permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani; ut a presente die, aut quando volueris, liceat tibi predicto Temperato, tuisque successoribus in predictis rebus introire et preoccupare atque ingredi, ex potestate habeas, teneas, possideas quieto tramite ordinandi et disponendi in eodem ospitale pro remedio anime predicti Lamberti de Ravenna et pro animabus parentum eius, more salario permanendas in perpetuum. Et deinceps non liceat michi domno Rodulfo venerabili episcopo Corneliensis Ecclesie, neque predicto Lamberto de Ravenna, neque suis filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores, neque per sumissam vel sumittendam a me atque a se personam; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare atque defensare promitto me pro iussione Lamberti de Ravenna pro se et pro suis filiis et heredibus pena dupla, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego domnus Rodulfus venerabilis episcopus Corneliensis Ecclesie pro iussione Lamberti de Ravenna in vice eius subscripsi hec.

Testes Orlandus de Cortise, Iohannes de Pithriolo, Vivianus Rimfi, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis: Orlandus, Iohannes Bonus, Vivianus testes.

II, 95. - Orig., 390×258. — Manzonius, 90; Zaccaria, II, 43; Ughellus, t. X, 275.

115.

Ad S. Cassianum, 6 ianuarii 1148.

Canonici S. Cassiani Vitali Hildebrandi Othaldoli cedunt in perpetuum unam petiam terrae in Ceredo sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quadragesimo octavo, indictione XI,

temporibus Ugenii pape et Conradi regis, die sexta mensis ianuarii in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine presbiter Girardus et presbiter Iohannes, Tebertus, Ubaldus, Guido, Gutifredus, Isnardus, Guidotto atque Bernardus S. Cassiani canonici damus et cedimus atque transferimus tibi presenti Vitali Ildebrandi Othaldoli unam petiam terrę in Ceredo que est posita infra hec latera, quia usque modo habebas et tenebas : ab uno latere Rodulfinus de Racco et Sbucialupus, ab alio Orlandi, a tercio Rodulfinus Racci, a quarto Imelda Malincalci : quicquid infra hec latera manet, deincepbs habeas, teneas, possideas potestatem faciendi cum tuis filiis et heredibus quicquid tibi placuerit in perpetuum. Pro eo autem damus tibi Vitali et filiis tuis et uxori tue predictam peciam terre quia refutas et diffinicionem facis nobis de omnibus aliis possessionibus quas a nobis habebas et tenebas, et nos deincepbs promittimus tibi et tuis filiis et heredibus hanc peciam terre, que superius dicta est, auctorizare et defensare sub promissione pene duarum unciarum auri, et soluta pena, hec cartula maneat firma. Quam vero scribere mandamus nos omnes predicti canonici.

Iohannes Guidonis Athami, Isnardus Balduini, Cassolinus Guilelmi, Guarinus Serre, Guidolinus Ugonis Farulfi, Rainucinus Guarini, Itholfus, Petrus Bricus, Farulfus Ricius, Atolus, Castaldus, Pepolus Ugoli, Clariellus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 97. - Orig., mm. 290×153. In margine inferiore, fortasse manu Petri notarii de Argentea, extat nota Hec est cartula falsitatis quam fecit Leo notarius sub fraude contra iusiurandum quod fecerat omnibus canonicis ignorantibus.

116.

[Imolae], 12 ianuarii 1148.

Guidolinus de Belladonna cedit Brocardo Petri Matharassi omnia iura et actiones quas habet supra unam petiam terrae sativae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCXLVIII, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die XII mensis ianuarii, indicione XI. Ego quidem in Dei nomine Guidolinus de Belladonna do et vendo tibi presenti in Christi nomine Brocardo Petri Matharassi emptori pro te et pro Gisla

uxore tua et pro vestris filiis et heredibus; idest omne ius et omnes actiones et omnes pertinentias quascumque habeo et teneo et michi pertinet de una pecia terre laboratorie quanta est, quam habeo et teneo et michi pertinet, que est posita in fundo et loco qui vocatur S. Petri in Pitolo: ab uno latere tenet Iohannes de Berta, ab alio Guiducii, a tercio tu Brocardus, a quarto latere via. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus et cum omnibus actionibus quas michi inde pertinet, do et vendo tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et heredibus et licenciam innovandi habeas ad iura unde est. Pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta: et ab hodierna die non liceat michi venditori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque litem movere, neque contra te, neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito, neque extra placitum. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare tibi tuisque filiis et heredibus cum meis heredibus ab omni persona hominum sub pena duarum unciarum auri, et post solutam penam, hec cartula, sicut legitur, maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor Ugolinus de la Tusca, Ruffus, Gracianus de Athalo, Litoardus, Guido filius Martini de Macerada, Petrizanus Berte Bulnise rogati testes interfuerunt.

II, 98. - Orig., mm. 378×180.

117.

Dutiae, 19 augusti 1148.

Donatio mortis causa facta a Iordano in favorem ecclesiae S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, indictione undecima, die tercio decimo exeunte augusto, in castro Ducię, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris. Magnę donationis sanctarum scripturarum nos ratio promonet, et ideo semper illam considerare oportet, ut pro animarum meritis cęlestem retribu-

tionem merear promereri. Et ideo ego quidem in Dei nomine Iordanus prono animo et spontanea mea voluntate, nullo me penitus cogente neque vim inferente, sed meo proprio arbitrio dans do et dono nomine donationis causa mortis ecclesię S. Cassiani et episcopo Rodulfo et canonicis servientibus supradictę ecclesię et eorum successoribus in perpetuum hoc quod ego habeo et teneo et michi pertinet in Ducia et prope Duciam, et in Bagnarola et in Sillaro et in aliis locis subtus stratam, excepto ea quę dedi fidelibus meis pro servicio quod ipsi michi fecerunt; et ea quę habet et tenet hereditas Petri Andreę ex mea parte, quam dedi ecclesię Ducię, hec omnia, ut dictum est, do et dono vobis nomine donationis causa mortis, ut liceat vobis prenominatis receptoribus introire et preoccupare ex vestra potestate, etiam per istum meum missum, nomine Rainerius Gerardi, ut ipse vos inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis et possideatis et quicquid vobis placuerit exinde faciatis cum vestris successoribus in perpetuum, et quod est proprium habeatis iure proprietatis in perpetuum, et quod est ex conducticia licentiam habeatis innovandi ad iura unde erit, et quicumque voluerit infringere aut inquietare hanc donationem causa mortis, det et componat duplam penam illis qui tenuntur, et soluta pena, hec omnia maneant firma in perpetuum.

Et hoc totum fuit in presentia istorum : Rainerius Gerardi manus investitor, Ugizone Guidonis Gerardi, Gerardus Gerardi, Bretamus Ardizoni, Vivianus Orlandi, Guilielmus Fantinelli, Albumus Arardi, Sigicellus Casoli, isti fuere testes rogati et alii multi. Et ego Guidoto tabellio plebis Solustre rogatus scripsi, ut superius legitur. Ego Iordanus supradictus donator laudavi et firmavi omnia que superius leguntur. Noticia testium.

II, 99. - Orig., mm. 387×209.

118.

Solustrae, mense septembri 1148

Hildebrandus Azi donat hospitali S. Georgii duas tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, indictione undecima, actum in Solustra, mense septembris, tempore

Eugenii pape et Conradi imperatoris. Quisquid in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid intulerit rebus iuxta Domini vocem, in hoc seculo centuplum accipiet et vitam possidebit ęternam. Et ideo ego quidem in Dei nomine Ildebrandus Azi prono animo et spontanea mea voluntate et pro anima mea et meorum parentum et filii mei Azolini, dans do et dono de meo iure, meoque dominio, meorumque filiorum et heredum, ospitali et ecclesię S. Georgii in manibus Temperadi, receptor per se et per suos successores in perpetuum, id quod habere et detinere videor undecumque michi obvenisset per quemcumque modum vel titulum; idest duę turnaturię terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus et super se habentibus et cum introitu et exitu suo in loco qui dicitur Runcalle : ab uno latere tenet Spazalupus, a secundo Gracianus Athala, a tertio Petrus Brico, a quarto est strata Petrosa. Infra hec latera, supradicta terra manet, territorio Corneliensi, plebis S. Cassiani; ut a presenti die, aut quando tibi placuerit, liceat tibi, tuisque successoribus in predicta terra introire et preoccupare ex potestate per donationem a me in te factam et traditam etiam per istum meum missum, nomine Albertus Blancanicus, quem de meis manibus in tuis mitto ut ipse te inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeas, teneas et possideas et quicquid vis exinde facias cum tuis successoribus in perpetuum. Conducticias autem, si apparuerit, licenciam habeas innovandi ad iura unde erit. Hoc facio pro anima mea et meorum parentum, sicut superius legitur. Et non liceat michi supradicto donatori, neque meis heredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem ullamque molestiam generare, neque contra te, neque contra tuos successores; sed securus et quietus exinde maneas cum tuis successoribus in perpetuum. Auctorizare et defensare per me et per meos heredes promitto tibi et tuis successoribus ab omni persona hominum sub dupla pena, et soluta pena, hec donatio maneat firma.

Testes et manus investitor Albertus Blancanicus, Balduinus, Rigo Pelizarius, Veneticus et Ubaldus, isti fuerunt testes rogati.

Et ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus scripsi, ut superius.

Ego Ildebrandinus Azi supradictus donator laudavi et firmavi, ut superius legitur.

Noticia testium.

II, 100. - Orig., mm. 326×183.

119.

Imolae, 24 decembris 1148.

Claricia vidua Rambertini Petri de Bulgaro pro eleemosyna et servitio pauperum donat hospitali S. Georgii tres tornaturias terrae sativae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo octavo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die octavo exeunte mense decembris, in civitate Imola, indictione XI. Nos quidem in Dei nomine Claricia relicta quondam Rambertini Petri de Bulgaro et Iohannes filius eius et Magtalia uxor sua damus et donamus tibi presenti in Christi nomine Temperato receptori pro hospitali S. Georgii et pro servientibus et in predicto hospitali et in eius ecclesia servientibus et commorantibus in perpetuum ; idest tres turnaturias terre laboratorie quas habemus et tenemus et nobis pertinet que sunt posite in fundo qui vocatur Centum de Laude, in duobus locis : ab uno latere unius pęcie tenent heredes Benedicti Buthironis, ab alio tu Temperatus, a tercio strada publica, a quarto latere filii Ugonis Petri Bulgari ; ab uno latere alterius pecie tenet Petrus Maior, ab alio Peppo de Albertino de Lamberto, a tercio Iohannes Cardillus, a quarto latere Petrus Maior et Ugo Iohannis de Orlando et Isnardus. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, damus et donamus predicto hospitali ad habendum, tenendum, possidendum et more salario in predicto hospitali in perpetuum permanendum in elemosina et in servitio pauperum Christi pro remedio anime iamdicti Rambertini et pro remissione peccatorum suorum et nostrorum et pro eterna illuminatione. Et ab hodierna die non liceat nobis donatoribus, neque nostris filiis et heredibus de supradicta re facere questionem, repetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra predictum hospitale, neque contra inibi servientes et in perpetuum commorantes. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare predicto hospi-

tali ibique servientibus et commorantibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hec cartula donacionis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Albertinus castaldio; Guido Ugonis de Farulfo, Rambertinus Azonis de Fusco, Ubertinus de Iudice, Rainucius filius Guarini da la Serra, Ugolinus de Gerardino Iohannis Sarti rogati fuerunt testes.

II, 102. - Orig. mm. 310×255. In versu ND.

120.

Ad S. Cassianum, 27 decembris 1148.

Emphytheusis a canonicis S. Cassiani concessa in favorem Alberti Fulcorum et Gratiani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL octavo, tempore Euienii pape et Conradi imperatoris, die quinto exeunte mense decembris, indicione XI, actum in ecclesia S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu fratrum meorum per huius cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die vobis in Dei nomine Alberto Fulcorum atque Graciano [recep]tor[ibus pro vobis et pro iugalibus] vestris Berta atque Mund[a et pro filiis et] heredibus vestris in annis advenientib[us sexaginta et novem ad reno]vandum per medietatem .... concedo vobis rem iuris pro me et pro ...... [meo]rum ordinatorum; id[est]..... terre que sunt posite in duobus fundis estimate turnaturie quattuor; una pe[cia est] in loco qui dicitur Vallis Alberici: a primo latere tenet predictus Gracianus, a secundo Ambrosius, a [tercio].. Azonis, a quarto est strata; alia pecia: a primo latere tenet suprascriptus Gracianus, a secundo Lambertus.., a tercio Albertus de Calzaspata, a quarto vero latere est limes, et est posita in fundo de Melet[ulo]; infra hec latera predictas res permanent cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani;

quas concedimus vobis ad habendas, tenendas, possidendas usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda, ita sane ut inferatis nobis predictis ordinatoribus nostrisque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem, denarios duos lucensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidos quattuor lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat nobis predictis ordinatoribus, neque nostris successoribus vobis prenominatis petitoribus vestrisque filiis et heredibus predictas res tollere usque ad prefinitos predictos annos; sed securi et quieti exinde maneatis, tali condicione ut vos predicti petitores non habeatis licenciam de predictis rebus nec vendere nec donare neque commutuare, neque alico modo alienare aliquis hominibus nisi nobis suprascriptis ordinatoribus et nostris successoribus vel [nostro sensu dare aliquis] hominibus, et si quis par[s nostrorum] contra hoc pactum ire temptaverit ante prefin[itum] tempus, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem pene nomine * * * *, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Testes Petrus Andree, Petrus Guarinus, Ugo Santerni, Omnibene, Guidobaldoli manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta. Ego Iohannes notarius Casulensis scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 101. - Orig., mm. 355×240. Charta pluribus in partibus est arrosa; manu eiusdem notarii in versu legitur a) Appara Alberti Fulcorum atque Graciani; *b)* De istis Albertinus Bonello.

121.

Solustrae, 4 iulii 1149.

Orlandus, Hugo et Artusius ad levandam Drudoli fratris animam, donant canonicis S. Cassiani quatuor tornaturias terrae sativae sitas in Cento de Laude.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo nono, indictione duodecima, die quarto intrante iulii, in cimiterio plebis Solustrę, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris. Et ideo nos quidem in Dei nomine Orlandus, Ugo et Artusius per huius paginam nostrę vocis, professionis atque perpetualis donationis

vobis presentibus in Christi nomine Arduino et Alberico et Gotifredo, Tiberto et Ubaldino et presbitero Iohanni de Macerata, canonici ęcclesię S. Cassiani receptores per vos et per vestros fratres et successores in perpetuum damus, tradimus et donamus pro anima fratris nostri Drudoli, de nostro iure nostroque dominio nostrorumque filiorum et heredum hoc quod habemus et possidemus et a nostris manibus nostroque iure detinere videmur undecumque nobis obvenisset per quemcumque modum vel titulum; idest quattuor turnaturię terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus et super se habentibus et cum introitu et exitu suo posita in Cento de Laude: ab uno latere tenet Bernardinus Trentulę, a secundo heredes Petri Ugonis, a tertio Rainerius Ubaldi, a quarto heredes Alberti Bisaroni. Infra hec latera supradicta terra manet, territorio Corneliensi, plebe Solustrę; ut a presenti die aut quando vobis placuerit, liceat vobis receptoribus vestrisque fratribus et successoribus supradictam terram introire et preoccupare atque ingredi ex vestra potestate etiam per istum nostrum missum domnum Benedictum quem de nostris manibus in vestras mittimus ut ipse vos inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis et possideatis et quicquid vobis placuerit exinde faciatis ad iura ecclesię S. Cassiani cum vestris fratribus et successoribus in perpetuum. Conducticias autem si vobis apparuerit, licentiam habeatis innovandi ad iura unde erit. Et non liceat vobis donatoribus, neque nostris heredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repetitionem ullamque molestiam generare neque contra vos neque contra vestros fratres et successores; sed securi et quieti maneatis exinde in perpetuum, auctorizare et defensare per nos et per nostros heredes promittimus ecclesię S. Cassiani et servientibus eius ab omni persona hominum sub dupla pena, et soluta pena, hec omnia maneant firma in perpetuum. Quam ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus ab utraque parte scripsi, ut superius legitur.

Testes et manus investitor domnus Benedictus, Ugo de Solustra, Orlandinus de Veterana, Guarinellus eius filius, Pelegrinus de Imola, Rigo Rambaldi, Drudolus Saurini, Fulcus iudex, isti fuere testes rogati et alii multi.

Nos supradicti datores Orlandus, Ugo et Artusius laudavimus omnia quę superius leguntur. Noticia testium.

II, 104. - Orig., mm. 333×202.

122.

Dutiae, mense novembri 1149.

Hugo et Girardus sacerdotes ecclesiae S. Mariae castri Dutiae hospitali S. Georgii concedunt in emphytheusim unam tornaturiam terrae sitam in plebe S. Cassiani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL nono, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris, indicione XII, actum in castro Ducie, in mense novembris. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemus nos quidem in Dei nomine domnus Ugo sacerdos atque presbiter Girardus venerabiles sacerdotes ecclesie S. Marie castri Ducie cum consensu fratrum nostrorum per huius cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die concedimus et largimus seu confirmamus rem iuris nostri, nostrorumque predictorum ordinatorum tibi in Dei nomine domno Temperato ex ospitale S. Ieorgii petitori pro te et pro Gualdrada coniuge tua et pro vestris successoribus in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; idest unam turnaturiam terre et perticas duas que est posita in fundo qui dicitur Fontanigole: a duobus lateribus tenent heredes Bulgari, a tercio latere tenet predictus Temperatus, a quarto est via; infra hec latera predicta res permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani. Quam concedimus tibi et coniugi tue vestrisque successoribus ad habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas usque in predictis annis advenientibus ad renovandum, salva sanacione domnica danda; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidos octo lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat nobis predictis ordinatoribus, neque nostris successoribus, tibi prenominato petitori et coniugi

tue vestrisque successoribus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securi et quieti exinde maneatis, sicut superius legitur, auctorizare et defensare et observare promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque successoribus sub pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Gotifredus canonicus Corneliensis Ecclesie testis et manus investitor. Testes Petrus clericus, Pethone, Ugo Alferanus, Petrus de S. Silvestro, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 105. - Orig., mm. 374×210. In versu ND.

123.

Dutiae, 1149.

Albertus Guidonis Athalasiae vendit Temperato unam petiam terrae sitam in fundo Fontanigole.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini sunt MCXL nono, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris, indicione XII, actum in castro Ducie. Ideoque profiteor ego quidem in Dei nomine Albertus filius condam Alberti Guidonis Athalasie vendo, trado, transfero atque transacto de meo iure meoque dominio meorumque filiorum et heredum tibi in Dei nomine domno Temperato emptori pro te et pro Gualdrada coniuge tua et pro vestris successoribus in perpetuum; idest unam peciam terre que est posita in fundo qui dicitur Fontanigole: a primo latere tenet suprascriptus Temperatus, a secundo Michilda Rogateria, a tercio latere tenet Bisule, a quarto vero latere est via. Infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et supra se habentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani; ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat vobis in predicta pecia terre introire ex potestate eciam per istum meum missum nomine Albertus, ut corporaliter mea vice [vos] investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis vendendi, donandi vel commutuandi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi cum vestris successoribus in perpetuum. Et licenciam habeatis

innovandi ad iura unde est in quantum vobis pertinuerit. Pro eo quia dedistis patri meo Alberto condam solidos novem luccensis monete. Et ab hodierna die non liceat michi predicto Alberto venditori, neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum Temperatum ex ospitale S. Ieorgii, neque contra Gualdradam coniugem tuam neque contra vestros successores, neque per summissam vel submittendam a me personam ; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum cum vestris successoribus, auctorizare, et defensare et observare hanc vendicionem promitto me meosque heredes vobis vestrisque successoribus sub pena dubpla, et pena soluta, hec cartula vendicionis maneat firma. Ego predictus Albertus venditor subscripsi.

Testes Guido Comes, [1] Ugicio Ugicionis, Albertus, Rubeus castaldus testis et manus investitor, Citus, Prudencius, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie [2] scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 103. - Orig., mm. 348×244.

[1] *Deletum* Guido Comes [2] *Est idem Ioannes notarius Casulensis.*

124.

[Ad S. Cassianum, 1149-1161].

Formula iuramenti a civibus Imolensibus episcopo et canonicis praestandi.

Conceptio iuramenti, quod Immolenses facient episcopo et canonicis suis, hec est : Sine ullo tenore per bonam fidem sine fraude et ullo dolo audiemus, et audita adimplebimus, ad terminum quem nobis constituerint omnia precepta que nobis per semetipsos vel certos nuncios suos litteris aut viva voce preceperint de omnibus iniuriis et offensis quas contra omnes ecclesias eorum fecimus, et de omni inminucione quam eis intulimus de honore, de rebus mobilibus aut inmobilibus et de personis.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie denotavi hec.

IV, 106. - Orig., mm. 110×207. Ioannes notarius acta ab ipso rogata ab anno 1139 ad annum 1149 designavit titulo notarii Casulensis, acta vero ab anno 1149 ad 1161, titulo notarii sanctae Corneliensis Ecclesiae.

125.

[Ad S. Cassianum], 4 maii 1150.

Hugo Lupus et uxor eius Grassa vendunt Temperato unam petiam terrae sitam in loco Fontanigoli dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo, indictione XIII, temporibus Ugenii pape et Conradi regis. die quarta mensis maii, in ecclesia S. Georgii. Ego quidem in Dei nomine Ugo Lupus una cum uxore mea Grassa et presente matre eius, facimus tibi domino Temperato et uxori tue Gualdrate cartulam vendicionis, tradicionis necnon perpetualis transhactionis de una petia terre que est posita in loco qui dicitur Fontanigoli infra hec latera: ab uno latere et ab alio tu presens Temperatus, a duobus aliis heredes Guidonis Athalasie. Quicquid infra hec latera manet, deincepbs abeatis iure vendicionis potestatem vendendi, donandi, commutuandi et, a iure unde est. renovandi et quicquid vobis vestrisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Pro eo quia tu presens dompnus Temperatus das nobis pro te et pro uxore tua Gualdrata precii nomine solidos lucenses triginta et duos. Quam vero vendicionem, cessionem deincepbs nos nostrosque liberos vel heredes firmam abituros et non contra facturos, sed in iudicio seu extra, auctorizaturos, vobis vestrisque successoribus esse promittimus sub promissione pene dupli precii, et soluta pena, hec cartula vendicionis maneat firma. Quam vero scribere mandamus nos Ugo Lupus et Grassa et mater eius.

Petrus Guarinus manus investitor, presbiter Rodulfus, Marsilius, Ubertellus rogati testes fuere.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 106. - Orig., mm. 333×162.

126.

[Ad S. Cassianum], 12 iunii 1150.

Canonici S. Cassiani Brocardo et uxori eius Gislae concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in Lacuna sitam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo, tempore Eugenii pape

et Conradi imperatoris, die XII intrante mense iunii, indicione XIII, actum in loco qui dicitur Runcalla. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Girardus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicorum fratrum meorum eiusdem ecclesie, concedo et largior seu confirmo rem iuris nostrorum predictorum ordinatorum per cartulam pacti in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum tibi in Dei nomine Brocardo et coniuge Gisle vestrisque filiis et heredibus; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Lacuna, estimata turnaturie quattuor et pertice tres et pedes duos, si plus est aut minus in hac cartula maneat: a primo latere tenent predicti canonici, a secundo latere est Gamelaria, a tercio latere tenent li Guithuzi, a quarto latere tenent Bennus et frater eius Bonofante; infra hec latera predicta pecia terre iacet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani. Quam concedo tibi Brocardo et coniugi tue Gisle vestrisque filiis et heredibus cum consensu fratrum meorum ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda: ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus omni mense marcii aut infra indicionem denario(s) duos monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis iamdictis canonicis soldos centum et quattuordecim et denarios quattuor monete lucensis mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi predicto Girardo sacerdoti venerabili atque canonico, neque meis fratribus atque successoribus tibi prenominato Brocardo et coniuge tue Gisle vestrisque filiis et heredibus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, tali condicione, ut non habeatis licenciam de predicta re vendere aliquibus hominibus nisi nobis iamdictis canonicis aut nostris successoribus minus duodecim denarios quam in aliis, si necesse fuerit vobis, si nos noluerimus emere, liceat vobis dare cui volueritis, salva iure ecclesie S. Cassiani. Et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit que tibi et filiis et heredibus tuis tollere voluerit, ego iamdictus Girardus sacerdos cum meis fratribus pro nobis et pro nostris successoribus tibi tuisque heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus, si non fecerimus, tunc daturos nos promittimus nostrosque successores tibi tuisque filiis et heredibus, sicut superius legitur, sub pena auri trium unciarum, et pena soluta, hoc pactum firmum maneat.

Testes Ugo Zanzulli, Nicola testis et manus investitor, Letoardus, Guido Guithitti, Pepo Ugonis Bonelli, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec. Noticia recordacionis.

II, 107. - Orig., mm. 390×200.

127.

[Ad S. Cassianum], 24 iulii 1150.

Sinibaldus vendit Temperato sesqui tornaturiam terrae vineatae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die octavo exeunte mense iulii, in ecclesia S. Georgii de hospitali pontis eiusdem ecclesie, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine Sinibaldus do et vendo tibi Temperato emptori pro te et pro Gualdratha uxore tua et pro vestris successoribus in perpetuum ; idest unam turnaturiam et mediam terre vineate in fundo S. Georgii : ab uno latere ego Sinibaldus, ab alio vos emptores, a tercio Corriculum, a quarto latere via. Quam predictam unam turnaturiam et mediam do et vendo vobis ad habendum, tenendum, possidendum cum omni actione et omni pertinentia que michi inde pertinet et licentia innovandi ad iura unde est ; pro eo quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos treginta pro deliberato et finito precio. Et ego iamdictus venditor cum meis heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto vobis vestrisque successoribus. Et si contra hec, que superius legitur, ire vel agere vel infringere et non observare presumpsero, vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes et successores daturos penam vobis vestrisque successoribus unam unciam auri, et post solutam penam, hic contractus vendicionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit presbiter Rodulfus, Petrus Guarinus, Iohannes Tuscus, Orlandus qui fuit de Andesimo rogati fuerunt testes.

II, 108. - Orig., mm. 334×175. In versu ND.

128.

Puzoli, 6 februarii 1151.

Giso pro remuneratione animae suae tradit hospitali S. Georgii unam tornaturiam terrae positam in Runcalla.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini MC quinquagesimo primo, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris, die sexto intrante mense februarii, indicione quartadecima, actum in castro de Puzolo. Ideo ego quidem in Dei nomine Giso pro me et pro Nicola fratre meo do, dono, trado atque transacto de nostro iure nostroque dominio nostrorumque filiorum et heredum atque successorum transcribo atque subduco, consenciente dominum Rodulfum venerabilem [episcopum] Corneliensis Ecclesie, ospitali S. Ieorgii per te domnum Temperatum acceptorem tibi tuisque successoribus in perpetuum, more salario permanendas pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione animarum nostrarum et pro animabus parentum nostrorum ; idest unam turnaturiam terre que est posita in Runcalla : a primo latere tenent iamdicti donatores, a secundo et a tercio latere tenet predictus Temperatus, a quarto vero latere tenet Rodulfus Petrizani. Infra hec latera predicta res permanet, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat tibi domno Temperato tuisque successoribus in predicta re introire et preoccupare atque ingredi ex potestate quieto tramite [ord]inandi et disponendi in eodem ospitali permanendas, sicut dixi, pro remedio ani[me mee et] pro anima fratris mei et pro animabus parentum meorum Et deinceps non liceat nobis iamdictis donatoribus, neque nostris filiis et heredibus atque successoribus ullo umquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra iamdictum ospitale neque contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores neque per sumissam vel summitendam a nobis personam, sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum, auctorizare et defensare promitto per me et per fratrem meum Nicolam nostrosque filios et heredes atque successores tibi predicto Temperato tuisque successoribus sub pena soldorum

viginti lucensis monete, et pena soluta, hec cartula maneat firma. Ego predictus Giso subscripsi per me et per fratrem meum Nicolam hec suprascripta que superius leguntur.

Testes presbiter Petrus de Puzolo, presbiter Petrus de Taurano, Ugo Vicedomini, Pepo Guille, Blancus Cazamerle, Albertus frater eius, Rimfus, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 109. - Orig., mm. 290×210. Charta valde lacera est.

129.

Dutiae, 23 aprilis 1151.

Canonici S. Cassiani Hugoni Ioannis fabri eiusque uxori Bacedoniae concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in plebe Solustrae sitam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini MC quinquagesimo p[rimo], tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris, die octavo exeunte mense aprilis, indicione quarta decima, actum in claustro S. Marie castri Ducie. Ideo ego quidem in Dei nomine Gerardus canonicus atque sacerdos ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicorum fratrum meorum eiusdem ecclesie do et concedo et largior seu confirmo rem iuris predicte ecclesie tibi in Dei nomine Ugoni Iohannis fabri et coniugi tue Bacedonie vestrisque filiis et heredibus in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre in curte Solustre in fundo qui dicitur * *: a primo latere predicti canonici tenent, a secundo Bernardus de Trentula, a tercio Veneticus, a quarto Albertinus Raynuzi; infra hec latera predicta res permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et supra se habentibus, que est estimata turnaturie quattuor, territorio Corneliensi, plebe Solustre. Quam concedo tibi ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda, ita sane ut inferatis michi et fratribus atque successoribus meis omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum lucensis monete, tantum pensio, ut dictum est,

persolvatur. Pro eo quia dedisti michi iamdicto Gerardo canonico et meis fratribus solidos viginti et octo lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicto ordinatori, neque meis fratribus atque successoribus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus predictam peciam terre tollere usque ad prefinitos predictos annos, tali condicione, ut non habeatis licenciam predictam rem vendere, donare neque comutuare, neque alico modo alienare aliquibus hominibus, si necesse fuerit, tibi tuisque filiis et heredibus, nisi michi iamdicto ordinatori meisque fratribus atque successoribus vel nostro sensu dare aliquibus hominibus, auctorizare et defensare et observare hanc rem promitto me meosque fratres et successores tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Testes Albertus Cresencii, Fantolinus, Ugo Alurne, Ugo Ugonis [Scalongne, Leuzo canonicorum], [1] Gotifredus manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 110. - Orig., mm. 310×240. Charta valde lacera est; in versu ND.

[1] Scalongne, Leuzo canonicorum *desumuntur a* ND.

130.

Imolae, mense novembri 1151.

Permutatio unius petiae terrae vineatae facta Guillarinum inter et Temperatum.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi MC quinquagesimo primo, tempore Eugenii pape et Conradi imperatoris, actum in civitate Immole, in mense novembris, indicione quartadecima. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Guillarinus do, trado atque commuto et transcribo atque subduco per huius cartule mee vocis, professionis simulque permutacionis a presente die mee cartule tibi presenti in Dei nomine domno Temperato ex hospitale S. Ieorgii permutatori meo, acceptori pro te et pro coniuge tua Gualdrada et pro tuis successoribus in perpetuum;

idest unam peciam terre vineate que est posita in loco qui dicitur Roncalla: a primo latere tenent heredes Alberti Lamberti, a secundo latere tenet Nicola et Teuza Rogateria, a duobus lateribus tenet iamdictus Temperatus, que est estimata turnaturias sex, si plus est ibi permaneat, infra hec latera res predicta permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani. Ut a presenti die aut quandocumque volueris, liceat tibi domno Temperato et uxori tue Gualdrade vestrisque successoribus in predicta pecia terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Nicola, ut corporaliter in predicta pecia terre vineate te investiat habendi dominium et potestatem vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum tuis successoribus in perpetuum. Et licenciam habeas innovandi ad iura unde est in quantum tibi pertinuerit. Pro eo quia permutasti michi unam peciam terre vineate in loco qui dicitur Sorbanus et dedisti michi libras tres lucensis monete. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicto Guillarino, neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores, neque per sumissam vel sumittendam a me personam, sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum. Et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit que tibi predictam rem tollere voluerit, ego cum meis heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promitto me meosque heredes tibi tuisque successoribus predictam rem contra omnes homines secundum racionem et bonum usum, si non fecero, tunc daturum me promitto meosque heredes tibi tuisque successoribus sub pena dubpla, et pena soluta, hec cartula permutacionis maneat firma.

Ego iamdictus Guillarinus subscripsi hec.

Testes Isnardus Balduini, Petrus Guarini, Girardus Sbuzalupus, Albertus filius eius, Albertus de Calzaspata, Guido faber, Nicola manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

Noticia recordacionis.

II, 111. - Orig., mm. 448×222.

131.

[Ad S. Cassianum], 15 iulii 1152.

Charta qua Guilielmus filiae suae Berthae dotem assignat.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, indictione xv, temporibus Ugenii pape et Federici electi, die quinta decima mensis iulii, in porticu Guilielmi. Ego quidem in Dei nomine Guilielmus do tibi Iohanni de Carbone pro filia mea Berta, nurus tua, per cartulam dotis duas turnaturias terre in his tribus locis, idest in Arcella et in Braita et in Vigorusso, ubi volueris accipere, et medietatem mee mansionis in qua habito a qua parte vis accipere, et dono tibi pecoras meas et unam vegetem et scrinium et plumatium unum, et finita hec guerra, habeas totus fructus quem exierit de mea terra et vinea per duos annos, et in secundo anno debeas me retinere, vel dare unde vivere possim si michi necesse fuerit. Et si aliqua de filiabus meis mori contigerit sine liberis, cadat ad alias que supra vixerint; et si pignus vel vendere aliqua ex eis voluerit, nulli alii nisi solum mea tibi dare possit. Et si filius tuus vel filia mea mori contigerit sine liberis, ego vel mei heredes reddere tibi debeat quicquid in meis possessionibus datum abueris. Et ab hinc in antea omnia supradicta tibi et tuis heredibus auctorizare et defensare et firma tenere iure iurando promitto sub pena centum solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula dotis maneat firma. Quam vero scribere mando e⟨g⟩o presens Guilielmus. Isnardus Balduini manus investitor, Ambrosius, Ugolus Mercurus, Martinus Sperdutus.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 112. - Orig., mm. 280×110.

132.

Solustrae, mense septembri 1152.

Donatio mortis causa facta a Saso de Orlando in favorem ecclesiae S. Cassiani.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quinquegesimo secundo,

indictione quinta decima, in mense septembris, in canonica Solustrę, tempore Eugenii pape, Fitricus dicitur esse imperator. Et ideo ego quidem in Dei nomine Saso de Orlando, pro anima mea, ęcclesię S. Casiani, vobis receptoribus, presbiter Gerardus et Arduinus et Ubaldus et Guido de Ponte per vos et per vestros fratres et successores in perpetuum do, trado et dono nomine donationis causa mortis hoc quod habeo et teneo et michi pertinet ubicumque est in curte Pozoli, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani: hęc omnia cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, et cum introitu et exitu suo habeàtis, teneatis et quicquid vobis placuerit exinde faciatis cum vestris fratribus et successoribus in perpetuum ad iura supradictę ęcclesię. Et do vobis manum investitorem Albertum filium meum ut ipse vos inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem. Et non liceat michi donatori, neque meis heredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem ullamque molestiam generare, neque contra vos neque contra vestros fratres vel successores, neque contra ęcclesiam; sed securi et quieti exinde maneatis cum vestris successoribus in perpetuum. Auctorizare et defensare per me et per meos heredes promitto vobis vestrisque fratribus vel successoribus et ęcclesię hanc donacionem causa mortis ab omni persona hominum sub pena dupla, et soluta pena, hęc donatio causa mortis maneat firma in perpetuum.

Quam ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus scripsi.

Testes et manus investitor Albertus de Sasso, Dusolus, Iohannes Bonifidelis, Iohannes de Lisignano, presbiter Petrus plebis, isti fuere testes rogati.

Ego Saso de Orlando supradictus donator laudavi et firmavi omnia quę superius leguntur.

II, 113. - Orig., 330×232.

133.

Solustrae, 29 octobris 1152.

Testamentum quo Drudo filius quondam Iunatelli ecclesiae S. Cassiani aliisque ecclesiis partem suorum bonorum relinquit.

In Dei nomine. Anno ab incarnacione Domini millesimo c quinquagesimo secundo, indicione xv, tempore Eugenii pape, Federico rege aelecto, actum apud Trecenti, III exeunte mense

octubris, plebe S. Marie in Solustra, territorio Corneliense. Dum constet primus parens noster lignum vetitum commedendum sententia mortis accepisse et in posteros transmeasse donec victor mortis Dominus mortem nostram suscipiens iter nobis ostendit aeterne vite per quod mortem animę possimus evadere docens nobis nostra bona sanctis ęcclesiis et Deo servientibus distribuere et de mamona iniquitatis amicos adquirere, ut ipsi nos recipiant in gaudio aeternę vitę. Igitur ego quidem in Dei nomine Drudo filius quondam Iunatelli viam universe carnis ingrediens ordino, iudico et per hunc meum testamentum confirmo et pro anima mea meisque patris sive matris dono et concedo in primis omnium Deo et beato Cassiano sue aecclesię xx tornaturias terre in Cereto et hoc quod michi pertinet in curte Alboro sive Poyo. Deinde monasterium S. Marię que vocatur Trecenti, ubi corpus meum credo sepeliri, offero, dono et concedo omnia que tenet de meo iure unus de Vibani, et taula de terra quam olim tenuit a me Rupho, et mea pars de campo de Sala, silicet medium, et meam partem de tabula terre quam detinet Guido de Aldeprando: hec omnia Deo et beate Marię eiusque cenobio habendum confirmo in perpetuum. Pro quibus omnibus pro redemptione animę meę, a te donno venerabili abbate Ambrosio supradicti monasterii, idest psalmis, orationibus, vigiliis, sacrificiis, aelemosinis ceterisque bonis operibus que in eundem locum fiunt et faciende sunt cuncto tempore. Et insuper quattuor libras lucenses quas in tesauro eiusdem aecclesie pro anima mea debes dare. Item volo et ordino ut habeat ple(b)s S. Appollenaris tres turnaturias terre; aecclesia vero S. Anestasii sex turnaturias terre, ple(b)s vero S. Prosperi tres turnaturias terre. Similiter volo, ordino et confirmo ut meus filius Iohannes xx turnaturias terre habeas de meo, ceteri[que] vero mei filii masculus vel femina unusquisque decem; mater eorum Burga decem, tali modo ut si obierint sine liberis, alii qui supra vixerint, habeant. Cetera omnia que michi pertinet, habeat meus frater Berardus et insuper fide commissarium eum committo ut hec omnia suprascripta disponat, et pro anima mea nostrisque patris vel matris et nostrorum parentum Deo et sanctis aecclesiis distribuat, offerat et concedat in perpetuum. Si quis vero hunc meum testamentum frangere voluerit, vel a prefatis aecclesiis auferre quesierit, maledictionem omnipotentis Dei sancteque Virginis Marie habeat, nisi satisfecerit et emendaverit; et insuper pena nomine unam libram auri cuius

offensam fecerit, componat, et pena soluta, suprascripta omnia maneant firma et in convulsa cum stipulatione subnixa.

† Signum manus mei Drudo qui hunc testamentum feci et scribere iussi atque testes rogavi.

Signa manuum nomina testium † † † † † † † Bonuspetrus, eius filius Ugo, Bonusiohannes de Saracino, Martinus Nibiano, Gerardus de Bonusamico, Iohannes de Petro Veneroso, Blanco Serillano ad omnia suprascripta rogati testes.

Ego Salathiel medicus, tabellio scriptor sum huius paginam testamenti, post roboracionem testium complevi et absolvi.

II, 114. - Orig. mm. 320×330. Charta aliquantum lacera et circumsecta est absque scripturae detrimento.

134.

Dutiae, 23 ianuarii 1153.

Charta qua canonici S. Cassiani Alberto Ioannis Tedelendae et Ingilsiae emphytheusim et Teuzae usumfructum concedunt.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tertio, indictione prima, die nono exeunte ianuarii, in canonica Ducie, tempore Eugenii pape, Fitricus dicitur esse imperator. Et ideo nos quidem in Dei nomine canonici ęcclesię S. Casiani, per nos et per nostros successores, vobis in Christi nomine Alberto Iohannis Tedelendę et Ingilsię receptores per vos et per vestros heredes usque ad viginti et novem annos ad renovandum: Ingilsia est receptrix de medietate de hoc quod pertinuit Rusticello, libellario nomine concedimus et largimur seu confirmamus in vos rem iuris nostrę suprascriptę ecclęsię; idest hoc quod fuit Iohannis Tedelende et de Rustico fratre eius, ex parte ecclesię S. Casiani, territorio Corneliensis et constitutę plebis; hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus singulis quibusque annis terraticum de labore modium septimum, de vino anphora quarta, pervecto et reddito ipso terratico per vos usque ad mansionem nostram; et omni anno pro pensione debeatis dare nobis dena-

rium I lucensem, et in tempore triturandi segetem et vindemiarum honeste debeatis recipere nostros nuntios et commestionem dare. Et non habeatis licentiam vendere neque alienare, neque loco pignoris ponere nisi licentia et commandamento ecclesię. Et Teuza sit domina ususfructus in vita sua, post obitum illius ad supradictos receptores revertantur. Pro eo quia exinde accepimus de manibus vestris in nostris octo solidos lucensis monete. Et nos cum nostris successoribus vobis vestrisque heredibus supradictam rem auctorizare et defensare promittimus sub dupla pena, et post solutionem penę, hic libellus maneat firmus.

Quem ego Guidoto tabellio plebis Solustre rogatus scripsi.

II, 115. - Orig., mm. 186×182. In versu manu saeculi XII Appare Albertini Blancole.

135.

In Runco Valerii, mense ianuario 1153.

Donatio mortis causa qua Sigilfredus pro salute animae suae tradit ecclesiae S. Cassiani duas tornaturias terrae sativae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tercio, indictione prima, in mense ianuarii, in Runco Valerii, tempore Eugenii pape et Fitricus dicitur esse imperator. Et ideo ego quidem in Dei nomine Sigilfredus pro anima mea ęcclesię S. Casiani vobis receptoribus, presbiter Gerardus et Guido de Ponte et Arduino per vos et per vestros fratres atque successores in perpetuum dans do et dono nomine donationis causa mortis; idest duę turnaturię terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus et cum introitu et exitu suo posita in loco qui dicitur Laude: ab uno latere tenet ęcclesia S. Casiani, a secundo tenet * * * * * *; infra hec latera supradicta terra manet, territorio Corneliensis, plebis Solustrę. Et do vobis manum investitorem Guidonem tabellionem ut ipse vos inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis et quicquid vobis placuerit exinde faciatis cum vestris successoribus in perpetuum. Conducticias autem, si apparuerit, licentiam habeatis innovandi ad iura unde erit. Et non liceat michi donatori, neque meis heredibus ullo unquam in tempore exinde movere questionem, repeticionem ullamque mo-

lestiam generare neque contra ęcclesiam S. Casiani, neque contra vos, neque contra vestros successores, set securi et quieti exinde maneatis cum vestris successoribus in perpetuum, auctorizare per me et per meos heredes, et defensare promitto vobis vestrisque successoribus et supradictę ęcclesię hanc donationem causa mortis ab omni persona hominum sub pena dupla, et soluta pena, hec donatio causa mortis maneat firma in perpetuum.

Quam ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus scripsi.

Testes Dominicus Allegazo, Lambertinus eius frater, Dosius de Solustra, Lambertinus Stephani, isti fuere testes rogati.

Ego Sigilfredus supradictus donator laudavi et firmavi omnia que superius leguntur.

Noticia testium.

II, 151. - Orig., mm. 330×245.

136.

Dutiae, 17 aprilis 1153.

Rodulphus episcopus et canonici S. Cassiani Guidoni de Rigo et Muto et Signorello concedunt in emphytheusim nonnulla bona ipsis a Iordano per donationem mortis causa relicta.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tertio, indictione prima, die septimo decimo intrante aprilis, in castro Ducię, tempore Eugenii pape et Federici imperatoris. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus venerabiliter locorum nostrę proprietatis res utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Et ideo nos quidem in Dei nomine Rodulfus episcopus ecclesię S. Casiani et canonici supradictę ecclesię per nos et per nostros successores, vobis presentibus in Christi nomine Guidoni de Rigo et Muto et Signorello petitoribus pro vobis et pro filiis et nepotibus vestris secundum formam et secundum modum antique enfiteosis que fuit in casa Enrici Ducię per enfiteoticarium ius a presente die concedimus et largimur seu confirmamus in vos rem iuris nostrę ecclesię, idest hoc quod Iordanus reliquit nobis et ecclesie S. Casiani per donationem causa mortis ubicumque est, excepto hoc quod Gislardus Iohannis Linarii et Albertus Benedicti tenent ex casa Enrici Ducię, ubicumque teneant, que

tenemus ad nostrum donicatum; alia omnia damus vobis vitee ..m..is et filiis et nepotibus vestris, divina gratia in hac luce iusserit permanere, concedimus et largimur seu confirmamus in vos eas res, que superius leguntur, habendas, tenendas, defensandas et in omnibus meliorandas. Et nos supradicti ordinatores cum nostris successoribus predictam rem ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus et ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil vos vestrisque filii et nepotes, nisi inferius adfixam pensionem deferatis. Prestantibus vobis quoque filiis et nepotibus vestris indesinenter secundum paginam peticionis vestre sub nomine pensionum omni marcii mense aut infra indictionem quattuor denarios monete lucensis. Pro eo quia supradicti receptores fecerunt diffinitionem et refutationem ecclesię S. Casiani in manibus nostris de tota donatione causa mortis, quam Iordanus reliquit nobis et supradictę ecclesię. Ita et post transitum vestrum vestrorumque filiorum et nepotum munimine expleto, quando Domino placuerit, tunc predicta res culta, laborata et in omnibus meliorata, vel quicquid a vobis inibi additumelioratumque fuerit ad ius et dominium supradictę ecclesię et nostrum, cuius est ius et proprietas, omnibus modis revertatur. Preterea promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque filiis et nepotibus hanc enfiteosin auctorizare et defensare ab omni persona hominum sub pena unius librę auri, et soluta pena, hec enfiteosis maneat firma.

Et damus vobis manum investitorem Ubertinus Ugonis Ildebrandi ut ipse vos inde investiat.

Testes Gerardus Gerardi, Tancredus Solustrę, Arduinus, Bertaloto, Albertus Adalasię, Ildebrandus Casoli, Guilielmus Fantinelli, Fulcus Ducie, isti fuere testes rogati et alii plures. Et ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus scripsi.

II, 116. - Orig., mm. 270×283.

137.

[Ad S. Cassianum], 22 iunii 1153.

Sinibaldus filius quondam Hugonis Razi donat hospitali S. Georgii unam petiam terrae in Ortignola sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo tercio, temporibus

Eugenii pape et Federici electi regis, die nono exeunte mense iunii, in area hospitalis de ponte S. Georgii, indicione prima. Ego quidem in Dei nomine Sinibaldus filius quondam Ugonis Razi do, dono tibi presenti domino Temperato receptori pro te et pro hospitali S. Georgii Cristi martiris, quod est fundatum iuxta stratam prope castrum S. Cassiani, et pro tuis successoribus omnibus in perpetuum per hoc instrumentum simplicis donacionis unam peciam terre, que est posita in Ortignola, que est estimata tornaturias duas: ab uno latere via, ab alio Guidorazi, a tercio * *, atque a quarto * *; quicquid infra hec latera mànet deincepbs habeatis, teneatis, possideatis per hanc simplicem donactionem potestatem ordinandi, disponendi et quicquid exinde vobis vestrisque successoribus placuerit factiendi in perpetuum. Hanc autem donacionem facio pro remissione peccatorum meorum et pro anima patris mei et meorum parentum. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum meis filiis et heredibus vobis vestrisque successoribus auctorizare et defensare promitto sub pena decem librarum lucensium, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Testis Petrus de Andrea, Orlandinus Azonis de Fusco, Petrus Garinus, Guido et Nichola.

II, 117. - Orig., mm. 248×153.

138.

[Ad S. Cassianum], 22 iunii 1153.

Sinibaldus filius quondam Hugonis Razi vendit Temperato et Galesano unam petiam terrae vineatae in fundo S. Georgii sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo tercio, temporibus Eugenii pape et Federici electi regis, die nono exeunte mense iunii, in area hospitalis de ponte S. Georgii, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine Sinibaldus filius quondam Ugonis Razi do et vendo vobis presentibus Temperato et Galesano emptoribus pro vobis et pro vestris successoribus in perpetuum; idest unam peciam terre vineate computatam duas turnaturias quam habeo et teneo et michi pertinet que est posita in fundo S. Georgii: ab uno latere tenetis vos emptores, ab alio via, a

tercio Corriculum, a quarto latere heredes Arduini. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, do et vendo vobis ad habendum, tenendum cum vestris successoribus, si proprium est, ad iura propria in perpetuum ; et si conducticia vel enphyteoticaria apparuerint, licentiam innovandi habeatis ad iura unde [est]. Pro eo quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos xxx pro [de]liberato et finito negocio. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra vos neque contra vestros successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito, nec extra placitum neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et supradictam venditionem firmam tenere vobis vestrisque successoribus cum meis heredibus sub promissione pene unius uncie auri, et post solutam penam, hic contractus venditionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Petrus de Andrea; Orlandinus Azonis de Fusco, Petrus Guarinus, Guido de Purugno rogati testes interfuerunt.

II, 118. - Orig., mm. 272×139. In versu ND.

139.

Ad S. Cassianum, 14 februarii 1154.

Canonici S. Cassiani Acarisulo chartulam libelli faciunt de omnibus ei pertinentibus circa hereditatem quondam Gandutii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto, indictione secunda, temporibus Anastasii pape et Federici electi, die quarta decima mensis februarii, in porticu canonice S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus S. Cassiani canonicus uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facimus tibi

presenti Acarisulo cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum de eo toto quod tibi pertinet vel fratri tuo vel pertinere debet de hereditate quondam Ganducii racione vel uso, deincepbs concedimus tibi ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis in tempore vendemie dare et adducere nobis debeas, et nostris successoribus, unam barilem de vino et duos denarios lucenses; eo quidem pacto ut non liceat tibi neque tuis filiis vel heredibus predictam terram nec vendere, nec donare, neque commutuare, nec etiam locum pignoris ponere, neque ullo modo alienare nisi in nobis, vel in nostris successoribus. Pro eo quia das nobis callciarii nomine solidos lucenses tres. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis vel heredibus auctotizare et defensare promittimus sub promissionem pene viginti solidorum lucensium, et soluta pena, hic libellus maneat firmus.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 122. - Orig., mm. 244×142.

140.

In castro de Monte de Batalla, 19 aprilis 1154.

Othaldus et Bertha eius coniux vendunt Temperato et Gallenzano quinque tornaturias terrae sitas in loco Runcalla nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quarto, tempore Annastasii pape et Federici imperatoris, die nono decimo intrante mense aprilis, indicione secunda, actum in castro de Monte de Batalla. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Othaldus atque Berta coniux mea per huius cartule nostrarum vocum, professionis, vendicionis et perpetualis translacionis a presente die vobis in Dei nomine domno Temperato ex hospitale S. Ieorgii atque Gallenzano emptoribus pro vobis et pro vestris successoribus in perpetuum iure vendicionis damus, tradimus, vendimus atque transactamus de nostro iure nostroque dominio nostrorumque filiorum et heredum; idest unam peciam terre que est

posita in loco qui dicitur Runcalla, estimata turnaturie quinque si plus est aut minus ibi permaneat: ab uno latere tenent predicti emptores, ab alio latere tenent similiter, a tercio Rodulfus Petrizani, a quarto latere tenet Zanzolinus Petri Cassiani; infra hec latera predicta pecia terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat vobis iamdictis emptoribus in predicta pecia terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum nostrum missum, nomine Iohanne notario, ut corporaliter nostra vice vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis quieto tramite vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi cum successoribus vestris in perpetuum iure vendicionis. Et licenciam habeatis innovandi ad iura unde erit in quantum vobis pertinuerit; pro eo quia dedisti nobis venditoribus solidos quadraginta lucensis monete. Et ab hodierna die non liceat nobis iamdictis venditoribus, neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra vos emptores, silicet domnum Temperatum atque Gallenzanum neque contra vestros successores, non per nos neque per nostros heredes, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam, neque in placito, nec extra placitum, neque per regalem potestatem, neque per ecclesiasticam interpellacionem; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum. Et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit que vobis de predicta re partem vel totam tollere voluerit, nos cum nostris filiis et heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus vobis contra omnes homines cum racione, si non fecerimus, et contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturi nos promittimus nostrosque heredes vobis vestrisque successoribus pena dubpla, et pena soluta, hec cartula vendicionis maneat firma. Ego iamdictus Othaldus et coniux mea Berta laudavimus et subscripsimus hec.

Testes Iohannes Isnardi, Tavianus filius eius, Raynocinus de Monte de Batalla, Girardus Azonis, Iordanis Ubertini, Iohannes notarius manus investitor, isti omnes interfuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 123. - Orig., mm. 355×235. In versu ND.

141.

Ad S. Cassianum, 9 maii 1154.

Orlandus presbyter et canonicus S. Cassiani annuens precibus Maltalenti concedit Remengardae duas petias terrae in emphytheusim.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quarto, tempore Annastasii pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense maii, indicione secunda, actum in portico canonice ecclesie B. Cassiani. Petisti a me quidem in Dei nomine domno Orlando gratia Dei presbitero atque canonico ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie, uti tibi in Christi nomine Maltalento petitori pro nura tua Remengarda et pro filiis et heredibus suis in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum libellario nomine concedo et largior seu confirmo res iuris suprascripta canonica nostra; idest duas petias terre que sunt posite in curte Montis Catonis in loco qui dicitur Casula; hec sunt latera unius pecie: ab uno latere est via, a secundo latere tenet Acarisius, a tertio Aurisius, a quarto Turtillanus atque Ildebrandus; alia pecia: ab uno latere tenet comes Guererius, a duobus lateribus tenent li Ganduci, a quarto est via; infra hec latera res predictas permanent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quas concedo iamdicte Remengarde suisque filiis et heredibus ad habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas usque in predictis annis ad renovandum, salva sanacione domnica danda, ita sane ut inferatis michi et fratribus meis de predictis rebus, que sunt estimate turnaturiam unam et mediam, si plus est aut minus ibi permaneat, omnique anno in Natale Domini amissere unum, silicet spallam de porco vel cossam cum duabus fogacis in uno carne, et in alio anno duos pullos cum duabus fogacis omnique anno unam saumam de vino puro, vecta provecta adducere debeatis nobis iamdictis canonicis nostrisque successoribus in canava nostra, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti michi iamdicto

ordinatori meisque fratribus pro predicta nura tua Remengarda solidos decem lucensis monete mercedis nomine, tali condicione, ut non habeat licenciam predicta Remengarda nurus tua neque sui filii et heredes de predictis rebus nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque alico modo allienare aliquibus hominibus, si oportu(nu)m fuerit eis, nisi nobis canonicis iamdictis nostrisque successoribus vel nostro sensu dare alliquibus hominibus. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicto domno presbitero Orlando neque meis fratribus atque successoribus de predictis rebus facere litem vel molestacionem contra predictam Remengardam neque contra suos heredes; sed secura et quieta exinde maneat, sicut superius legitur, auctorizare et defensare promittimus ei et suis heredibus pena dubpla, et pena soluta, hic libellus maneat firmus.

Testes Iohannes Guidonis de Athamo, Acarisius, Cigungnolus de Monte Catone, Ugo de Fraza, Girardus de Bassalancia, isti fuere ad omnia suprascripta; Rusticus Petri Angeli manus investitor.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 124. - Orig., mm. 385×275. In versu ND.

142.

Ad S. Cassianum, 7 iunii 1154.

Zazella pro illuminatione animae viri sui Rodulphi demortui donat canonicae S. Cassiani tres tornaturias terrae sitas in loco Brayta nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quarto, tempore Annastasii pape et Federici imperatoris, indicione secunda, actum in castro S. Cassiani, in portico canonice. Sancta ac beatissima venerabilis canonica S. Cassiani in qua nunc Deo protegente domnus Gerardus presbiter et alii presbiteri et canonici atque boni clerici in predicta canonica preesse videntur. Ego quidem in Dei nomine Zazella relicta condam Rodulfi de Racco donatrix in predicta canonica pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime viri mei Rodulfi et pro animabus parentum eius do, dono,

trado, transfero atque transacto et transcribo atque subduco in ius et dominium predicte canonice per te domnum Gerardum venerabilem sacerdotem atque canonicum, tibi tuisque fratribus atque successoribus in perpetuum more salario permanendas; idest tres turnaturias terre in curte S. Cassiani in loco qui dicitur Brayta: ab uno latere tenet Temperatus de ospitali S. Ieorgii, ab alio heredes Guidonis de Racco, a tercio * *, a quarto * *; infra hec latera predictas res permanent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Ut a presente die, aut quandocumque volueritis, liceat vobis iamdictis canonicis in predictis rebus introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Atto, ut corporaliter mea vice vos investiat habendi dominium et protestatem habeatis, teneatis, possideatis quieto tramite ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime viri mei Rodulfi et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat michi iamdicte donatrici neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum Gerardum sacerdotem atque canonicum neque contra tuos fratres atque successores, neque per sumissam, vel sumittenda a me persona, sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum. Et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit que vobis predictas res tollere voluerit, ego cum meis heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promitto vobis contra omnes homines cum racione, si non fecero, et contra hec ire vel agere aut contendere voluero, tunc daturam me promitto meosque heredes vobis vestrisque successoribus sub pena duarum auri unciarum, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego predicta Zazella subscripsi.

Testes Spersonatus, Orlandinus Cristiani, Albertus de Alburo, Morandus canonicorum, Attus testis et manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 120. - Orig., mm. 330×246. In versu ND. *Dies et mensis desumuntur a* ND.

143.

[Imolae], 28 augusti 1154.

Donatio mortis causa qua Vitalis Cassoli concedit canonicis S. Cassiani tres tornaturias terrae positas in loco qui dicitur Pithricio.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto, indictione secunda, temporibus Anastasii pape et Federici regis, die vigesima octava mensis augusti, in Montale, ubi steterunt homines S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Vitalis Cassoli do canonicis S. Cassiani per cartulam donationis causa mortis turnaturias terre tres in Ceredo in quodam meo campo in ipso loco qui dicitur Pithricio, infra hec latera : * * * * * * ; quicquid infra hec latera manet, deincepbs habeant et teneant atque possideant ipsi et eorum successores et exinde quicquid volunt, faciant in perpetuum. Quam vero donationem deincepbs me meosque liberos vel heredes firmam habituros et non contrafacturos ; set in iudicio, seu extra auctorizaturos eis et eorum successoribus esse promitto sub promissione pene quadraginta solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula donacionis maneat firma. Quam vero scribere mando ego presens Vitalis Cassoli.

Ego Leo manus investitor; Guilelminus, Ranfredolus et Isnardus Aveline, Nicola Alberici Peliciarii, Eliazar Tignosi Girardi, Balbus Giseltrude, Carolus Iohannis Donigi, Drudolus Gatus, Lanzaspatha rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 125. - Orig., mm. 375×250.

144.

Ad S. Cassianum, 15 septembris 1154.

Instrumentum locationis quo canonici S. Cassiani tradunt Burchardo eiusque uxori Gislae unam petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto, indictione se-

cunda, temporibus Anastasii pape et Federici regis, die xv mensis setembris, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Girardus venerabilis presbiter et S. Cassiani canonicus consensu aliorum canonicorum et fratrum damus tibi presenti Burchardo et uxori tue Gisle per hoc instrumentum locationis et pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest turnaturias terre quinque et perticas tres et pedem unum, que sunt posite in loco qui dicitur Laguna, infra hec latera : ab uno latere nos locatores, ab alio strata, a tercio via que pergit ad flumicellum, a quarto vero Iohannes Capellus et tu presens Burchardus cum consortibus vestris ; hec omnia constituta territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni marcii mense vel infra indicionem nomine pensionis denarios duos lucenses tantum. Eo quidem pacto ut non liceat vobis predictam terram vendere nisi in nobis vel in nostris succesoribus, si nos voluerimus, pro duodecim denariis minus accipere, quod inde possitis habere ; si autem accipere noluerimus, liceat vobis eam dare cui volueritis, salvo nostro iure. Pro eo quia das nobis callciarii nomine solidos lucenses unum et medium et libras quatuor. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum vestris successoribus vobis vestrisque filiis vel heredibus auctorizare et defensare promittimus sub promissione pene duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

Nicola Albuini manus investitor, Albertus clericus Ducie, Lassalialtri, Albertus Romancius rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 126. - Orig., mm. 320×230.

145.

Ad S. Cassianum, mense decembri 1154.

Refutatio facta ab Alberto in favorem canonicorum S. Cassiani eo fine ut inter eorum familiares assumatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quarto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, indicione secunda, actum in canonica

S.Cassiani, in mense decembris. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Albertus do, trado me ipsum tibi domno presbitero Orlando canonico S. Cassiani vestrisque fratribus atque successoribus, promitto vobis servire et obedire omnibus diebus vite mee per bonam fidem, et insuper do, trado et diffinicionem et refutacionem facio vobis canonicis per te domnum Orlandum sacerdotem acceptorem in vice omnium aliorum fratrum vestrorum ; idest illud quod ego habeo et teneo et michi pertinet ad iura canonice S. Cassiani, ubi potueritis invenire, ab hac hora in antea habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas. Preterea promisistis michi dare vita, vestimenta atque calciamenta omnibus diebus vite mee sicuti uni aliorum vestrorum servientum. Et deinceps non liceat michi iamdicto Alberto facere litem vel molestiam generare contra vos canonicos neque contra vestros successores, neque per sumissam vel sumittendam a me personam, aut querimoniam in placito nec extra placitum de predictis rebus, neque per regalem potestatem neque per ecclesiasticam interpellacionem, sed securi et quieti exinde maneatis in perpetuum; auctorizare et observare hanc diffinicionem et refutacionem promitto vobis iamdictis canonicis vestrisque successoribus sicut superius legitur. Si quis vero partis nostre contra hanc cartulam ire temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem pene nomine solidorum centum lucensium, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Ego predictus Albertus subscripsi.

Testes Albertus Fulcorum, Albertus de Tatto, Cigungnolus de Monte Catone, Albertus castaldus, Petrus Maior, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 127. - Orig., mm. 312×254. — Zaccaria, I, 123.

146.

Casulae, 1154.

Athalasia relicta Drudoli Balduini eiusque filia donant canonicis S. Cassiani quindecim tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC quinquagesimo quarto, tempore Annastasii pape et Federici

imperatoris, indicione secunda, actum in loco qui dicitur Casula, in domum Petri Grossule. Sancta ac beatissima venerabilis canonica S. Cassiani in qua nunc Deo protegente venerabiles sacerdotes et levite atque boni clerici in predicta canonica preesse videntur. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Athalasia relicta Drudoli Balduini et filia mea Commitissa donatrices in predicta canonica pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime viri mei Drudoli et pro animabus parentum eius damus, donamus atque transactamus et transcribimus atque subducimus in ius et dominium predicte canonice per te domnum Arduinum canonicum atque levitam acceptorem tibi tuisque fratribus atque successoribus in perpetuum more salario permanendas; idest quindecim turnaturias terre; duodecim turnaturie sunt in loco qui dicitur Brayta de subtus in tribus locis: in uno loco ab uno latere est limes currens, a secundo heredes Baioli, a tercio Ugo Mazo, a quarto Cesareus; in alio loco ab uno latere tenet Ugizone, ab alio Ubaldus Lupus, a tercio Donusdei, a quarto Petrus potestas; tercia pecia: ab uno latere tenent heredes Guidonis Athalasie, a secundo Petrus potestas, a tercio Donusdei, a quarto Albertus Calzaspata; et tres turnaturie in loco qui dicitur Ramathellus quas tenet Iohannes Formenti, infra hec latera res iacent, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani et plebe S. Marie in Solustra, cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus. Ut a presente die, aut quandocumque volueritis, liceat vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus in predictis rebus introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum nostrum missum, nomine Rumbolus, ut corporaliter nostra vice vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime viri mei Drudoli et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat nobis iamdictis donatoribus neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra vos canonicos iamdictos neque contra vestros fratres atque successores, neque per sumissam vel submittendam a nobis personam de predictis quindecim turnaturiis terre, neque in placito, neque extra placitum, neque per regalem potestatem, neque per ecclesiasticam interpellacionem, sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum. Et si co tempore quepiam personam

hominum surrexerit que vobis predictas res partes vel totas tollere voluerit, nos cum nostris filiis et heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promittimus nos nostrosque heredes vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus sub pena dubpla, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego iamdicta Athalasia et filia mea Commitissa firmavimus hec suprascripta.

Testes presbiter Ugo de Casula, Petrus clericus, Guido Pezo, Lazarus, Argenteus filius Rustici, Vivianus de Pottu, Aginulfus filius Ugonis Rodulfi, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 121. - Orig., mm. 340×270.

147.

[Ad S. Cassianum et Imolae 1154-1239].

Nota praediorum canonicis S. Cassiani iure directo pertinentium.

M ducentesimo II, die tercia intrante septembre.

§ Magrinus et Vita frater eius habent unam petiam terre positam in colina Montis Catonis a canonica S. Cassiani libellario nomine in XXVIIII annis ad renovandum, pro qua petia terre dat nomine serviciis in festo S. Martini XII bononienses.

M ducentesimo, XI intrante ianuario.

§ Albertinus Magrinus et frater eius habent unam petiam terre in Monte Catune a canonica, debet dare nomine pensionis I denarium bononiensem.

M ducentesimo X, XII die exeunte marcio.

§ Abandonatus habet unam petiam terre in colina pro qua debet dare omni anno I denarium pesone.

M ducentesimo VI, die quarto intrante februario.

§ Nicola Dalmasiti habet unam petiam terre vineate que est octo tornaturiarum sub Castellare de Monte Catone debet dare II denarios pesone.

§ Gracianus Togolosi pro se et pro suis nepotibus habet unam petiam terre positam in costa coline, debet dare I denarium pesone. Millesimo ducentesimo XXXV, die octava intrante marcio.

§ Monticatoni et eius nepos habet unam petiam terre positam in Puzolo, libellario nomine, pro qua debet dare terraticum. Millesimo ducentesimo XXVI, octava exeunte februario.

§ Zufolus habet unam petiam terre in loco qui dicitur Puzolo pro qua dat terraticum libellario nomine in XX novem annos. Millesimo ducentesimo XXXV, die VI intrante maio.

§ Geragonus habet clesuram iuxta castrum Montis Catonis. Item habet unam petiam terre positam in Campozanne. Item aliam petiam positam in Barbera. Item aliam petiam positam in villa Casale pro qua debet dare II denarios pesone. Millesimo ducentesimo.

§ Aldrevandinus et Tertullianus nepos eius habent unam petiam terre positam in Casula. Item aliam petiam positam in Tertulliano pro qua debent dare IIII libras olei. MC sexagesimo I.

§ Iohannes Clariollu habet unam petiam terre olivate pro qua dat I denarium pesone. M ducentesimo XXXIII.

§ Ubaldus Albertinus Albrici et Beccus habent duas petias terre in curte Montis Catonis in loco qui dicitur Centu : aliam petiam habent in loco qui dicitur Campus donicus, pro qua dant omni anno duos venicianos. MCLVI.

§ Albertinus habet unam turnaturiam terre positam in Culcortulo, pro qua debet dare omni anno I denarium pesone. M ducentesimo XXVIII.

§ Michael de Rodaldo habet unam petiam terre positam in Cultortulo pro qua dat libellario nomine I denarium pesone. Millesimo ducentesimo XXXVIIII. Quintavallis habet. [1]

§ Gracianus Regulosi habet unam petiam terre positam in Cultortulo pro qua dat unum denarium pesone. Millesimo ducentesimo XXVII. Heredes habe⟨n⟩t. [1]

§ Cato de Monte Catune et eius frater Ugolinus habet unam petiam terre positam in Puzolo pro qua dat I denarium pesone. M ducentesimo XXXVI.

§ Ricardus et Thomasius de Valle pidriaga habent podere quod emerunt a Baiulo, quod fuit Verdiane et quod emerunt a Rainerio Iugarelli, pro quo podere debent dare unam albe⟨r⟩gariam et quatuor staria frumenti et unam saumam de vino puro, salvis aliis servicii⟨s⟩ et alia albergaria et debet facere fedelitatem. Millesimo ducentesimo XXIII.

§ Ricardus Ugonis de Vigo habet unum podere, quod fuit Gualdrate filie Ricardi, in Valle pidriage pro qua debet dare

duos starios frumenti et unum barile vini et albergariam cum consortibus tuis. M ducentesimo XXIIII.

§ Morandinus habet medietatem possessionum quas Petrus frater tuus habebat ab ecclesia S. Cassiani in loco qui dicitur Valpidriaca, et Albertinus habet aliam medietatem pro quibus debent dare albergariam. MCLXV.

§ Ugolinus de Riva habet duas petias terre in curte Montis Catonis: a primo latere Petrus Soldelli, ab alio Abandonatus. Item aliam petiam habet: a primo latere Brozardus, ab alio rivus et ab alio Abandonatus; pro quibus petiis debet omni anno II denarios pesone. M ducentesimo XI.

§ Ugolinus Adelende de Casale habet novem turnaturias terre in Fracta pro qua debet dare omni anno II denarios pesone. Anno Domini millesimo ducentesimo XXXII.

§ Timideus Ugolini Thomasii habet duas petias terre in Podio: a duobus lateribus Gerardinus Cavaiolle, pro qua debet unum denarium pesone. M ducentesimo XXXVI.

§ Rodulfus de Monte Catonis habet V turnaturias terre in Casula qui dicitur Puzolus, debet dare unum denarium pesone. Millesimo ducentesimo XXXVI.

§ Thedelmarus habet cum fratribus suis possessiones que fuerunt Drudoli Panarole et Bizi fratris sui que sunt posite in fundo Bonzii: a primo latere manent heredes Guidonis Rubiliani, ab alio Artusius, a duobus aliis lateribus ipse idem Drudolus. A primo latere alterius pecie rivus Puzoli, a secundo Bonvizinus, ab aliis duobus lateribus Thomasius; pro quibus possessionibus debent dare terraticum de omni blava et operas et amiscere et comestionem. Millesimo C nonagesimo II.

§ Fascatellus habet libellario nomine clesuram quam dedit Acharisius. Item habet quicquid remansit in dicta clesura, quilibet istorum debet dare III libras olei. MC sexagesimo I.

§ Maineto habet duas petias terre in loco qui dicitur Casula pro quibus debet inv[iare] unum amiscere, III denarios lucenses, spallam de porco vel congruam cum duabus fogaciis; et in alia duos pullos cum duabus fogaziis et unam saumam de vino puro omni anno. MCLIIII.

II, 119. - Orig., mm. 595×180. Charta est saeculi XIII, sed multa in ea extant saeculum XII respicientia. In margine inferiore Ferri notavit Predia iure directo ad ecclesiam S. Cassiani et canonicis spectantia.

[1] Quintavallis habet *et* heredes habe⟨n⟩t *adiuncta sunt eodem saeculo.*

148.

[Ad S. Cassianum], 23 ianuarii 1155.

Temperatus Ioanni Salvatico concedit in emphytheusim dimidiam petiam terrae vineatae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quinto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die nono exeunte mense ianuarii, indicione tercia, actum in ospitale S. Ieorgii. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari, ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Temperatus ex ospitale S. Ieorgii per huius cartulam mee vocis, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presente die concedo et largior seu confirmo rem iuris mei suprascripti ordinatoris tibi in Christi nomine Iohanni Salvatico et coniugi tue Imille vestrisque filiis et heredibus in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; idest medietatem unius pecie terre vineate que est in loco qui dicitur Pastenetholus: ab uno latere est via, ab alio latere tenet predictus petitor, a tercio Albericus Aquileie, a quarto latere tenet Acarisius Berardi; infra hec latera res iamdicta iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quam medietatem concedo tibi Iohanni Salvatico tuisque filiis et heredibus ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam usque in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, salva sanacione domnica danda; ita sane ut inferatis michi iamdicto Temperato meisque successoribus omni marcii mense, aut infra indicionem, denarium unum monete Venecie tantum. Pro eo quia dedisti michi de manibus tuis in meis manibus precium solidorum duodecim lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicto Temperato neque meis successoribus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos; sed securus et quietus exinde maneas usque ad prefinitum tempus

suprascriptum, quod superius legitur. Et si quo tempore quempiam personam hominum surrexerit que tibi predictam rem tollere voluerit, ego cum meis successoribus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promitto tibi tuisque filiis et heredibus hoc pactum contra omnes homines cum racione, si non fecero et contra hec ire, vel agere aut contendere voluero, tunc daturum me promitto meosque successores tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Ego iamdictus domnus Temperatus subscripsi.

Testes Guido clericus, Ambrosius, Almericus Balde, Iohannes Bonus Honorathe, Iohannes Pazo, Albertus de Bangnarola, Guido Alcherii manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 129. - Orig., mm. 315×245.

149.

Ad S. Cassianum, 27 februarii 1155.

Canonici S. Cassiani Brandulo sesqui tornaturiam terrae locant.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, indictione III, temporibus Adriani pape et Federici regis, die vigesima VII mensis februarii, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Girardus S. Cassiani canonicus uná cum consensu canonicorum omnium concedimus tibi presenti Brandulo turnaturiam terre unam et mediam que est posita in loco qui dicitur Ceredus infra hec latera per hoc instrumentum pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum: ab uno latere nos locatores, ab alio heredes Rodulfini de Raco, a tercio Ubertinus Pauli et episcopus, a quarto vero domina Imelda Malincalci; hec omnia concedimus tibi tuisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum; ita sane ut omni marcii mense vel infra indicionem dare nobis et [nostris] successoribus debeatis nomine pensionis denarim unum lucensem et tu et tui succes-

sores. Pro eo quia das nobis mercedis nomine solidos lucenses septem. Eo tenore ut non habeatis licenciam predictam terram nec vendere, nec donare, nec etiam loco pignoris ponere nisi in nobis vel in nostris successoribus, et si accepere noluerimus, liceat tibi eam dare cui volueris, salva nostra racione. Et ab hinc in antea omnia supradicta auctorizare et defensare et firma tenere promittimus cum nostris successoribus tibi et tuis successoribus sub promisssione pene viginti solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradìcta.

II, 130. - Orig., mm. 376×184.

150.

Imolae, 11 maii 1155.

Conventiones inter episcopum Immolensem et canonicos et ipsos cives factae de restitutione corporum Ss. Donati, Petri Ravennatis, Maurelii et aliorum.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quinto, tempore Adriani pape et Federici regis, undecimo die intrante mense maii, indicione tercia, actum in civitate Immola, in aringo Immolensium, in platea S. Laurencii. Convenerat siquidem inter episcopum et canonicos S. Cassiani et Immolenses sic: Quod Immolenses redderent episcopo et canonicis aut eorum certis nunciis, quando vellent ipse episcopus et canonici corpus S. Donati et alia corpora Ss. Petri Ravennati et Maurelii et aliorum sine fraude et occultacione ulla quemadmodum per se vel per alios cognoscerent ubi essent. Et pro obligacione pingnorum redderent septuaginta libras episcopo et canonicis sicut inter ipsos constitutum fuerat. Idest quod usque ad quattuor ebdomadas de viginti libris sic satisfacerent Savarisio quod redderet pingnora episcopo; episcopus satisfaceret de mercede de quinquaginta vero libris sine fraude et iusto impedimento quam citius possent, adquirerent inducias a Girardocio et in termino quem cum ipso ponerent, persolventur episcopo quinquaginta libras probate monete lucensis et persolverent Girardocio lucrum quod competeret a die huius convencionis. Pro

restauracionibus quoque ecclesiarum usque ad sex annos a festivitate S. Michaelis, et deinceps in singulis festis S. Michaelis viginti octo libras solverent probate et currentis monete, et in ultimo termino triginta libras: posuerunt eciam ab eadem die honorem et bonum ecclesie S. Cassiani, et episcopi et canonicorum et eorum successorum in perpetuum quem nunc habent vel in antea sunt habituri spiritualem vel secularem sese perpetuo adiuvare per bonam fidem, retinere et conservare et amissum recuperare contra omnes homines, excepto papa et imperatore, salva tamen reverencia iuramenti quo tenebantur Bononiensibus et Faventinis. De possessionibus quoque episcopi et canonicorum et S. Donati et ecclesiarum castri Immole et Immole hoc constituerunt, quod feuda et manentias et terras ad terraticum quas quilibet eorum emissent seu caucionibus vel pingnoribus aut forte invasionibus habuisent, quiete dimitterent. Et si episcopus aut persone ecclesiarum quarum negocium fuerit, vellent ad eorum voluntatem convenirent; de aliis vero tenutis idest feudis, libellis, pensionatis, pactis henfiteoticis, servicia et pensiones subtractas restituerent ad concordiam dominorum et amodo solverent et innovarent instrumenta sicut ex instrumentis antiquis videretur, et qui non haberent instrumenta, adquirerent a dominis. Preterea si quid de rebus ecclesiasticis inveniretur in communi ipsorum Immolensium vel apud aliquem, qui haberet pro communi, redderent et reddi facerent: de his autem casamentis vel tenimentis ecclesiarum Immole et S. Donati et S. Marie in Zagonia, que pro quomuni locaverunt et commutaverunt, illi qui habent, convenient cum ecclesiis ipsis de iustis redditibus. In his siquidem omnibus, ut dictum est, convenerunt cum Rodulfo episcopo S. Cassiani et canonicis pro ipsis et ipsorum successoribus in perpetuum, et super sancta evangelia multi eorum nominatim iuraverunt hec omnia supradicta sese perpetuo servaturos per bonam fidem absque fraude prenominato episcopo et canonicis et eorum successoribus, et si episcopus aliquando defuerit ecclesie et canonicis fideliter adimpleturos, precipiente denique communiter multitudo eorum in concione portonarius eorum, Martinus nomine, iuravit similiter pro omnibus sicut est mos in civitatibus pro negociis communibus fieri. Consequenter autem Ubertinus Ugonis Ildebrandi cum consensu aliorum consulum et tocius adstantis multitudinis nobilissimo viro Conrado nuncio Federici regis presente et pena constituente per virgam quam

tenebat, firmavit in manu episcopi pro omni comunitate Immolensium quod omnia supradicta perpetuo conservarent sub promissione et stipulacione pene duarum librarum obtimi auri. Denique pro eo quod sic iuraverunt et promiserunt, prenominatus episcopus habens fidem quod omnia fideliter observarent, absolvit eos qui presentes erant et absentes, ubicumque essent, ab interdicto et excomunicacione et pro se et omnibus clericis et ecclesiasticis suis in presencia canonicorum et eorum consensu eodem Conrado nuncio presente astante, per virgam quam manu tenebat in manu prefati Ubertini Ildebrandi pro ipso et aliis consulibus et pro omni communitate Immolensium in perpetuum diffinivit universa maleficia quibus tenebantur vel teneri possent in iudicio, vel extra iudicium, civiliter, vel criminaliter pro domibus vel ecclesiis vel dampnis illatis in eis pro se et omnibus successoribus suis in perpetuum sub promissione et stipulacione similis pene.

Quibus omnibus ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie interfui et hec omnia, sicut michi tunc preceptum fuit per episcopum et per eundem regis nuncium, scripsi.

II, 131. - Orig., mm. 538×264. In versu, manu eiusdem notarii Pacta Imolensium; *et manu saeculi XVI* Obligatio facta per Imolenses domino episcopo et canonicis de restitutione corporum Ss. Donati, Proiecti et Maurelii. — *Manzonius, 96; Zaccaria, II, 45.*

151.

Ad S. Cassianum, 30 augusti 1155.

Diffinitio unius tabulae terrae facta a Gualdrada vidua Marchiselli et a Raynerio ac Bretamo in favorem canonicorum S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo quinto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die secundo exeunte mense augusti, indicione tercia. Dum adessem ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie in ecclesia B. Cassiani martiris et ibique mecum boni viri canonici atque layci Bulgarus Alberti Bulgari, Iohannes Ramberti et alii Bulgari, Ugicio de S. Cassiano, Albertus Alberti, Ubertus causidicus, Guithotus Alberti Samuelis, Ysaac et

plures alii erant in ecclesia silicet commites et proceres atque valvasores in presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario, Gualdrada relicta Girardi Marchiselli et filii eius, Raynerius atque Bretamus dixerunt contra canonicos S. Cassiani: Nos diffinicionem et refutacionem facimus ecclesie S. Cassiani atque spopondimus per vos canonicos presbiterum Orlandum et presbiterum Gerardum atque Iohannem sacerdotem et levitas, silicet domnum Arduinum Ubaldum atque Guidonem et subdiaconos et clericos huius ecclesie acceptores vobis vestrisque successoribus; idest unam taulam terre que est posita in fundo de Solimite: ab uno latere est limes de Solimite, ab alio latere est limes de Spineta, a tercio latere tenent heredes Guidonis Athalasie et heredes Ugonis Ave, a quarto latere tenent heredes Benni, infra hec latera predicta taula terre permanet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Ut a presente die, aut quandocumque volueritis, liceat vobis canonicis in predicta taula terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate habeatis, teneatis, possideatis, ordinandi et disponendi in eadem canonica pro remedio anime Girardi Marchiselli et pro animabus parentum suorum et pro animabus nostris. Et insuper diffinicionem et refutacionem facimus vobis iamdictis canonicis atque spopondimus silicet quattuor libras lucensis monete: et ab ac ora in antea non liceat michi iamdicte Gualdradae neque filiis et heredibus meis ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra vos neque contra vestros fratres atque successores, neque in placito nec extra placitum, neque per legalem potestatem neque per ecclesiasticam interpellacionem, neque per ullum ingenium movere questionem de predicta taula terre, que est estimata turnaturie viginti et duas, si plus est aut minus, ibi permaneat: auctorizare et defensare promittimus vobis vestrisque successoribus pro nobis et pro nostris filiis et heredibus sub pena medietatis unius libre auri, et pena soluta, hec cartula diffinicionis et refutacionis maneat firma.

Ego Gualdrada iamdicta et Raynerius atque Bretamus filii mei firmavimus hec.

II, 132. - Orig., mm. 372×210.

152.

Imolae, 17 septembris 1155.

Petrus de Lancitto vendit Blanco de Cazamerlis sex tornaturias arvi sitas in fundo Galnara.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo quinto, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVII mensis septembris, Imole, indictione III. Ego quidem in Dei nomine Petrus de Lancitto do et vendo tibi presenti in Christi nomine Blanco de Cazamerlis emptori pro te et pro Matilda uxore tua et pro filiis et heredibus vestris, idest medietatem de una pecia terre laboratorie, computatam sex turnaturias, positam in fundo qui vocatur Galnara: ab uno latere tenent Fantinelli, ab alio filii Petricini de Bonafemina, a tercio via, a quarto latere Bandi de Bagnarola. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Marie in Solustra, do et vendo tibi ad habendum, tenendum, possidendum cum tuis filiis et heredibus et licentiam innovandi habeas ad iura unde est ad dandam pensionem in quantum tibi exinde pertinuerit. Pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos XVIII. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes daturos penam tibi tuisque filiis et heredibus unam unciam auri, et post solutam penam, hic contractus vendicionis maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Ugo de Franza, Rambertinus Azonis de Fusco, Ildebrandinus faber, Dominicus de Micolo de Morethano, Albertus faber de eodem loco rogati fuerunt testes.

II, 133. - Orig., mm. 375×241. In versu ND.

153.

Ad S. Cassianum, 23 octobris 1155.

Canonici S. Cassiani per chartulam libelli cedunt Gauzulo unum mansum terrae in loco qui dicitur Maserathuro positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, indictione III, temporibus Adriani pape et Federici regis, die vigesima tertia mensis octubris, in canonica S. Cassiani. Omnis contractus fide perficitur, set tamen scriptura aparente melius cognoscitur. Et ideo ego quidem in Dei nomine dompnus Girardus venerabilis presbiter et S. Cassiani canonicus uná cum consens⟨u⟩ canonicorum omnium eiusdem ecclesie, concedimus tibi presenti Gauzulo accipienti pro te et pro patre tuo per cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum; idest unum mansum terre positum in loco qui dicitur Maserathuro, ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis reddere nobis debeatis terraticum de omni labore maiori modio septimo, minuti octavo, lini manna nona, vini anphora quarta, et omni anno duos amisceres, unum in area, alium in Natale Domini, de carne spallam vel ossum, et honorifice recipere nos debeatis in mansione vestra, et pro alio redditu solidos lucenses omni anno quinque et medium. Pro eo quia dedistis nobis callciarii nomine solidos lucenses viginti, eo quidem pacto ut non liceat vobis predictam terram nec vendere, nec donare neque aliquo modo alienare sine nostro consensu. Si qua vero nostre partis contra omnia supradicta ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium vel interpellacionem pene nomine solidorum lucensium quadraginta, et soluta pena, hic libellus maneat firmus.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani ⟨notarius⟩ scripsi omnia supradicta.

II, 134. - Orig., mm. 470×200.

154.

Ad S. Cassianum, 19 februarii 1156.

Canonici S. Cassiani Rodulphino de Ursa concedunt in emphytheusim novem tornaturias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLVI, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVIIII mensis februarii, in castro S. Cassiani, in porticu canonice eiusdem, indictione IIII.ta Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus cum consensu canonicorum ecclesie S. Cassiani concedimus et largimur tibi presenti Rodulfino de Ursa conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest novem turnaturias terre laboratorie in fundo qui vocatur Penithi, et acceptori pro Nigrolo et Ugone de Martignano et pro Bellaina de quinque turnaturiis, et pro Iohanne de Rocia de tribus turnaturiis, et si plus attinet singulis partibus, ut olim habuistis, habeatis et teneatis vos omnes cum vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; que omnia sunt posita in predicto fundo Penithi, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Ita ut inferatis vos omnes cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem nobis nostrisque confratribus ac successoribus duos denarios monete luccensis nomine pensionis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis omnibus conductoribus mercedis nomine XXXV soldos luccenses. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus : et si contra fecerimus vel nos aut nostri confratres vel successores, tunc promittimus nos tibi stipulatori pro te et pro tuis consortibus et pro vestris filiis et heredibus daturos penam vobis vestrisque filiis et heredibus duas uncias auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Cigugnolus castaldio.

Testes rogati fuerunt Iohannes Bonus Buccaurceoli, Bonusmartinus Petri de Andrea, Romesinus frater eius, Pepolus

de Bonellis, Gibertinus de Zusfritho, Guithraldus, Deustesalvet, Albertinus et Ugolinus filii quondam Zanucoli de Zanbono rogati fuerunt testes.

II, 136. - Orig., mm. 260×207.

155.

Ad S. Cassianum, 19 februarii 1156.

Cessio qua titulo pacti canonici S. Cassiani Guillae et viro eius Hugoni de Zambone et Albertino et Hugolino filiis quondam Zanucoli conceditur una petia terrae dimidiatim possidenda.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CLVI, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVIIII mensis februarii, in castro S. Cassiani, in porticu canonice eiusdem, indictione IIII.ta Ego quidem in Dei ⟨nomine⟩ presbiter Gerardus cum consensu canonicorum ecclesię S. Cassiani, titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti Guille acceptrici pro te et pro Ugone de Zambone viro tuo et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum in medietate dicende rei: in alia vero medietate vobis presentibus Albertino et Ugolino filii quondam Zanucoli de Zambono pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest XI turnaturias terre laboratorie et mediam que sunt posite in fundo qui vocatur Penithi, quas olim similiter habuistis et tenuistis nostro iure, constitutas territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii, aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos XXII et medium. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri confratres vel successores, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam vobis vestrisque filiis et heredibus

duas uncias auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Cigugnolus castaldio.

Iohannes Bonus Buccau[rceoli, Bonus]martinus Petri de Andrea, Romesinus frater eius, Pepolus de Bonellis, Gibertinus de Zusf[ritto, Gui]thraldus, Deustesalvet, Rodulfinus de Ursa rogati fuerunt testes.

II, 137. - Orig., mm. 254×205.

156.

Casulae, 28 februarii 1156.

Charta permutationis de una petia arvi inter Iacobum de Scalzatroya et Petrum Garamanzo factae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo sexto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die secundo exeunte mense februarii, indicione quarta, actum in Casula. Permutantibus eo modo et transferentibus aliquid suarum rerum instructionibus paginam fiered donec pactum permutacionis firmitatem capiat scripture vinculis anotetur. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Iacobus de Scalzatroya per huius cartulam mee vocis, professionis simulque permutacionis et transfersionis a presente die tibi presenti in Christi nomine Petro Garamanzo pro te et pro coniuge tua Remengardina permutatori meo tuisque filiis et heredibus da⟨n⟩s do et permuto, seu transfero atque transacto de meo iure meoque dominio alieno et transcribo atque subduco in iura et dominium tuum suprascriptum Petrum Garamanzum et in tuis heredibus id quod habere et possidere et a meis manibus detinere videor, quod obvenit michi per quocumque modum ; idest unam peciam terre aratorie, que est posita in fundo de Casale de Baruzo: ab uno latere tenent heredes Ieremie de Solustra, ab alio Albertus Sterchidus, a tercio Bretamus Alberti Bulgari, a quarto latere est semita que ducit homines ad plebem Solustre. Infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Marie in Solustra : ut a presente die aut quandocumque volueris liceat tibi predicto Petro Garamanzo permutatori

meo tuisque filiis et heredibus in predicta pecia terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate per hanc paginam permutacionis et commutacionis et transfersionis a me in te factam atque traditam tanquam per legitimam et meam corporalem tradicionem, quamque eciam per istum meum missum, nomine Guastavingna, ut corporaliter mea vice in predicta pecia terre te investiat habendi dominium et potestatem et quicquid tibi placuerit exinde faciendi cum filiis et heredibus tuis in perpertuum. Pro eo quia permutasti michi unam peciam terre in fundo Ceretoli. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicto commutatori tuo ullo unquam in tempore per ullum ingenium contra hanc permutacionem facere vel eam inquietare, sed immo omni tempore securus et quietus exinde de predicta re in perpetuum maneas, auctorizare et defensare et observare hanc permutacionem promitto me meosque heredes tibi Petro permutatori meo tuisque filiis et heredibus contra omnes homines cum racione sub pena dupla, et pena soluta, hec cartula permutacionis maneat firma.

Ego Iacobus Scalzatroya permutator subscripsi hec.

Testes Guastavingna testis et manus investitor, Coccus frater eius, Rodulfus Girardi, Cassolus Orlandini, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 135. - Orig., mm. 375×202.

157.

Faventiae, 20 martii 1156.

Donatio unius petiae terrae ab Henrico Alberici et Guidone fratre eius facta in favorem hospitalis S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione IIII, temporibus Adriani pape et Federici regis, die vigesima [1] mensis marcii, in civitate Faventie. Ego quidem in Dei nomine Enricus Alberici et Guido frater eius damus tibi domno Temperato accipienti pro te et pro hospitali S. Georgii et pro successoribus eius per hoc instrumentum simplicis donacionis ; idest duas per-

ticas de tornaturia, et perticas tres de iusto podismo, que sunt posite in fundo S. Georgii, infra hec latera : ab uno latere Petrus Maior per nos, ab alio Ugo Orlandi per nos, a tercio hospitale S. Georgii, a quarto Coreclus ; istas duas perticas predictas et tres pedes dono damus tibi supradicto domno Temperato ut deincepbs eas habeatis, teneatis potestatem ordinandi et disponendi et quicquid vobis vestrisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum pro utilitate vestri hospitalis. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris filiis vel heredibus vobis vestrisque successoribus auctorizare et defensare promittimus sub promissione pene quadraginta solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula donacionis maneat firma. Quam vero scribere mando ego presens Henricus in civitate Faventie, in curte Iohannis Sapii atestatione istorum, idest Punziti iudicis, Ermanni causidici, Rugollusi causidici, Tancredi Ugonis Ave, Bernardini Caminice. Et ego Guido Alberici hanc cartulam scribere mando iuxta Crucem coopertam S. Cassiani atestatione istorum, idest Isnardi Balduini, Iacobi Matharassi, Bucoli, Iohannis Boni Medicine et Leonis manus investitoris.

Nos quidem Ugolinus Iohannis Orlandi et Iohannes filius eius firmamus hanc predictam cartulam ideo quia dedistis nobis solidos lucenses quinque atestatione Ugicionis Iohannis Rigice et filii eius et Petri Guarini et Guidonis Alcherii.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 138. - Orig. mm. 318×148. In versu ND.

[1] ND *habet* die XXVIIII mensis marcii

158.

Ad S. Cassianum, 13 iunii 1156.

Iuanellus pro illuminatione animae uxoris suae Carsidoniae donat canonicis S. Cassiani unam petiam terrae sativae in fundo de Solarolo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo sexto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die XIII intrante mense iunii, indicione quarta, actum in portico canonice S. Cassiani. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Iuanellus donator in canonica S. Cas-

siani pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime Carsidonie, que condam fuit uxor mea, do, dono, trado, transfero atque transacto et transcribo atque subduco in ius et dominium canonicorum S. Cassiani per nos sacerdotes et levitam silicet domnum Orlandum atque Gerardum sacerdotes et domnum Arduinum levitam acceptores vobis vestrisque fratribus atque successoribus in perpetuum more salario permanendas; idest unam peciam terre aratorie que est posita in fundo de Solarolo: ab uno latere est via, ab alio latere tenet ecclesia S. Marie in Zagonia, a tercio tenent heredes Ugonis Sarti, a quarto Orlandinus Sclafalardus; infra hec latera iamdicta pecia terre iacet, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, cum omnibus sibi pertinentibus infra se et supra se habentibus. Ut a presenti die aut quandocumque volueritis, liceat vobis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus in predicta pecia terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum meum missum, nomine Iohanne Burla, ut corporaliter in predicta pecia vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis quieto tramite ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime Carsidonie iamdicte et pro animabus parentum eius, quam peciam suprascriptam ipsa reliquid per legatum ex testamentum iure factum iamdicte canonice. Et deinceps non liceat michi iamdicto donatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra vos canonicos, neque contra vestros fratres atque successores, neque per sumissam vel sumittendam a me personam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum, auctorizare et defensare et observare hanc donacionem promitto vobis vestrisque successoribus contra omnes homines secundum racionem et bonum usum; si non observavero vel adimplevero et contra hec ire vel agere aut contendere voluero, tunc daturum me promitto meosque heredes vobis iamdictis canonicis vestrisque successoribus pene nomine soldorum viginti lucensis monete, et pena soluta, hec cartula maneat firma.

Ego Iuanellus laudavi et firmavi hec.

Testes Guillarinus, Seniorellus Citi, Guido Alberti de Casale, Ubaldinus Renoaldi, Cassolinus Petri de Sasso, Iohannes Burla testis et manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 139. - Orig., mm. 387×271.

159.

Ad S. Cassianum, 13 iunii 1156.

Iuvanellus pro redemptione animae Orlandini Alberti Bisaronis donat canonicis S. Cassiani duas petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo sexto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die XIII intrante mensis iunii, indicione quarta, actum in portico canonice S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Iuvanellus, mandato Orlandini Alberti Bisaronis, do, dono, trado atque transacto et transcribo atque subduco in ius et dominium canonicorum S. Cassiani per vos sacerdotes atque levitas, silicet domnum Orlandum atque Gerardum et Arduinum acceptores vobis vestrisque fratribus atque successoribus in perpetuum, more salario permanendas pro redemcione anime iamdicti Orlandini et pro animabus perentum eius; idest medietatem duabus peciis terre que sunt posite in duobus fundis: una pecia est posita prope hospitale Solustre: ab uno latere tenet hospitale, a secundo heredes Lamberti de Trentula, a tercio presbiter Gerardus, a quarto strata Petrosa; alia pecia est posita prope braitam S. Marie in Portu: ab uno latere tenet Albertus Calciaspata, a secundo est via, a tercio * *, a quarto * *; infra hec latera predictas res permanent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Marie in Solustra, quas ipse reliquid per legatum ex testamento iure factum. Ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus in predictis rebus introire et preoccupare atque ingredi ex potestate habeatis, teneatis, possideatis quieto tramite ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut dixi, pro remedio anime iamdicti Orlandini Alberti Bisaronis et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat heredibus predicti Orlandini ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra vos canonicos neque contra vestros fratres atque successores, neque per sumissam vel sumittendam ab illis personam, sed immo omni tempore securi et quieti exinde ma-

neatis in perpetuum, auctorizare et defensare et observare hanc donacionem promitto, mandato Orlandini Alberti Bisaronis, vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus contra omnes homines secundum racionem, si non fecero, tunc daturum me promitto vobis pene nomine soldorum viginti lucensis monete, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego Iuvanellus mandato Orlandini Alberti Bisaronis subscripsi hec suprascripta.

Testes Guillarinus, Seniorellus Citi, Wido Alberti de Casale, Ubaldinus Renoaldi, Cassolinus Petri de Sasso, Iohannes Burla testis et manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 140. - Orig., mm. 368×225. In versu ND.

160.

Ad S. Cassianum, 27 iulii 1156.

Canonici S. Cassiani Orlandino de Peiolo confirmant emphytheusim iam patri eius Peiolo concessam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo sexto, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die quinto exeunte mense iulii, [1] in canonica S. Cassiani, indictione IIII.[ta] Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus uná cum consensu canonicorum ecclesie S. Cassiani confratrum meorum concedimus et largimur tibi presenti Orlandino de Peiolo conductori pro te et pro Constantino fratre tuo [de] toto illo quod nunc tenetis, quod fuit de patre vestro Peiolo, et insuper conductori pro te Girvisa uxore tua quod acquisistis a Cassolo de Gustulo, quod inter omnia est computatum triginta et sex turnaturias, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat; posita quidem sunt hec in loco qui vocatur Casanova et in loco qui vocatur Curriculum, et in loco qui vocatur Segalarium, et in Macerada, et in Curano, aut ubicumque est, quod tenetis a canonica S. Cassiani, cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum cum vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexa-

ginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem, quattuor denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur ; pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos quinquaginta et duos. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus, et si aliquem contractum de supradicta re facere volueritis in nobis ordinatoribus, facere debeatis, si tollere voluerimus pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, hunc liceat vobis dare aliis quibus volueritis, qui nobis eam obediat. Si vero contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverimus vel nos aut nostri confratres vel successores, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam vobis vestrisque filiis et heredibus penam quidem dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Tursellus, Guido de Guitthitto, [2] Gracianus de Athalo, Albertinus de Fulkis, Albertus castaldio, Raimundinus Guidonis de presbitero Azone rogati fuerunt testes.

II, 141. - Orig., mm. 339×232. Charta est lacera in parte superiore et in ND.

[1] ND *habet* die v intrante mense iunii [2] ND *habet* Guido de Gurthichitto

161.

Ad S. Cassianum, 1 augusti 1156.

Canonici S. Cassiani per chartulam pacti Ankebene concedunt unam petiam terrae in Roncalle sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta, temporibus Adriani pape et Federici regis, die prima mensis augusti, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Girardus S. Cassiani canonicus uná cum consensu eiu-

sdem ecclesie, concedimus tibi presenti Ankebene accipienti pro te et pro fratribus tuis unam petiam terre per cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum, quę est posita in loco qui dicitur Roncalle, infra hec latera : ab uno latere heredes Letoli, ab alio Albertus de Casale et Guillarinus, a tercio rivus Linaris, a quarto vero est via. Quicquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibus[que annis] omni marcii mense vel infra indicionem dare nobis et nostris successoribus debeatis nomine pene denarios lucenses duos tantum; eo quidem pacto ut non liceat vobis predictam terram nec vendere, nec donare, neque aliquo modo alienare nisi in nobis vel in nostris successoribus, et si accipere noluerimus, liceat vobis eam dare cui volueritis salva nostra racione. Pro eo quia datis nobis calciarii nomine solidos lucenses viginti et septem. Et ab hinc in antea omnia supradicta auctorizare et defensare promittimus. Si qua vero nostre partis contra omnia supradicta ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium vel interpellationem pene nomine duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 142. - Orig., mm. 360×200.

162.

Solustrae, mense septembri 1156.

Canonici S. Cassiani Grimaldo, Lazarino et Beniamin concedunt in emphytheusim duas partes medietatis unius mansi positi in curte Solustrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Ab anno eius incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta, in mense septembris, in Solustra, tempore Adriani pape et Federici imperatoris. Et ideo nos quidem in Dei nomine presbiter Orlandus et Arduinus per nos et per nostros fratres atque successores vobis in Christi nomine Grimaldo et Lazarino

et Beniamin petitores pro vobis et pro heredibus vestris libellario iure in XX et novem annos ad renovandum damus et concedimus et largimur seu confirmamus in vos rem iuris ecclesię S. Cassiani; idest due partes medietatis unius mansi in curte Solustrę; hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S[olustrę, cum introitu et exitu] suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, possidendum, meliorandum in XX et novem annos ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus singulis quibusque annis octo staria grani et quinque denarios monete lucensis, et unum amiscere, duas bonas focacias et duos bonos capones; et supradictum granum ducere debeatis usque ad domum nostram, et in datione grani, domini aut nuncii eorum honeste recipiantur a vobis et a vestris heredibus. Et non habeatis licentiam vendere, nec donare, neque commutuare, neque commendare, neque loco pignoris ponere, nisi iussu et comandamento ecclesię S. Cassiani; si feceritis, hic libellus sit inanis et vacuus. Et nos cum nostris fratribus atque successoribus vobis vestrisque heredibus supradictam rem ab omni persona auctoriare et defensare promittimus. Si quis vero partis nostrę contra hunc libellum ire temptaverit, det pars parti fidem servanti penam duplam, et post solutionem penę, hic libellus maneat firmus.

Quem ego Guidoto tabellio plebis Solustrę rogatus scripsi.

II, 143. - Orig., mm. 255×187.

163.

Casulae, 3 decembris 1156.

Raynerius Gerardi Marchiselli et frater eius Bretamus refutant canonicis S. Cassiani tabulam unam arvi quam iam pater eorum Gerardus loco pignoris tenuerat.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo sexto, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die tercio intrante mense decembris, indicione quarta, actum in portico canonice ecclesie S. Petri in Casula. Igitur cum auxilio Dei dum adessem ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie et ibique mecum alii boni viri silicet

presbiter Ugo de Casula et presbiter Ildebrandus, Petrus levita, Wido clericus, Zebedeus iudex, Albertus castaldus canonicorum, Ubertinus Petri Uberti, Albergolus frater eius, Preytellus Tebaldi, Gregorius, Albertus Petri Carisie, Dominicus Fulcorum, Balduinus nepos eius, Petrocinus Pizo, Pepo Peporum, Ugo Tonsus, Rubeus frater eius, Albertus Teuzonis, Mancaderata et filius Petri Gise, Mazingo, Pungnator, Iohannes Ugonis et insuper fuit domnus abbas Ubaldus monasterii S. Donati ibi et plures alii. In presencia istorum bonorum hominum et me presente Iohanne notario, Raynerius Gerardi Marchiselli apprehendit virgam in manu sua et misit in manibus sacerdotis Orlandi atque domni Arduini canonici S. Cassiani et dixit ita : Ecce ego me spopondo et diffinicionem et refutacionem atque transaccionem facio pro me et pro fratre meo Bretamo et pro filiis et heredibus nostris in perpetuum ; et Bretamus frater eius in eodem die refutavit et diffinicionem fecit similiter Raynerii fratris eius; idest taulam unam de terra aratoria pro redemcione animarum patris nostri Gerardi et matris nostre, que est posita in fundo de Solimite a limite qui dicitur Solimite, usque ad limitem qui dicitur Spineta, a tercio latere tenent heredes Ugonis Ave et heredes Guidonis Athalasie, a quarto vero latere tenent heredes Benni et filii Arardi Raynerii : infra hec latera predicta taula permanet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus estimata turnaturias viginti et octo et perticas quattuor, si plus est aut minus, in hac cartula permaneat, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quam taulam pater noster Gerardus olim habuit et tenuit per pingnum usque ad mortem eius et in mortem refutavit eam et omnes acciones quas ipse habebat in predicta taula. Ideo nos spopondimus et diffinicionem facimus atque refutacionem de tota predicta taula pro nobis et pro filiis et heredibus nostris vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus in perpetuum pro amore Dei et pro redemcione animarum patris et matris nostre; ab hac ora in antea habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in canonica S. Cassiani. Et deinceps non liceat nobis iamdictis Raynerio atque Bretamo neque nostris filiis et heredibus vobis iamdictis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus de predicta taula terre facere litem vel molestacionem aut querimoniam, neque in placito, nec extra placitum, neque per regalem potestatem neque per ecclesiasticam interpellacionem, vel per ullam

occasionem; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in petpetuum: auctorizare et defensare et observare hanc diffinicionem et refutacionem promittimus vobis canonicis vestrisque fratribus atque successoribus contra omnes homines secundum racionem sub pena medietatem unius libre auri, et pena soluta, hec cartula refutacionis et diffinicionis maneat firma.

Hoc factum fuit in presencia Zebedei iudicis tercio die mensis decembris sub indicione quarta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

II, 144. - Orig., mm. 548×243.

164.

Ad S. Cassianum, 13 ianuarii 1157.

Canonici S. Cassiani unam petiam terrae pro duabus partibus Girardulo et Novelino, pro una vero parte Garatoni et fratribus eius locant.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo, indictione quinta, in canonica S. Cassiani, die tercia decima mensis ianuarii, temporibus Adriani pape et Federici regis. Ego quidem in Dei nomine dompnus Gerardus venerabilis presbiter atque canonicus S. Cassiani uná cum consensu canonicorum omnium concedimus vobis presentibus Girardulo et Novelino duas partes de decem turnaturiis terre et sex perticis et quatuor pedibus: terciam vero partem de predicta terra concedimus tibi presenti Garatoni et fratribus tuis que est posita in loco qui dicitur Cereto, infra hec latera: ab uno latere Temperatus et nos locatores, ab alio Brandolus, a tercio Isnardus Balduini, Rodulfus atque Robezanus, a quarto limes Benni. Quicquid infra hec latera manet, concedimus vobis et vestris successoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum per hoc instrumentum pacti in annis advenientibus sexaginta et novem annis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni marcii mense dare nobis et nostris successoribus cum vestris successoribus cum vestris filiis et heredibus debeatis nomine pensionis denarios lucenses quatuor: pro eo quia vos presentes Girardolus, Novelinus atque Garatone cum fratribus suis mercedis

nomine datis nobis libras lucenses quatuor et solidos lucenses duodecim. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus auctorizare et defensare promittimus sub promissione pene duplum, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani [1] notarius scripsi omnia supradicta sub die et indictione supradicta.

II, 145. - Orig., mm. 355×202. Prima et ultima linea huius instrumenti extant in scriptura maiuscula bullatica. In versu, manu eiusdem notarii Pactum Raimundulorum.

[1] *Bis scriptum* Cassiani

165.

Campiani, 13 februarii 1157.

Ioannes de Hugolino et Ingiza uxor eius vendunt Ioanni de Petrone et Immeldae uxori eius unam petiam terrae sitam in Galzano.

Anno MCLVII, die XIII februarii, in loco qui dicitur Campiano. Nos &c. Iohannes [1] de Ugolino et Ingiza iugalis &c. vendimus tibi &c. Iohanni [1] de Petrone emptori pro te et Immelda iugale tua &c. idest una pezola de terra que est posita in Galzano &c. per hunc nostrum missum Rainuzo de Guarino.

Ego Gerardus Mazolanensis tabellio &c. Testes Gerardus presbiter de ecclesia S. Michaelis et suprascripto Rainuzo.

Ferri, I, 64. - Hoc instrumentum deest archivo S. Cassiani, II, 146.

[1] *Ferri habet* Iohennes *et* Iohenni

166.

Ad S. Cassianum, 7 iulii 1157.

Canonici S. Cassiani locationis titulo concedunt Guidolo filio quondam Blanci Petri de Fora duas tornaturias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo VII, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die VII intrante mense iulii, in canonica S. Cassiani, indictione V. Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus cum consensu canonicorum ecclesie S. Cassiani confratrum meorum libellario nomine concedimus

et largimur tibi presenti Guidolo filio quondam Blanci Petri de Fora condutori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum ; idest duas turnaturias terre laboratorie in fundo qui vocatur Runcalle, in duobus locis : a tribus lateribus unius peciole tenent Peppi nostro iure, a quarto latere Iohannes de Ugo ; a duobus lateribus alterius peciole tenent Peppi nostro iure, a tercio Baldizone, a quarto limes ; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis viginti et novem ad renovandum. Ita ut inferas terraticum nobis secundum usum illius terre et omni anno in vigilia S. Cassiani sex denarios lucenses pro omni alio servicio. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos duos ; et nos cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc locationem firmam tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus, usque ad predictum tempus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque ullum contractum facere nisi in nobis aut in nostris successoribus nisi cum nostra licentia. Si quis vero partis nostre contra hunc libellum ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti, penam decem solidorum luccensium, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Albertinus castaldio.

II, 147. - Orig., mm. 321×122.

167.

Ad S. Cassianum, 18 septembris 1157.

Refutatio ab Albertino Argentoli facta in favorem canonicorum S. Cassiani.

Die XVIII mensis setembris, in castro S. Cassiani, sub anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo, indictione quinta. Noticia recordacionis qualiter et quomodo Albertinus Argentoli diffinivit et refutavit in manibus Ugicionis S. Cassiani accipienti pro canonicis S. Cassiani omnem accionem quia dicebat et spe-

rabat se habere de una petia terrę quam tenet Albericus Peliciarius per predictos canonicos inter duas vias, idest de Roncalle et Purcilla, quod nunquam ulterius nec litem, nec controversiam, nec querimoniam, nec malum aliquod predictis canonicis nec eorum hominibus faciet de supradicta terra, nec ipse, nec aliqua persona ab eo summissa; et si ipse vel eius heredes omnia supradicta non observaverint, vel si contra ea ire, vel agere temptaverit, daturum se esse promisit predictis canonicis pene nomine solidos lucenses centum, et soluta pena, hec diffinitio firma perduret. Hanc autem diffinicionem ideo scribere mando quia pro eo ab Ugicione solidos lucenses quinque accepi. Et ego supradictus Ugicio sub eadem pena promitto vobis domnis meis canonicis cum consanguineo meo Albertino, quod omnia supradicta firma et incorrupta Albertino et Othaldino tenere faciemus et eorum heredibus.

Signorellus Citi, Vivianus Maralde, Albertus Scutarius, Blancus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 150. - Orig., mm. 410×114. In versu, scripta manu eiusdem notarii extat nota Diffinicio heredum Argentoli.

168.

[Ad S. Cassianum], 12 decembris 1157.

Instrumentum quo Omnebene Petri Cassuari de mandato Hugitionis Bertami Arditionis duas tornaturias terrae Zacaro, Rusticello et Iacobo vendidisse constat.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo, indictione v, temporibus Adriani pape et Federici regis, die XII mensis decembris, in porticu Leonis notarii. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Leo S. Cassiani notarius in predicto loco et ibi mecum boni viri quorum nomina sunt hec; idest Baldolus Muthillune, Fuscolus, Ugo de Francia, Clarius Maurini atque Folpretus et aliorum plurium, in istorum omnium presentia et mea venit Onnebene Petri Cassuari et dixit: Ego dico et iubeo tibi predicto Leoni ut meo mandato scribas quia Ugicio

Bertami Arditionis michi mandavit et per manum investitorem dedit Zacaro et Rusticello atque Iacobo ut cartulam vendicionis eius facere mandarem et in possesione in eius vice mitterem de duabus turnaturiis terre que sunt posite in loco qui dicitur Cento infra hec latera: ab uno latere Zebedeus, ab alio predictus Ugicio, a tercio Castellare, a quarto via. Et ego secundum quod ipse michi mandavit scribere tibi mando atestacione supradictorum omnium.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 148. - Orig., mm. 210×170.

169.

Ad S. Cassianum, 18 decembri 1157.

Canonici S. Cassiani Hugoni canonico Celle Volane accipienti pro ecclesia S. Iacobi de Tilio concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in Trentula sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo quinquagesimo septimo, indictione quinta, temporibus Adriani pape et Federici regis, die XVIII mensis decembris, in ecclesia S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus S. Cassiani canonicus uná cum consensu et voluntate canonicorum omnium concedimus et largimur tibi presenti dompno Ugoni venerabili canonico Celle Volane accipienti pro ecclesia S. Iacobi de Tilio et pro fratribus et successoribus tuis eiusdem ecclesie servientibus unam petiam terre, que est posita in loco qui dicitur Trentula, infra hec latera: a duobus lateribus vos conductores, a tercio Silex, a quarto terra S. Alberti cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pentinentibus, scita territorio Corneliensi, plebe Sancti * *, per cartulam pacti ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem annis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni marcii mense vel infra indictionem cum vestris successoribus nobis et nostris successoribus dare debeatis nomine pensionis denarium lucensem unum tantum. Pro eo quia datis nobis pro vobis et pro fratribus et successoribus vestris callciarii nomine solidos lucenses triginta et sex. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris successoribus auctorizare et defensare

promittimus sub promissione pene duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma. Albertinus castaldus canonicorum, Peregrinus Laurencii manus investitor.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

II, 149. - Orig., mm. 490×150. In versu extant notae, manu Leonis notarii Cartula pacti S. Iacobi in Tilio ; *manu saeculi XIII a)* Cella de Volana ; *b)* Cartula Celle Volatii.

170.

Ad S. Cassianum, 16 ianuarii 1158.

Canonici S. Cassiani Gisotulo et Zanzulo concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae sitas in loco Cotharinus Farneti nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo, indictione vi, temporibus Adriani pape et Federici regis, die sexta decima mensis ianuarii, in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Girardus S. Cassiani canonicus uná cum consensu et volunta⟨te⟩ canonicorum omnium eiusdem ecclesie concedimus et largimur vobis presentibus Gisotulo et Zanzulo vestrisque successoribus per cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest duas turnaturias terrę que sunt posite in loco qui dicitur Cotharinus Farneti, infra hec latera : ab uno latere Odoli, ab alio Baldicio, a tercio Follis, a quarto Coreclus. Quicquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo, concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum, ita sane ut omni marcii mense vel infra indictionem dare debeatis nobis et nostris successoribus nomine pene denarium unum lucensem tantum. Pro eo quia datis nobis callciarii nomine solidos lucenses decem et octo, eo quidem pacto ut non liceat vobis neque vestris successoribus predictam terram nec vendere, nec donare, neque aliquo modo alienare nisi in nobis vel in nostris successoribus, si accipere voluerimus, pro denariis xii minus quod de ea, salva fide, habere potueritis, si autem accipere noluerimus, liceat vobis eam dare nostro consensu cui volueritis, salva nostra racione. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris successoribus, vobis vestrisque heredibus auctorizare

et defensare promittimus sub promissione pene duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 5. - Orig., mm. 307×215.

171.

Ad S. Cassianum, 31 ianuarii 1158.

Chartula conductionis qua canonici S. Cassiani Petricino Capharelli, Morandolo et Ioanni Bono Gisulfo concedunt fundum qui Prathore vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo octavo, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die ultimo mensis ianuarii, in porticu canonice S. Cassiani, indictione VI. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum concedimus et largimur nomine pacti in primis tibi presenti Petricino Capharelli conductori pro te et pro Guilla uxore tua, et tibi Morandolo pro te et Imilla uxore tua et pro Hermelina cognata tua, vobis omnibus prenominatis in medietate dicende rei; in tercia vero parte de alia medietate tibi Iohanni Bono Gisulfo pro te et Maria uxore tua, et in alia tercia parte tibi Iohanni Bono Lonbardo conductori pro te et pro Balda uxore tua, atque in alia tercia parte tibi Gisulfo pro te et pro sorore tua Aldegarda et pro viro suo nomine Miso, et tibi Nigrobono pro te et pro Aginilda uxore tua, vobis quidem omnibus prenominatis conductoribus vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum concedimus et largimur vobis; idest quantum detinetis ad iura nostra in integrum in fundo qui vocatur Prathore: ab uno latere Scilice, ab alio latere tenet Mabilia quondam uxor Guitholotti Iohannis de Bonio et Taurellus et Ugo Gualandus atque Vivianus Ugonis Cethrene et Mariscottus et Guido Lamberti de Capharello et Gerardinus Petri de Uberto, a tercio latere tenet filius Taviani de Scalvatha, a quarto latere tenent Laurentius Cantone et Bonuspetrus de Petricino et Maccolus atque Rodulphinus de Ursa. Quantum infra hec supradicta latera designata iacet et pro nobis tenetis, constitutum territorio Corneliensis et plebe S. Laurentii, concedimus et largi-

mur vobis ad habendum, tenendum, possidendum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem quattuor denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis libras septem et mediam. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis conductoribus neque vestris filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare, neque aliquem contractum facere nisi inter vos, et si tollere nolueritis, in nobis facere debeatis, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec omnia, que superius leguntur, ire, vel agere, vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti servanti penam mediam libram auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Albertinus castaldio; Strufolus filius quondam Rodulfini de Martignano, Ottoringus frater eius, Framesinus, Gerardinus Petri de Uberto, Ubertinus Ugonis de Bonzo, Ugo de Francia rogati fuerunt testes.

III, 6. - Orig., mm. 565×208.

172.

Imolae, 21 augusti 1158.

Bulgarus pro salute uxoris suae Dadillae defunctae donat canonicis S. Cassiani tres tornaturias terrae in fundo Ortinaula sitas.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, indicione sexta, in civitate Immola, in ecclesia S. Mariç in Regula, die undecimo exeunte mense augusti, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, in nomata ecclesia S. Mariç. Erat epyscopus Rodulfus S. Cassiani ibique cum canonicis S. Cassiani, et abbas

S. Donati cum monachis suis, et ibi abbas S. Apostoli cum monachis suis, et ibi canonici S. Marię de castro Immole, nec non canonici S. Laurencii, et capellani Immole et multi laici de Immola et ex aliis locis homines et clerici ibi erant eo die, quo die in ecclesia S. Marię in Regula iacebat mortua Dadilla quondam coniux Bulgari Ugonis Petri Bulgari : et abbas et monachi S. Marie ibi erant, et epyscopus missam cantabat, et predicti clerici et monachi oficium predicte defuncte faciebant; in presencia istorum et multorum aliorum et me presente Petro Immolensi notario et presentibus Mascarone et Petro Guarino et Becco Alberti Alberici. Ego Ubaldinus filius Ugonis Solustre manus investitor. Venit Bulgarus Ugonis Petri Bulgari et investivit presbiterum Gerardum canonicum S. Cassiani de tribus tornaturiis terrę laboratorie, receptorem pro ecclesia S. Cassiani et pro se et pro confratribus suis canonicis S. Cassiani et pro successoribus canonicorum S. Cassiani; et dixit: Ego Bulgarus transhacto omnibus modis et do iamdictas tres tornaturias terrę ad ecclesiam S. Cassiani et vobis canonicis S. Cassiani ut quiete et paciffice habeatis, teneatis et possideatis iamdictam terram in perpetuum, pro anima Dadille uxoris mee et pro remissione suorum peccatorum. Que vero terra est in fundo qui dicitur Ortinaula, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani : ab uno latere tenent predicti canonici S. Cassiani, ab alio latere tenet Nicetolus, a tercio latere similiter tenent canonici prenominati, a quarto latere tenet Zacharia. Infra hec latera do vobis canonicis iamdictam terram cum omnibus usibus et reditibus, quos nunc usque habui de predicta terra, deinceps in perpetuum sine omni lite mea et meorum heredum habeatis et teneatis et possideatis. Et ego, me et meos heredes, vobis canonicis et vestris successoribus hanc terram auctoriare et defensare et non repetere, ne(c) revocare promitto vobis sub paena duarum auri unciarum. Et si ego et mei heredes ullo tempore per ullum humanum ingenium ullo in loco contra hanc transhactionem et contra hec omnia fecerimus, paena data vobis et soluta, hec omnia in perpetuum firma maneant. Et rogo Petrum notarium Immolensem ut scribat hec omnia et micto in manibus tuis Ubaldinum de Solustra ut te de predicta terra investiat et corporaliter te pro omnibus confratribus tuis in possessionem mittat. Ego Petrus notarius rogatus scripsi. Ego Ubaldinus de Solustra testis et manus investitor sum huius rei.

Ego Mascarone vidi et audivi et testis sum. Ego Petrus Guarinus vidi et audivi et testis sum huius rei. Ego Beccus de Alberto de Alberico vidi et audivi et testis sum huius rei.

III, 7. - Orig., mm. 560×174. Charta aliquantum lacera est: in versu, manu saeculi XII a) Cartula canonicorum S. Cassiani; *b)* Donatio Dadile pro anima sua. - *Zaccaria, II, 48; Mazzatinti, vol. I, fasc. III, 187.*

173.

Casulae, 30 novembris 1158.

Rumbatrix vidua Arardi Rainerii Petro Garamanzo concedit in emphytheusim sex turnaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die ultimo exeunte mense novembris, [1] indicione VI, actum in ecclesia S. Petri in Casula. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Rumbatrix relicta Arardi Raynerii per huius cartule mee vocis, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti [die] tibi presenti in Dei nomine Petro Garamanzo petitori pro te et pro coniuge tua Remengardina et pro filiis et heredibus tuis in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedo et largior seu confirmo, presente et consenciente Ubertino filio meo, et pro aliis filiis meis Alberto atque Guidone et pro heredibus meis; idest sex tornaturias terre in duobus fundis; in fundo de Guallanico duas turnaturias terre in duobus locis; in uno loco: ab uno latere tenent heredes Ardicionis, a secundo Ugo Blancus, ab aliis duobus lateribus tenent li Bulgari; in alio loco: ab uno latere tenent li Ardiciones, a secundo Grittus, ab aliis duobus lateribus tenent li Bulgari; quattuor tornaturias terre sunt posite in fundo de Solarolo in duobus locis; in uno loco: ab uno latere tenet Ugo Rogate, a tribus lateribus tenent li Bulgari; in alio loco: ab uno latere tenet canonica S. Marie in Portu, a secundo li Bulgari, a tercio Ugo Apesapanis, a quarto est limes; infra hec latera predicte sex tornaturie terre iacent cum omnibus sibi pertinentibus infra se super se habentibus,

territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, et plebe S. Marie in Solustra. Quas concedo tibi ad habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, salva sanacione domnica persolvenda; ita sane ut inferatis cum filiis et heredibus tuis michi meisque filiis et heredibus omni marcii mense aut infra indicionem denarios quattuor lucensis monete tantum. Pro eo quia dedisti michi Rumbatrici solidos viginti et octo lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi iamdicte ordinatrici neque meis heredibus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus predictas res tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneas, sicut superius legitur, auctorizare et defensare et observare hoc pactum promitto per me et per meos heredes tibi tuisque heredibus contra omnes homines cum racione, si non observavero vel adimplevero et contra hec ire, vel agere, aut contendere voluero, tunc daturam me promitto meosque heredes tibi tuisque heredibus pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Ego Rumbatrix ordinatrici subscripsi. Testes Ugo Pezo, Ugo Guidonis Pepi, Vivianus Rustici Grosule, Iohannes Grassus, Albertus Menute, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 8. - Orig., mm. 310×203. In versu XD *in qua indicatio fundi Guallanici finium ordinem invertit, et inter fines invenitur* Nordillus.

[1] *In* XD *legitur* die ultimo exeunte mense decembris

174.

Ad S. Cassianum, 3 decembris 1158.

Refutatio unius petiae terrae facta ab Agrestulo et Orlando in favorem canonicorum S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die tercio intrante mense decembris, indicione VI, actum iuxta crucem S. Cassiani in strata Petrosa. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Agrestolus atque Orlandus, germanis fratribus, damus, tradimus atque refutacionem et diffinicionem facimus canonicis S. Cassiani pro nobis et pro filiis et heredibus nostris per te Albertum castaldum re-

ceptorem in vice canonicorum suorumque successorum ; idest omnes acciones et pertinencias quas habemus et tenemus et nobis pertinet, silicet in duas partes unius pecie terre que est in loco qui dicitur Dullulo in fundo de Runcalla : a tribus lateribus tenent canonici, a quarto latere est via. Infra hec latera duas partes predicte pecie terre iacent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Ab ac ora in antea liceat iamdictis canonicis in predictis duabus partibus introire et preoccupare atque ingredi ex potestate habeant, teneant, possideant cum suis, successoribus in perpetuum. Pro eo quia Tedericus masarius atque Mazingus frater eius dederunt nobis solidos triginta et duos et medium lucensis monete. Et deinceps non liceat nobis iamdictis, silicet Agrestulo atque Orlando refutatoribus atque diffinitoribus ullo unquam in tempore facere litem, vel molestacionem aut querimoniam de predictis duabus partibus predicte pecie terre contra iamdictos canonicos neque contra suos successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam, neque in placito neque extra placitum, neque per ullam occasionem, si non observaverimus et contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturi nos promittimus nostrosque heredes iamdictis canonicis suisque successoribus ⟨sub⟩ pena dubpla, et pena soluta, hec cartula refutacionis atque diffinicionis maneat firma.

Ego Agrestolus et Orlandus subscripsimus hec.

Teste⟨s⟩ Spersonatus, Baldolus Muthillune, Brocolus, Vivianus Maralde, Petrus de Tuschi, Maltalentus, Nicola de Immola, Buccavitellus, isti fuerunt ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 10. - Orig., mm. 325×219. In versu ND.

175.

Ad S. Cassianum. 4 decembris 1158.

Canonici S. Cassiani Petro Maiori concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae in loco Brusati sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape

et Federici imperatoris, die quarta intrante mense decembris, indicione VI, actum in claustro canonice S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine domnus Orlandus sacerdos et Gerardus sacerdos atque canonici S. Cassiani et fratres nostri sacerdotes et levite atque clerici per huius cartulam nostrarum vocum, professionis, sponsionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti die tibi presenti in Dei nomine Petro Maiori petitori pro te et pro filiis et heredibus tuis in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedimus et largimur seu confirmamus res iuris nostrorum predictorum ordinatorum; idest duas turnaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur Brusati: ab uno latere tenet Martinus Sperduttus, a secundo Spersonatus, a tercio li Sarti de Immola, a quarto heredes Alberti Bisarone; infra hec latera res iacent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quas concedimus tibi ad habendas, tenendas, possidendas, defensandas et omnibus meliorandas in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, salva sanacione domnica persolvenda; ita sane ut inferatis cum filiis et heredibus tuis nobis iamdictis ordinatoribus nostrisque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidos decem lucensis monete mercedis nomine. Eo tenore ut non habeas licenciam cum filiis et heredibus tuis de predictis rebus vendere, donare, neque commutuare neque alico modo alienare quibusdam hominibus, si necesse fuerit tibi, nisi nobis iamdictis ordinatoribus minus quam in aliis, aut nostro sensu dare cui volueritis. Et ab hodierna die non liceat nobis iamdictis ordinatoribus neque nostris successoribus vobis prenominatis petitoribus vestrisque heredibus predictas res tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securi et quieti exinde maneatis usque in predictis annis, auctorizare et defensare et observare hoc pactum promittimus per nos et per nostros successores tibi Petro Maiori tuisque filiis et heredibus contra omnes homines cum racione sub pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Testes Zebedeus iudex, Tedericus masarius, Mazingus frater eius, isti fuere ad omnia suprascripta. Albertus castaldus manus investitor.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 11 - Orig., mm. 290×223. In versu, manu saeculi XII Appera Petri Maioris; *manu saeculi XIII* Tenet Albertinus frater Bene de Casale.

176.

Ad S. Cassianum, 24 decembris 1158.

Canonici S. Cassiani Hugitioni et Alberto concedunt in emphytheusim unius mansi medietatem.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die octavo exeunte mense decembris, indicione VI, actum in claustro canonice S. Cassiani. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis sacerdos atque canonicus S. Cassiani et fratres mei sacerdotes et levite atque clerici per huius cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti die vobis presentibus in Dei nomine Ugicioni atque Alberto filio condam Alberti petitoribus pro vobis et pro uxoribus vestris Gisla atque Gisla et pro filiis et heredibus vestris in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedimus et largimur, seu confirmamus res iuris iamdicte canonice; idest medietatem unius mansi quem tenebat Albertum Buccafortem cum suis consobrinis ad iura iamdicte canonice, in loco qui dicitur * * cum terris et vineis et cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quam medietatem unius mansi concedimus vobis iamdictis petitoribus vestrisque filiis et heredibus ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, salva racione

domnica persolvenda, ita sane ut inferatis cum nostris filiis et heredibus nobis iamdictis canonicis nostrisque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedistis nobis canonicis libras octo lucensis monete mercedis nomine. Eo tenore ut non habeatis licenciam de predictis rebus vendere, donare, neque commutuare, neque alico modo alienare quibusdam hominibus, si necesse fuerit vobis, nisi nobis iamdictis canonicis nostrisque successoribus aut nostro sensu dare cui volueritis. Et ab hodierna die non liceat nobis iamdictis canonicis neque nostris successoribus vobis prenominatis petitoribus vestrisque filiis et heredibus predictam medietatem unius mansi tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed (se)curi et quieti exinde maneatis, sicut superius legitur. Et si co tempore quempiam personam hominum surrexerit que vobis eiusdem rei partem vel totam tollere voluerit, nos cum nostris successoribus ab omni persona hominum defensare et auctorizare et observare hoc pactum promittimus per nos et per nostros successores vobis vestrisque filiis et heredibus contra omnes homines cum racione; si non observaverimus vel adimpleverimus et contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturum nos promittimus nostrosque successores vobis vestrisque filiis et heredibus dubpli pena, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

Testes Malvecinus comes, Wido de Trathauzo, Zebedeus iudex, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 12. - Orig., mm. 410×185.

177.

Ad S. Cassianum, mense decembri 1158.

Canonici S. Cassiani Orlando collegae concedunt in emphytheusim unam tornaturiam terrae positam in loco Casalteula dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, indicione VI, actum in claustro canonice S. Cassiani, in mense decembris. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture

vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Gerardus venerabilis sacerdos atque canonicus S. Cassiani cum consensu fratrum meorum sacerdotum diaconorum atque clericorum eiusdem ecclesie per huius cartulam mee vocis professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti die tibi presenti in Dei nomine domno presbitero Orlando canonico S. Cassiani petitori pro te et pro tuis successoribus in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; per hanc cartulam pacti concedo et largior seu confirmo rem iuris suprascripte canonice; idest unam turnaturiam terre que est posita in loco qui dicitur Casalteula: ab uno latere tenent heredes predictorum donatorum, ab alio Iohannes Cassiani, a tercio nepotes eius Marescottus et frater eius, a quarto Cassolus Alberti Zosfredi; infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani. Quam concedo tibi ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, salva racione domnica persolvenda: ita sane ut inferatis cum tuis successoribus nobis canonicis nostrisque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis solidum unum lucensis monete mercedis nomine; eo tenore ut non habeatis licenciam de predicta re vendere, donare, neque commutuare, neque alico modo alienare quibusdam hominibus, si necesse fuerit tibi, nisi nobis canonicis et nostris successoribus vel nostro sensu dare cui volueritis. Et ab hodierna die non liceat nobis canonicis, neque nostris successoribus tibi prenominato presbitero Orlando, neque tuis successoribus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneas, sicut superius legitur; auctorizare et defensare et observare hoc pactum promitto per me et per meos fratres atque successores tibi tuisque successoribus contra omnes homines cum racione, si non observaverimus, vel adimpleverimus et contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturi promittimus per nos et per nostros heredes tibi tuisque successoribus ⟨sub⟩ dubpli pena, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 9. - Orig., mm. 343×226.

178.

[Ad S. Cassianum, 1158].

Cessio unius petiae terrae a canonicis S. Cassiani facta.

[In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo c quinquagesimo octavo, indi]ctione vi, temporibus Adriani pape [1] [et Federici imperatoris] . . . . . Notitia recordationis . . . . presbiter Iohannes, presbiter Rodulfus, Ar[ardus . . . . . . Ar]duinus et ceteri frates dederunt Bo . . . . estimatam tornaturias duas, que est posita . . . . petiam terre positam in Casanova, duobus . . . . [deb]eat laborare et propaginare et cultare et . . . . quę et omnium fructuum tam de uve quam de arboribus . . . . supradictis canonicis et eorum successoribus in perpetuum. medie . . . . partem * * et promisit supradictus . . . . se daturum omnia, ut supra dictum est, ... tenere et non corumpere sub pena centum . . . . ci scribere rogaverunt, et decimas et supraditam . . . .

[Testes] . . . . . Temperatus.

III, 3. - Orig. fragmentarium, mm. 220×118. Charta, scripta manu Hugonis notarii uti n. 180, sinistrorsum fere omnis corrosa est.

[1] *Ab indictione VI et a pontificatu Adriani deducitur annus 1158.*

179.

Ad S. Cassianum, 1158.

Cessio emphytheutica unius braytae a canonicis S. Cassiani facta in favorem Triisoldi eiusque fratrum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius mc quinquagesimo octavo, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, indictione vi, actum in claustro canonice S. Cassiani. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine domnus Orlandus et domnus Gerardus sacerdotes atque canonici S. Cassiani et alii nostri fratres sacerdotes, levite atque boni

clerici eiusdem ecclesie concedimus et largimur seu confirmamus res iuris predicte canonice tibi presenti in Dei nomine Triisoldi petitori pro te et tuis fratribus Iohanne atque * * et pro filiis et heredibus vestris in annis advenientibus treginta ; idest braytam unam quam Bonifacius de Solustra reliquid nobis per legatum ex testamento iure factum pro redempcione anime sue. Per testum huius pagine concedimus tibi et fratribus tuis ad laborandum et dare debeatis nobis medietatem de omnibus fructibus blavium maioris vel minoris iamdicte brayte et decimas et dare nobis carigium unum in illo anno in quo blavata est. Eo tenore ut debeatis predictam braytam bene laborare et bene allethamare totam et facere eam perfectam terram per bonam fidem sine fraude. Et si quis partis nostre contra hoc contractum ire vel agere aut contendere voluerimus, si non observaverimus vel adimpleverimus, sicut superius legitur, ded pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem sub pena soldorum decem lucensium, et pena soluta, hoc contractum maneat firmum.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 4. - Orig., mm. 175×148.

180.

[Maceratae, 1158-1184].

Iusiurandum quo Raymundus de Cafrezana, presbyter Orlandus de Valvezana, presbyter Albertus aliique plurimi negant ecclesiam S. Ambrosii aliasque Massae ecclesias dedisse collectam episcopo S. Cassiani et plebi Gipsi reverentiam fecisse.

Dum adessem ego Ugo notarius ibique mecum boni viri presbiteri atque laici, videlicet presbiter Cristianus, presbiter Rodulfus, presbiter Azo, et multi laici quod valde longum ascribendum est. In istorum presentia presbiter Raimundus de Cafrezana iureiurando corporaliter prestito iuravit et per iusiurandum dixit quod nunquam vidit nec audivit aliquo in tempore quod ecclesia S. Ambrosii vel alias capellas de la Massa unquam dedisse colectam episcopo S. Cassiani vel fecisse aliquam reverentiam ad plebem Gipsi, vel collectam nisi tantum modo unam precessionem in ebdomada aulive, quando fecerunt col-

lectam, dederunt in manu canonicorum. Illud idem iuraeiurando dixit presbiter Orlandus de Valvezana et presbiter Albertus. Illud idem iuraverunt Albertus de Bona, Iohannes de Feruzo, Peppolus de lo Castellare, Ugolinus de la Saltella, Girardinus de Guilielmo, Medicus, Albertinellus de lo Monte, Benzo Geizolus. Item dixerunt per iusiurandum quod sunt semper soliti accipere ordines et crisma per manus canonicorum S. Cassiani. Hoc factum fuit coram presentia presbiteri Cristiani, et canonici et domini Ugonis levite S. Cassiani. Isti autem omnes qui iuraverunt, investierunt plures alios homines, qui ibi aderant, tam clericos quam laicos, si necesse fuerit, quod iurent supra animas eorum predictorum iuratorum hec supradicta vera esse, et iterum prescripti sacerdotes dixerunt per illorum iuramenta hoc vidisse a tempore Ubaldi electi in episcopatu S. Cassiani.

Ego Ugo notarius de Macerata huic rei interfui et auditis sacramentis a clericis et a laicis ante altare S. Ambrosii manu mea propria hec predicta scripsi, subscripsi.

II, 128. - Orig., mm. 280×154. Hugonis notarii de Macerata, vel S. Cassiani, vel episcopi, vel tabellionis episcopi extant documenta exarata inter annos 1158 et 1184. — Zaccaria, I, 128.

181.

Ad S. Cassianum, [1158-1187].

Guido de Oddo et Laiana uxor eius, sibi usufructo reservato, donant canonicis S. Cassiani unam petiam arvi et vineae sitam in loco qui Pastenetholum vocatur.

Die xx mensis octubris sub porticu canonice S. Cassiani [1] . . . . . Nos Guido de Oddo et Laiana uxor eius damus et donamus tibi dompno Rodulfo preposito canonice S. Cassiani accipienti pro te tuisque confratribus et successoribus in ecclesia S. Cassiani in perpetuum commorantibus et servientibus, idest unam peciam terre et vinee in loco qui vocatur Pastenetholum, computatam quinque turnaturias et si plus est in eodem contractu permanet: ab uno latere heredes Alberici fratris mei, ab alio Guarinus . . . . et heredes predicti Alberici, a duobus lateribus . . . . pro anima nostra nostrorumque p[arentum] . . . .

Ita ut sit in nostro usufructu ..... [et post] nostrum obitum habeatis et tene[atis] ..... ecclesie S. Cassiani, et xx solidos computatam ...... obitum nostrum annuatim ....

III, 115. - Orig. fragmentarium, mm. 171×140. Charta valde lacera est secundum marginem dexterum, caret margine superiore absciso. Scripta est manu notarii Pizoli. Ab anno 1158 ad annum 1187 invenimus notarium Pizolum et praepositum Rodulphum. In calce documenti scripti manu eiusdem Pizoli legimus dixit et facta sunt. *In versu extat fragmentum* XD ...... Coffo, Vasallosuo, Pepolus, Ildrevandolus .., Orlandolus, Ugolus, Martinus, Guidolus Montanario, Martinellus ....

[1] *Verba* Dic-Cassiani *deleta sunt.*

182.

Ad S. Cassianum, 17 ianuarii 1159.

Canonici S. Cassiani Ioanni Rizoni concedunt in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo nono, tempore Adriani pape et Federici imperatoris die septimo decimo intrante mense ianuarii, indicione VII, actum in claustro canonice S. Cassiani. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scriture vinculis anotari ne varietate temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Ego quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicorum fratrum meorum eiusdem canonice per huius cartulam nostrarum vocum, professionis simulque pacti statuti, conveniencie largietatis a presenti die tibi presenti in Dei nomine Iohanni Rizoni petitori pro te et pro coniuge tua Teuza et pro filiis et heredibus tuis in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedo et largior seu confirmo res iuris iamdicte canonice, idest casamentum unum positum in castro S. Cassiani, in fronte perticam unam et mediam : ab uno latere est via, a secundo latere tenet Raynus, a tercio Martinus Montanarius ad iura canonicorum, a quarto vero latere est ripam fossati iamdicti castri ; infra hec latera predictum casamentum iacet cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, eiusdem plebis S. Cassiani. Quod concedo tibi Iohanni Rizoni tuisque filiis et

heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum usque in predictis annis ad renovandum, salva racione domnica persolvenda; ita sane ut inferatis cum filiis et heredibus tuis michi iamdicto ordinatori meisque fratribus atque successoribus omni marcii mense aut infra indicionem denarium unum lucensem et duos denarios monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti nobis canonicis denarios decem et octo lucensis monete mercedis nomine; eo tenore ut non habeatis licenciam de predicto casamento vendere, donare neque commutua⟨re⟩, neque aliquo modo alienare quibusdam hominibus, si necesse fuerit tibi tuisque heredibus, nisi nobis canonicis nostrisque successoribus vel nostro sensu dare cui volueritis: amodo non liceat nobis iamdicto ordinatori neque meis fratribus atque successoribus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus predictum casamentum tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneas. Ego iamdictus Orlandus canonicus et fratres mei ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus per nos et per nostros successores tibi tuisque filiis et heredibus hoc pactum contra omnes homines cum racione sup pena dubpla, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 16. - Orig., mm. 326×217.

183.

Ad S. Cassianum, 18 ianuarii 1159.

Emphytheusis supra unam petiam terrae et vineae a canonicis S. Cassiani Albertino Buzeforti concessa.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, indicione VII, temporibus Adriani [pape] et Federici inperatoris, die octavo decimo mensis ianuarii, in porticu canonicorum S. Casiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus canonicus S. Casiani uná cum consensu fratrum meorum canonice S. Casiani, concedimus tibi Albertino Buzeforti tuisque filiis et heredibus hoc

quod pater tuus abuit et tenuit a nobis et tu nunc habes, excepto quod dedimus Uguicioni et Albertino Athalasie, et concedimus tibi duas tornaturias terre que fuerunt Albertini Furantisdiem, [1] que sunt posite in loco qui dicitur [2] Quercetho infra hec latera: ab uno latere Aldrevanduzo, ab alio latere Iuanellus, a tercio Aldebrandus Bonegentis, a quarto vero latere via; per cartulam pacti: et concedimus tibi aliam peciam terre cum vinea posita in loco [qui dicitur Pet]riolo [3] infra hec latera: ab uno latere Rodulfus Ioannis Orlandi, ab alio latere A[ldrev]anduzo, [3] a tercio Coreclus, a quarto vero latere heredes Athalasie; et concedimus tibi aliam peciam terre cum vinea in loco qui dicitur Petriolo, infra hec latera: ab uno latere Albertinus Calzaspathe, ab alio latere nos supradicti hordinatores, a tercio Coreclus, a quarto vero latere via. Hec omnia, que superius leguntur, concedimus tibi tuisque filiis et heredibus per cartulam pacti ad abendum, tenendum, posidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferas nobis denarios luccenses unum pro pensione. Et nos supradicti ordinatores reddere debeamus tibi pro feudo hunc denarium, quia noster fideles [4] cum nostris successoribus tibi tuisque heredibus auctoriare et defensare promittimus, pro eo quia tu presens Albertus das nobis solidos xx luccenses. Et ab hodierna die non liceat tibi vel tuis heredibus predictam rem vendere, nec donare neque aliquo modo alienare nisi in nobis supradictis ordinatoribus minus xii denariis luccensibus, si accipere voluerimus, et si noluerimus, cum nostro consensu alicui dare debeas; et si omnia, que superius leguntur, non fuerint observata, tunc promittimus nos nostrosque successores esse daturos penam duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma. Albertus castaldus manus investitor.

(Aa). Ego Orlandus presbiter manu mea subscripsi. Ego Gerardus presbiter manu mea subscripsi. Ego presbiter Rodulfus subscripsi. Ego Iohannes presbiter subscripsi. Ego Arduinus diaconus manu mea subscripsi. Ego Ubaldus diaconus subscripsi. Ego Tibertus diaconus manu mea subscripsi. Ego Isnardus subdiaconus subscripsi. Ego Arduinus subdiaconus subscripsi. Ego Gotifredus subdiaconus subscripsi. Ego Albericus subdiaconus subscripsi.

[ST]. Ego Albericus S. Casiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 18. - Orig., mm. 430×237. Charta aliquantulum lacera est. In versu ND. = *III, 17. - Aliud orig., mm. 459×200, quod caret subscriptionibus et* ND *in versu.*

[1] *Aliud orig. refert* Furantisdie [2] *Inter* dicitur *et* Querceto *scripta haec erant verba* Petriolo infra haec latera *postea delecta.* [3] *Haec redidimus ab alio orig. deprompta.* [4] *Verba* recdere - fideles *interscripta sunt.*

184.

Imolae, 23 ianuarii 1159.

Canonici S. Cassiani Guidoni priori concedunt in emphytheusim petiam terrae de fundo Zulinzaga, et casamenta Imolae sita.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo nono, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die nono exeunte mense ianuarii, Imole, in canonica S. Iacobi, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi dompno Guidoni priori, conductori pro te et pro sororibus tuis Avila et Mirabilis, in sex turnaturiis dicendę rei, et item conductori pro Sbrigolo in tribus tornaturiis, et si plus sunt in eodem contractu permaneat, que sunt posite in fundo qui vocatur Zulinzaga, in tribus locis : ab uno latere unius pecie tenet Rozerius Martignani, ab alio iura hospitalis S. Sepulchri, a tercio Scilice, a quarto via : ab uno latere alterius pecie tenet Iohannes Auca, ab alio Bulgari, a tercio Perolus, a quarto via: ab uno latere tercie pecie tenet Rainerius Cethrene, ab alio iura Celle Volane, a tercio heredes Rodulfi de Macerada, a quarto latere via ; et insuper concedimus vobis casamenta que tenetis pro nobis in civitate Imola : ab uno latere strada publica, ab alio via, a tercio tenet Nichola nostro iure, a quarto latere tenet filius Albertini de Gisla. Quantum infra hec latera designata iacet et nobis pertinet, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum cum vestris successoribus ac filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus cum

vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine xx solidos luccenses. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis conductoribus supradictam rem nec vendere, nec donare neque contractum cum aliquo facere nisi in nobis, si tollere voluerimus, pro xii denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Albertinus castaldio.

III, 14. - Orig., mm. 300×250. In versu, scriptum manu eiusdem notarii Appare Guidonis prioris et sororum eius Avile et Mirabilis; *manu saeculi XIII a)* Ugolinus filius Guarinelli possidet hanc, et Guido de Ablata (?) .....: *b)* Zulenzaga.

185.

Imolae, 30 ianuarii 1159.

Canonici S. Cassiani Guillelmino Petri de Albizo concedunt in emphytheusim unam petiam arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo nono, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die secundo exeunte mense ianuarii, Immole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione vii. Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti Guillelmino Petri de Albizo conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam quattuor turnaturias, que est posita in fundo qui vocatur Zulinzaga: ab uno latere tenet Albertinus Iohannis Blanci, ab alio Rozerius Martignani, a tercio

Ildebrandus Sedonie, a quarto latere Scilice; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos xx; et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nobis aut in nostris successoribus si tollere voluerimus, pro xii denariis minus quam ab aliis habere poteritis; et si tollere noluerimus, liceat tibi dare alii(s) qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare presumpserit, det pars parti fidem servanti penam unius uncie auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

III, 13. - Orig., mm. 290×203. In versu, manu saeculi XII Hanc habent Guillelminazi quam emerue(re) a Guidone de la Trappola; *manu saeculi XIII* Fundum Zulezache.

186.

Ad S. Cassianum, 3 februarii 1159.

Canonici S. Cassiani Rustico Mallavaze concedunt in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, indicione vii, temporibus Adriani pape et Federici inperatoris, die tercio mensis februarii, in porticu canonicorum S. Casiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu fratrum meorum concedimus et largimur tibi Rustico Mallavaze receptori pro te et pro filiis et heredibus tuis, idest unum casamentum positum in castro S. Casiani, in frontibus

perticas tres et in longitudine duas et mediam, infra hec latera: ab uno latere Stemperatus, ab alio Burga Lambertini, a tercio ripa ipsius castri, a quarto latere via, per cartulam pacti; quicquid infra hec latera manet, concedimus tibi tuisque filiis et heredibus ad abendum, tenendum, posidendum, supersedendum et defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii vel infra indicionem ⟨inferas nobis⟩ pro pensione denarios luccenses duos. Et ab hinc in ante⟨a⟩ nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus tibi tuisque filiis et heredibus auctoriare et defensare promittimus; pro eo quia tu presens Rusticus dedisti nobis denarios luccenses XVIII. Eo pacto ut non habeas licenciam vendere, nec donare neque alico modo alienare nisi in nobis, si accipere voluerimus, si noluerimus, nostro consensu dare debeatis cui volueritis salva nostra racione; et si contra hec facere tentaverimus aut nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores esse daturos vobis vestrisque filiis et heredibus penam duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma. Albertus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus S. Casiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 19. - Orig., mm. 360×164. In versu, eadem manu Apere Rustici Mallevaze.

187.

[Imolae], 4 februarii 1159.

Rodulphus episcopus Corneliensis Ecclesiae canonicis plebis S. Laurentii confirmat omnia iura et privilegia a praedecessoribus suis concessa.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo nono, temporibus Adriani pape et Federici regis tunc [1] in Italia existentis, die quarto mensis februarii, in plebe S. Laurentii, indictione septima. Petistis a nobis quidem in Dei nomine Rodulfo sancte Corneliensis Ecclesie episcopus, presbiter Petrus, presbiter Ubaldus, presbiter Rambertus, presbiter Alexius et Macerada ut vobis confirmaremus

quod antiquitus per nostros antecessores in ecclesia plebis S. Laurentii datum et concessus erat et quod predictam plebem integram teneremus, et nullum novum usum aliquo ibi tempore poneremus sicut antiquitus per vestros predecessores et per canonicos S. Cassiani hominibus de Ymola sub pena centum librarum pro ipsa plebe promissum fuit. Nos vero conscilio et consensu fratrum nostrorum canonicorum S. Cassiani et pro eterna illuminatione animarum nostrarum et nostrorum predecessorum et successorum vobis predictis fratribus nostris canonicis S. Laurentii plebis et pro ipsa plebe recipientibus omnia vestra iura spiritualia et temporalia et capellarum vestrarum et clericorum et proventuum sive reddituum et testamentorum vestrorum, in decimis, primitiis et oblationibus et testamentis, et consuetudines vestras et usantias confirmamus. Simili modo quartam decimarum et oblationum vobis pro benefitio concessam, vobis et vestris successoribus damus et confirmamus. Quartam vero fabrice per unum vestrum quam nos elegerimus pro ipsa ecclesia restauranda et restituenda volumus dispensari, quartam vero pauperum quam nostri antecessores et nos ad nostras manus retinuimus, adhuc pro pauperum utilitatibus retinemus. Eo tenore et ea condictione, quod non liceat nobis neque nostris successoribus in perpetuum a nobis dictam quartam alienare, nec in feudum vel benefitium alicui ecclesiastice vel seculari persone dare; quod si nos vel nostri successores, quod Deus avertat, facere contingerit, dicta quarta in dicta plebe revertatur in usus pauperum distribuenda per illum cui fabrica ecclesie construenda per nos commissa fuerit. Quartam vero canonicis nostris B. Cassiani concessam, integraliter habeant, et diminutionem aliquam per nos vel per vos canonicos S. Laurentii, ullo unquam in tempore non patiantur dicte vero plebi et vobis fratribus fundum de Campo longo et fundum de Cento et fundum de Pinithi et fundum vero de Braita [2] de Querzola, et fundum S. Marie in Zagonia, et medietatem fundi Clusurie de supra et medietatem fundi de Dullolo et quadraginta tornaturias de Gotifredo, et cetera omnia que nostri antecessores predicte ecclesie dederunt, confirmamus, et ea et alia omnia que vobis et vestris successoribus vel pro anima, vel devotione, vel aliquo alio titulo pro ipsa plebe dabuntur, salvo iure domininii et proprietatis ex nostra concessione et nostrorum successorum im perpetuum, habeatis, possideatis et pro vestra voluntate rationabiliter disponatis. Ut autem firmitatis robur que dicta

sunt omnia superius ab invicem promittimus per nos et nostros successores firma tenere et non contravenire per nos vel per aliquam personam sub pena centum librarum, et post solutam penam, hanc confirmationem et omnia, que superius leguntur, per nos et per nostros successores semper illibatam et incorupta⟨m⟩ habere et tenere promittimus vobis predictis fratribus nomine dicte plebis S. Laurentii et vestrorum successorum habitantium in ea et recipientibus.

Quam scripsi ego Pizolus Imolensis notarius.

Testes rogati fuerunt Bulgarus, Angelus Trepaldi, Ugo Donne, Savarisius, Lasius, Alberius, Ungarellus, Iacobus Baldicionis, Iohannes Fuscole et Guido Orlandi et Bernus rogati fuerunt testes.

Quod quidem exemplum ex autentico sumptum scripsi et exemplavi ego Alfredolus Dei gratia Imolensis notarius sicut vidi et legi et inveni in antiquo et autentico instrumento nichil addendo vel diminuendo in isto quam in autentico, quod mutet sensum preter signum et litteram vel sillabam sive punctum, et hoc exemplum cum autentico ascultavi et nichil plus in isto quam in illo inveni, sub anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, indictione undecima, tempore Gregorii pape et Federici imperatoris, die quinta decima exeunte mense maii, Ymole.

III, 21. - Exemplar saeculi XIII, mm. 408×188. In versu, eadem manu Istrumentum super quarta plebis S. Laurentii. = *III, 20. - Aliud exemplar saeculi XIV, mm. 223×166. — Zaccaria, II, 48.*

[1] *Pro* nunc [2] *Exemplar saeculi XIV refert* Bracco

188.

Ad S. Cassianum, 11 februarii 1159.

Canonici S. Cassiani Iacobo eiusque uxori Athalasiae concedunt in emphytheusim nonnullas petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, indicione vii, temporibus Adriani pape et Federici inperatoris, die undecimo mensis februarii, in porticu canonicorum S. Casiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos et cano-

nicus S. Casiani uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie concedimus tibi Iacobo receptori pro te et pro Athalasia uxore tua per medietatem Ardicioni in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest unam peciam terre, que est posita in loco qui dicitur Secundo, infra hec latera: ab uno latere Ugo Hoclobelo, ab alio latere Zanellus Hioannis de Tusco, a tercio et a quarto sunt vie; et concedimus vobis aliam peciam terre in eodem fundo de Secundo: ab uno latere Zanellus Ioannis Tusci, ab alio latere filii Ugonis Tusci, a tercio latere Silex, a quarto canonici S. Laurenti; et aliam peciam terre que est posita in Vigulzemo: ab uno latere Zanellus Ioannis Tusci, ab alio latere Clemencius, a tercio latere Filipus, a quarto latere Ugo Hoclobello; et aliam peciam terre in eodem loco qui dicitur Vigulzemmo: ab uno latere Zanellus Ioannis Tusci, ab alio latere canonici S. Laurenti, a tercio latere Clemencius, * *. Hec omnia, que superius leguntur, concedimus vobis ad habendum, tenendum posidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii vel infra indictionem inferatis nobis vel nostris successoribus cum vestris filiis et heredibus nomine pensionis denarios duos luccenses; pro eo quia vos datis nobis pro callciarii nomine solidos luccenses quadtuordecim. Eo quidem pacto ut non liceat vobis neque vestris filiis et heredibus predictam terram vendere, nec donare neque alico modo alienare nisi in nobis vel in nostris successoribus per denarios XII minus, si accipere voluerimus, quod de ea, salva fide, habere potueritis, si autem accipere noluerimus, liceat vobis eam dare nostro consensu cui volueritis, salva nostra racione. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus auctoriare et defensare promittimus sub promissione pene duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma. Ego Albertus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus S. Casiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 22. - Orig., mm. 296×222. In versu extat nota saeculi XII Petrus de Blunda hanc enim et possidet et facet III turnaturias terre; unam turnaturiam et dimidiam vendidit Biniellus, aliam medietatem Bormamius.

189.

Imolae, 9 martii 1159.

Fridericus comes Palatinus, imperatoris Friderici legatus, ex mandato eiusdem imperatoris in tutelam recipit ecclesiam S. Cassiani, canonicam et domum episcopi cum possessionibus suis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo nono, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense marcii, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine Federicus Palatinus comes, legatus domini Federici imperatoris in Italia nunc existentis, pro amore et timore Dei omnipotentis et beatę Marie semper virginis et beati Cassiani martiris Christi atque ex parte domini mei Federici imperatoris, recipio ecclesiam S. Cassiani et canonicam et domum episcopi cum omnibus possessionibus quascumque habent, et tenent et sibi pertinent vel acquirent; recipio inquam in tuitione et defensione atque protectione omnes res et possessiones eorum, ut sane et salve atque secure sint, ubicumque sunt in perpetuum. Si quis vero dux aut marchio sive comes vel vicecomes aut aliqua potestas maior vel minor aut aliqua persona temerario ausu possessiones et bona predicte ecclesie et canonicorum atque episcopi inquietare aut invadere vel violenter tenere et nostram tuitionem et defensionem despectui habere presumpserit, gratiam domini imperatoris et aliorum imperatorum successorum et meam amittat et duas libras auri ad libram Karoli nomine penę camerę regis persolvat, et post solutam penam, omnia supradicta in perpetuum maneant firma. Quę scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Actum est hoc in presentia comitis Malvicini, Ubaldi potestatis Faventie, Tederici de Guillelmino, Gerardini de Farulfo, Frasconis, Aliducis de Malaparte, Peregrini potestatis Imole, Iohannis de Rambertino, Bulgari Alberti de Bulgaro, Rambertinelli, Ugicionis de S. Cassiano, Albertini consanguinei sui, Girardi Brixani, Mariscotti de Rodulfo, Petri Bricie, Ungarelli, Ubaldi Alberti Alberici, Ubertini Ugonis Ildebrandi, Zebedei, Ubertini de Iudice, Cava-

sanctos, Arardi de Guillelmino, Hostirici, Visinelli de Linari, Viviani de Maralda et aliorum quamplurium tam Latinorum quamque Teotonicorum qui ibi fuerunt et hec omnia audierunt.

III, 23. - Orig., mm. 375×256. In versu, manu saeculi XII Cartula tuitionis imperatoris; *manu saeculi XIII* Protectio imperatoris; *manu saeculi XVI* Privilegium imperiale in favorem episcopi et Ecclesie Imolensis. — *Manzonius, 99; Alberghetti, II, 88; Zaccaria, II, 49; Savioli, I, par. II, n. 169; Mazzatinti, I, 187; Simonsfeld, Weitere Urkunden Friedrich Rotbarts, 413; et Urkunden Friedrich Rotbarts in Italien, 540.*

190.

Ad S. Cassianum, 7 maii 1159.

Canonici S. Cassiani Benedicto S. Sepulchri concedunt in emphytheusim duas petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo c quinquagesimo nono, indictione vii, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die vii intrante mense maii, actum sub porticu canonici S. Cassiani, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenti. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus una cum consensu et voluntate aliorum canonicorum S. Cassiani concedo et largior tibi priori donno Benedicto S. Sepulchri [1] receptori pro te et pro fratribus tuis per cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest due pecie terre estimate due turnaturias minus duas perticas; una pecia est posita in loco qui vocatur Poiale, infra hec latera: a duobus lateribus vie percurrentes, a tertio Bellomeo, a quarto vero latere Aiola; et alia pecia est in fundo da le Russe, vineata: ab uno latere Girardinus Petri Uberti, ab alio latere Micolus Alierne, a tercio latere Petrus Santerni, a quarto latere Albertus Iohannis Blanci; cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus in territorio Corneliensi, in plebe S. Laurenti: [1] concedo ad habendum, tenendum et in omnibus meliorandum atque defensandum in annis supradictis ad renovandum. Ita sane ut omni marcii mense vel infra indicione pro pensione denarium unum lucensem dare debeatis et vestri successores nobis et nostris successoribus; et hoc facimus pro amore et timore quod habemus in vestra domo. Eo pacto ut non liceat vobis eam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare nisi in nobis

vel in nostris successoribus, si accipere voluerimus, pro XII denariis minus; si autem accipere noluerimus, liceat vobis eam dare nostro consensu cui volueritis, salva ratione nostre ecclesie. Et ab hinc in antea promittimus nos cum nostris successoribus auctoriare et defensare vobis vestrisque successoribus sub pena duplum, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

Ego Ugo notarius S. Cassiani omnia supradicta scripsi. Albertinus castaldus manus investitor.

III, 24. - Orig., mm. 292×254. In versu, manu saeculi XIII Pozale.

[1] *Interscriptum* S. Sepulchri *et* in territorio - Laurentii.

191.

Ad S. Cassianum, 9 maii 1159.

Gisla relicta Alberti donat hospitali S. Georgii pro remuneratione animae viri sui unam petiam terrae sitam in loco Runcalle nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC quinquagesimo nono, tempore Adriani pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense maii, indictione VII, actum in castro S. Cassiani. Ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Gisla relicta Alberti filii quondam Alberti Guidonis Athalasie et Ugicio de S. Cassiano damus, donamus atque transactamus et transcribimus atque subducimus in ius et dominium ospitalis S. Ieorgii per te domnum Temperatum venerabilem devotum acceptorem tibi tuisque successoribus in perpetuum more salario permanendas, pro remedio anime mariti mei Alberti et pro animabus parentum eius; idest unam peciam terre, que est posita in loco qui dicitur Runcalla: ab uno latere tenet Ugicio de S. Cassiano, ab alio Ugicio Iohannis Rigize, a tercio Ugo Iohannis Ugonis, a quarto vero latere tenent heredes Iohannis Blanci: infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensis, plebis S. Cassiani. Ut a presenti die aut quandocumque volueris, liceat tibi domno Temperato tuisque successoribus in predicta pecia terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum nostrum missum, nomine Azario, ut corporaliter nostra vice in predicta pecia terre te investiat habendi dominium et potestatem habeas, teneas, possideas quieto tramite

ordinandi et disponendi in eodem ospitali permanendas, sicut diximus, pro remedio anime mariti mei Alberti et pro animabus parentum eius. Et deinceps non liceat nobis iamdictis donatoribus, neque nostris heredibus ullo umquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra te domnum Temperatum, neque contra tuos successores, neque per sumissam vel sumittendam a nobis personam, sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum : et si eo tempore quempiam personam hominum surrexerit, que tibi eiusdem rei partem vel totam tollere voluerit, nos una cum nostris heredibus tibi domno Temperato et tuis successoribus hanc donacionem promittimus contra omnes homines cum racione sub pena auri unius uncie, et pena soluta, hec carta maneat firma.

Ego Gisla iamdicta et Ugicio de S. Cassiano laudavimus et firmavimus hec pro anima iamdicti Alberti et pro animabus parentum eius. Testes Orlandus Cortisii, Seniorellus, Guascone, Pepo Atti, Guastavingna, Azarius manus investitor, isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 25. - Orig., mm. 357×225. In versu ND.

192.

[Ad S. Cassianum], 6 octobris 1159.

Benedictus prior monasterii S. Donati Drutholo concedit in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, indictione VII, temporibus Fetherici inperatoris, certum papam nondum habemus, die VI mensis hoctubris, in claustro S. Donati. Profiteor ego quidem in Dei nomine domnus Benedictus prior atque monachus eiusdem monasterii una cum consensu monacorum eiusdem ecclesie concedimus tibi Drutholo receptori pro te et pro uxore tua Adilina vestrisque filiis et heredibus per pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest unum casamentum positum in castro S. Casiani, in frontibus pedes XVI, in longitudine perticas V, infra hec latera : ab uno latere Imelda Sulcoli, ab alio latere ripa ipsius castri, a tercio latere nos supradicti hordinatores, a quarto vero latere via ; quicquid infra hec latera

manet, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, posidendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis vel nostris successoribus cum vestris filiis et heredibus pro pensione denarium luccensem I: et nos supradicti ordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus auctoriare et defensare promitt[imus; pro eo quia tu presens Dru]tholus dedisti nobis pro callciario denarios luccenses XXIIII. Eo tamen tenore [ut non habeas] licenciam vendere, nec donare, neque aliquo modo alienare nisi in nobis supradictis hordinatoribus, si accipere voluerimus, si autem noluerimus accipere, liceat vobis dare nostro consensu cui volueritis, salva nostra racione. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et si omnia supradicta non observaverint, det pars parti fidem servanti ante omnis litis inicium penam nomine solidos luccenses XX, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma. Arcipresbiter Gunci manus investitor.

(Aa). Ego Benedictus prior S. Donati subscripsi. Ego Teuzo presbiter et monachus hoc pactum firmavi. Ego Maurus subdiaconus subscripsi. Ego frater Michael subscripsi. Ego Matheus presbiter subscripsi.

[ST]. Ego Albericus S. Casiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 27. - Orig., mm. 360×230.

193.

Imolae, 8 octobris 1159.

Peregrinus potestas Imolae, cedit in favorem canonicorum S. Cassiani viginti et septem tornaturias terrae ea lege ne infra annum appareat Rambertinus Azonis de Fusco ad sua iura vindicanda.

Anno ab incarnacione Domini MC quinquagesimo nono, die octavo intrante mense octubris, Imole, in curia Peregrini potestatis Imole, indictione VII. Notitia recordationis qualiter ego Peregrinus Imolensium per inperatorem potestas, cum consilio Ubaldi Alberici et Ubertini Ugonis Ildebrandi meorum iudicum, do vobis presentibus presbitero Rodulfo et domno Arduino dia-

cono canonicis S. Cassiani acceptoribus pro vobis et pro vestris confratribus Ugonem Basavinum cancellarium ut mittat vos in possessionem de viginti et septem tornaturiis terre posite in loco qui vocatur Vigrum de Laude, et in loco qui vocatur Sublimite, si Rambertinus Azonis de Fusco infra annum hunc venerit et steterit vobis cum in iudicio de supradicta possessione et obedierit rationi et resartierit expensas pro hac possessione nanciscenda rationabiliter factas, et hoc arbitrio iudicum curie mee, hec possessio nichil vobis prosit, et si ibi nullum preiudicium fiat, nec sibi noceat. Si autem infra dictum terminum venire contempserit et rationi non paruerit, vos de cetero habeatis et teneatis ac possideatis. Si vero Rambertinus aut sui heredes vel aliquis pro eo temerario ausu et sine legali iudicio de hac possessione vos disvestierit vel inquietaverit, det penam centum soldos lucenses; medietatem camere regis, aliam autem medietatem vobis vestrisque successoribus, et post solutam penam, hec omnia supradicta maneant firma. Et ego Pizolus Immolensis notarius hoc scripsi, mandato iamdicti Peregrini, presentibus iamdictis iudicibus Ubaldo et Ubertino, et insuper Zebedeo atque Federico nuntio domini Federici comitis palacii, et aliorum quamplurium qui ibi aderant.

III, 28. - Orig., mm. 285×132.

194.

Imolae, 29 octobris 1159.

Canonici S. Cassiani Rozerio Martignani concedunt in emphytheusim decem et novem tornaturias arvi in fundo Zulinzaga sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCL nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die tercio exeunte mense octubris, Imole, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rodulfus canonice S. Cassiani canonicus cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Rozerio Martignani conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas pecias terre laboratorie computatas decem et novem turnaturias in fundo qui vocatur Zulinzaga, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii: ab uno latere unius

pecie Scilice, ab alio via, a tercio Nicholaus de Bretonis, a quarto latere * *: ab uno latere alterius pecie tenet Lodoinus de Laurentio cum consortibus suis, ab alio via, a tercio Guillelminus Petri de Albizo, a quarto latere Scilice; ad habendum, tenendum, possidendum cum tuis filiis et heredibus usque ad predictos sexaginta et novem annos ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem IIII denarios monete luccensis; pro eo quia accepimus a te mercedis nomine XX soldos luccenses. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi conductori neque tuis filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum cum aliquo facere nisi in nobis locatoribus aut in nostris successoribus, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteris, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare aliis quibus volueris, ut nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius legitur, ire vel agere, vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene auri optimi uncias tres, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Strufolus, Angelus, Arlottus frater eius, Iohannes Ingizelli, Guido Tartagnus, Ugolinus Rigazola rogati fuerunt testes.

III, 26. - Orig., mm. 300×175. In versu, manu saeculi XII Hanc habet Guido Arduini et Acturiedore de Monsolino.

195.

Ad S. Cassianum, 6 decembris 1159.

Canonici S. Cassiani Gerardino et Guidolo Albignani concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in Pasteno sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, indicione VII, temporibus Fetherici inperatoris, certum papam nondum habemus, die VI mensis decembris, in porticu canonicorum S. Casiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Orlandus venerabilis

sacerdos eiusdem ecclesie uná cum consensu fratrum meorum concedimus et largimur vobis in Christi nomine Gerardino et Guidolo Albignani receptoribus pro vobis et pro Ubaldino nepote vestro per pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum, vestrisque filiis et heredibus; idest unam peciolam terre que est posita in loco qui vocatur Pasteno; hec sunt latera; ab uno latere Horlandinus Peioli, ab alio latere via, a tercio et a quarto Bonifacius; que est estimata duas tornaturias et mediam. Quicquid infra hec latera manet concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus et vestris uxoribus ad habendum, tenendum, posside⟨ndum⟩, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indictionem inferatis nobis vel nostris successoribus cum vestris filiis et heredibus pro pensione denarium luccensem I. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos luccenses IIII. Eo tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare nisi in nobis supradictis hordinatoribus, si accipere voluerimus, si autem noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis nostro consensu, salva nostra racione. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et si omnia supradicta non observaverint, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium penam nomine solidos luccenses x, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Horlandinus Peioli manus investitor, Iudeus, Erro rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus S. Casiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 29. - Orig., mm. 370×166.

196.

Imolae, 9 decembris 1159.

Canonici S. Cassiani Guillelmino concedunt in emphytheusim quatuor tornaturias arvi et vineae in fundo Zulinzaga sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCL nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense decembris, Imole, indictione VII. Ego qui-

dem in Dei nomine presbiter Gerardus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum titulo pacti concedo et largior tibi Guillelmino presbiteri Uberti conductori pro te et Bellula uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie et vinee computatam IIII turnaturias, et si plus est, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Zulinzaga: ab uno latere tene(n)t Almericus et Rocii, ab alio Ildebrandus Sedonie nostro iure, a tercio Guido Iohannis Guide, a quarto latere via; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine VII solidos luccenses et medium. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi conductori neque tuis filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nos, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteris, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, ut nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene unam unciam auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Albertinus castaldio.

III, 30. - Orig., mm. 369×155.

197.

Imolae, 13 decembris 1159.

Canonici S. Cassiani Hugolino concedunt in emphytheusim unam et sesqui tornaturiam terrae de fundo Zulinzaga.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo nono, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XIII mensis decembris,

Imole, indictione VII. Ego presbiter Gerardus cum consensu confratrum meorum canonicorum S. Cassiani titulo pacti concedo et largior tibi presenti Ugulino conductori pro te et pro Gisla uxore tua in una turnaturia et pro alia turnaturia et media acceptori pro nepotibus tuis Palmerio et Iohanne filiis Zoccole, et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, que sunt posite in fundo qui vocatur Zulinzaga: a duobus lateribus tenet Ildebrandus Sedonie nostro iure, a tercio Rozerius Martignani nostro iure, a quarto latere tenet Gracianus pro supradicto Ildebrando nostro iure; hec omnia ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus. Ita ut tu Ugulinus inferas pensionem pro una turnaturia unum denarium luccensem, et nepotes tui supradicti unum denarium luccensem pro una turnaturia et media. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos IIII. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis conductoribus neque vestris filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nobis ordinatoribus, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene XX soldos luccenses, et post solutam penam, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor castaldio Albertus.

III, 31. - Orig., mm. 292×173.

198.

Imolae, 14 decembris 1159.

Canonici S. Cassiani Alkirolo, Orlandino et Agrestolo concedunt in emphytheusim quinque petias terrae sativae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLVIIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XIIII

mensis decembris, Imole, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Gerardus cum consensu confratrum meorum canonicorum S. Cassiani titulo pacti concedimus et largimur vobis presentibus Alkirolo et Orlandino atque Agrestolo conductoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest quattuordecim turnaturias terre laboratorie et duas perticas et duos pedes in quinque peciis; prima pecia est in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere tenet Bilinellus, ab alio nostra donicata, a tercio heredes Alberti Bulgari, a quarto latere via de Medio; alia pecia est in fundo qui vocatur Vigumzemmi: ab uno latere nostra donicata, ab alio Iacobus Guidonis de Micco nostro iure, a duobus lateribus heredes Mariscotti; tercia pecia est in fundo qui vocatur Vigufabri: ab uno latere tenet Guillelminus Petri Albici, ab alio nostra donicata, a tercio heredes Ugonis Petri Bulgari, a quarto latere Rodulfus Cassianus; quarta pecia est in eodem fundo Vigufabri: ab uno latere limes, ab alio Bulgari, a tercio heredes Rodulfi Faite, a quarto latere heredes Micoli Alierne; quinta pecia est in fundo qui vocatur Lacuna aurea: ab uno latere Guido Gandulfi Potesta et Pizolus tabellio frater eius, ab alio Peregrinus Bulgari, a tercio nostra donicata, a quarto latere heredes Petri Bulgari. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus usque ad predictos annos ad renovandum; ita ut inferatis nobis nostrisque successoribus omne mense marcii aut infra indictionem sex denarios luccenses pro pensione, tantum, ut dictum est, pensio persolvatur. Pro eo quia refutatis nobis omnes actiones et omnes pertinentias quascumque habebatis et tenebatis de hoc quod pro nobis tenebatis in fundo qui vocatur Roncalle, et insuper accepimus a vobis quadraginta soldos luccenses. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et deliberare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis conductoribus neque vestris filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nobis ordinatoribus, si tollere voluerimus,

pro duodecim denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius legitur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene mediam libram auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Albertinus castaldio.

III, 32. - Orig., mm. 280×235. In versu, manu saeculi XII Illam de Cruciferia habent filii Iohannis de Lama, scilicet VI turnaturias, quam vendere podesti (?) . . . . . .

199.

[Ad S. Cassianum], 17 decembris 1159.

Canonici S. Cassiani Temperato concedunt in emphytheusim sesqui tornaturiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC quinquagesimo nono, indictione VIII, [1] temporibus Frederici imperatoris, de papa incerti sumus, die XVII mensis decembris, actum sub porticu canonici. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus cum consensu aliorum canonicorum ecclesie S. Cassiani concedo et largior tibi Stemperato receptori pro te et pro uxore tua et pro filiis et heredibus tuis per cartulam pacti in LX et novem annos ad renovandum; idest una turnaturia et media de terra in Macerata, posita infra istis lateribus: a duobus lateribus via, a tercio Orlandinus Peioli, a quarto rivus Caucuro; quicquid infra istis lateribus iacet cum introitu et exitu suo. Pro eo quia dedisti michi callciarii nomine III solidos lucenses. Ita sane ut omni marcii mense aut infra indictionem pro pensione denarium I lucensem michi meisque successoribus dare debeatis. Concedo vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Eo tamen tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi, commutuandi vel aliquo modo alienandi nisi ut ille cui dederitis, ita debeat servire sicuti vos. Et abhinc in antea promitto per me meosque successores vobis vestrisque filiis et heredibus

auctoriare et defensare sub nomine pene duplum, et soluta pena, hec cartula pacti maneat firma.

Albertus castaldus manus investitor damus.

Ego Ugo notarius episcopi rogatus scripsi.

III, 33. - Orig., mm. 284×147.

[1] *Indictio VIII respondet anno 1160.*

200.

Imolae, 11... 11[59].

Canonici S. Cassiani Almerico de Zabonello concedit in emphytheusim tres tornaturias arvi in fundo Puzale positas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo c [LIX, temporibus * *] pape et Federici inperatoris, indictione VII, [1] Imole, die XI intrante mense... [Ego quidem in] Dei nomine Gerardus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicoru[m eiusdem ecclesie] nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Almerico de Zabonello accep[tori] pro te et pro vestris filiis et heredibus usque ed annos a⟨d⟩venientes sexaginta et novem a[d reno]vandum; idest tres turnaturias terre laboratorie mensurate ad perticas S. L[au]rentii, que sunt posite in fundo qui vocatur Puzale: a duobus lateribus Rainerius Cethrene, a tercio Bulgari, a quarto Guillelminus de Petro Uberti. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec latera designata, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem I denarium monete luccensis, pensio, ut dictum est, persolva[tur]. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum [monete] luccensis solidos VI. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona homi[num auctoria]re et defensare et hoc pactum firmum tener[e promittimus] tibi tuisque filiis et heredibus; eo videlicet tenore ut non ha[bea]tis licentiam supradictam rem nec vendere, nec donare neque commendare

neque ullum contractum facere, nisi in supradicta ecclesia, XII denariis minus quam aliis, si tollere voluerimus, et si noluerimus, licentiam habeatis dare cuicumque volueritis, salva nostra ratione: et si contra fecerimus vel nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Manus investitor fuit Albertinus castaldio.

III, 15. - Orig., mm. 295×175. Charta lacera est pluribus in partibus secundum marginem sinistrum. In versu, scriptum manu saeculi XIII Petrizanus et Timensdeus possident hanc.

[1] *Indictio VII respondet anno 1159; nec alia indictio VII habetur in documentis a tabellione Tracco rogatis cuius mentionem habemus ab anno 1159 ad annum 1172.*

201.

Imolae, 22 aprilis 1160.

Canonici S. Cassiani Hugolino de Gasdia concedunt in emphytheusim quinque tornaturias arvi de fundo Puzale.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX temporibus * * pape et Federici inperatoris, indictione VIII, Imole, die nono exeunte mense aprilis. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani, cum consensu canonicorum eiusdem, nomine pacti concedo et largior tibi presenti Ugolino de Gasdia et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest quinque turnaturias terre laboratorie quam habemus in fundo qui vocatur Puzale: a tribus lateribus Ildebrandus Sethonię, a quarto Guido de Gisaltrutha. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis LX et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium luccensem, pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos VI. Et nos

iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus ; eo videlicet tenore ut non habeas licentiam supradictam rem nec vendere, nec donare neque commendare neque ullum contractum facere nisi in supradicta ecclesia, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis, et si noluerimus, licentiam habeas dare cuicumque volueris, salva nostra racione. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Manus investitor fuit Petrus Albus.

III, 37. - Orig., mm. 325×212. = III, 38. - Aliud orig., mm. 295×188. In versu utriusque documenti scripta manu saeculi XII haec legimus Petrus de Boso possidet.

202.

Dutiae, 15 maii 1160.

Bretellottus et frater eius Guithottus Torsello concedunt in emphytheusim tres tornaturias terrae et tertiam unius tornaturiae partem de fundo Dulliolo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo, indictione VIII, temporibus * *, Fetherici imperatoris, die XV mensis madii, hactum in castro Ducie. Ego quidem in Dei nomine Bretellottus per me et per fratrem meum Guithottum concedo et largior tibi Torsello per pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum tuisque filiis et heredibus ; idest tres turnaturias terre et terciam partem unius turnaturie in loco qui vocatur Dulliolo, infra hec latera : ab uno latere Fulcus Ducie, a II latere Cossolinus de Bona, a III latere Tinacius, a IIII limes Gisulfi ; in fundo Porcilicle, aliam peciam : a II lateribus Fulcus Ducie, a III latere Guido Petri de Gisa, a IIII latere Drutholus Fantinelli. Quicquid infra hec latera manet, sicut superius legitur, concedo tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis,

omni mense marrcii aut infra indictionem cum tuis filiis et heredibus inferatis michi et meis heredibus pro pensione denarios II Venecie, et tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et ego Bretellottus per me et per meos heredes tibi tuisque heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto. Pro eo quia tu dedisti michi solidos luccenses XXV. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti, ante omne litis inicium aut interpellacionem, penam solidorum luccensium XXXX, et soluta pena, hoc pactum firmum maneat; quod vero pactum ego Bretellottus scribere mandavi.

Ugolinus Guidonis de Guithito manus investitor, Fantolinus, Nicola da Campagnola, Gallus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 39. - Orig., mm. 368×157.

203.

[Ad S. Cassianum], 2 septembris 1160.

Parmesanus hospitali S. Georgii vendit unam petiam terrae positam in loco qui Runcalie appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo, indictione VIII, temporibus * *, Fetherici imperatoris, die II mensis septembris, hactum in porticu domus S. Geiorgii. Ideo ego quidem in Dei nomine Parmesanus vendo, cedo atque perpetualiter transhacto tibi in Christi nomine Temperato hospitaliero receptori pro te et pro ecclesia S. Geiorgii, idest unam peciam terre, que est posita in loco qui vocatur Runcalie, infra hec latera: a I latere Ambrosius Tethaldi, [1] a II latere via Cava, a III latere Coreclus, a IIII latere filii Letoli. Quicquid infra hec latera manet, cum tuis successoribus deinceps habeatis potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid tibi tuisque successoribus exinde placuerit faciendi in perpetuum; conducticias autem si apparuerit, licenciam habeatis innovandi a iure unde est, salva domnica racione. Pro eo quia tu supradictus Temperatus dedisti michi solidos luccenses XII; et si plus valet, pro animabus omnium meorum parentum. Et

ab hinc in antea omnia supradicta cum meis heredibus tibi tuisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto sub pena dupli, et soluta pena, hec cartula vendicionis maneat firma. Quam ego presens Parmesanus scribere mandavi. Superclus manus investitor, presbiter Ugo et Petrus clericus da Ducia, Mel rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 40. - Orig., mm. 268×213. *In parte inferiore legitur* terminum venturum in festivitate Sanctorum omnium.

[1] *Interscriptum* Ambrosius Tethaldi *supra* Guilliarinus *deletum.*

204.

Ad S. Cassianum, 8 septembris 1160.

Canonici S. Cassiani Clerico filio quondam Lulioli et Brozardo concedunt dimidiatim possidendam unam tornaturiam terrae positam in fundo Tuntula.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius millesimo centesimo sexagesimo, indictione VIII, temporibus pape * * et Fetherici inperatoris, die VIII mensis septembris, hactum in porticu canonicorum S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facimus cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Clerico filio quondam Lulioli in una medietate, et tibi Brozardo receptori pro te et pro fratribus tuis Rodulfino, et Luliolo in altera medietate de una pecia terre, que est posita in fundo qui vocatur Tuntula, que est estimata VII turnaturias; hec sunt latera: a I latere Pepolus Ugonis de Petro Blanco, a II latere heredes P[e]tricini de Marzanigo, a III latere heredes Marti de Maria, a IIII vero latere via publica. Quicquid infra hec latera manet, sicut superius legitur, territorio Corneliensis, plebe S. Prosperi, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita ut omni anno dare debeatis nobis vel nostris successoribus terraticum de maiori labore stario septimo, minuti octavo, lini

manna nona, et quando nos vel nostri nuncii veniemus ad ter-raticare, manducare dare debeatis, et i(n) Nativitate Domini unum amiscerem de carne cum duabus fogaciis et VII denarios luccenses et unum carigium ad silvam. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos luccenses VI. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare sine nostra licencia. Et si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire' vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam solidorum luccensium XX, et soluta pena, hic libellus maneat firmus.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 41. - Orig., mm. 335×224.

205.

Ad S. Cassianum, 2 octobris 1160.

Gerardus presbyter et Arduinus diaconus testimonium dant in manibus Rodulphi circa donationem unius petiae terrae canonicis S. Cassiani factam a Tiberto canonico pro anima sua.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo, indictione VIII, temporibus pape * * et Fetherici inperatoris, die II mensis hoctubris, in porticu domus canonicorum S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine Gerardus presbiter atque Arduinus diaconus testificamus coram Guidone Horabilis et Ugone de Tusca et Guascone et Albertino Buccaforte et Gibertino et coram me Alberico notario quia Tibertus canonicus dedit nobis potestatem, ut nos cartulam faciamus canonicis S. Cassiani in perpetuum, pro anima sua et pro anima avunculi sui Farulfi. Et nos supradicti Gerardus presbiter et Arduinus diaconus facimus cartulam tibi in Christi nomine presbitero Rodulfo receptori pro te et pro omnibus fratribus tuis vestrisque successoribus in perpetuum de una pecia terre que est posita in loco qui vocatur Curano, infra hec latera : ab uno latere via, a II latere Ubertinus de Balda, a III latere * * * *. Quicquid infra hec latera manet, deinceps habeatis, teneatis, possideatis cum vestris successoribus in perpetuum.

Testes interfuerunt Guido Horabilis, Ugo de Tusca, Guascon Cantorum, Albertinus Buccafortis, Gibertinus.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 42. - Orig., mm. 270×176.

206.

[Ad S. Cassianum], 20 novembris 1160.

Testificatio pacti cessionis factae a canonicis S. Cassiani in favorem Maltruthae, Divisiae et Amigoli viri eius de medietate possessionum quas tenuit Ioannes de Susanna.

Die XI exeunte nove(m)bris. Noticia recordacionis qualiter canonici S. Cassiani fecerunt cartulam pacti Maltruthe et Divisie matri sue et Amigolo viro eius de medietate possessionum quas Iohannes de Susanna tenuit ab eius vel ab illorum antecessoribus, eo tenore ut quocumque tempore Deutesalvi erit paratus iudicio stare de ipsa re, illud pactum nichil illi nocere debeat. Hoc factum est coram me Alberico notario, presbitero Iohanne, Guidone da Ponte, Ubaldo diacono, Arduino diacono, Scofon, sub anno MCLX.

Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 43. - Orig., mm. 254×115.

207.

Ad S. Cassianum, mense decembri 1160.

Hugizo et Tethericus filii Bonifacii pro redemptione animae patris eorum donant canonicis S. Cassiani unam petiam arvi.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini millesimo centesimo sexagesimo, indictione octava, in mense decembris, in canonica S. Casiani, tempore * *, Federici imperatoris. Ideo nos quidem in Dei nomine Ugizone et Tethericus filii Bonifacii de Rambaldo, consentiente matre nostra Gisla, ecclesię S. Casiani in manibus canonicorum presbiter Gerardus et presbiter Orlandus et presbiter Iohannes de Macerata et domini Arduini et Alberici et aliorum canonicorum receptores per se et per suos successores in perpetuum ad iura

predicte ecclesię damus, tradimus, donamus pro anima patris nostri Bonifacii; idest una peciola terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus usque ad ripam Solustre, et cum introitu et exitu suo posita in fundo de Riolo: ab uno latere tene⟨n⟩t heredes Bernardini, a secundo est ripa Solustre, a tertio Ubaldus de Solustra, a quarto est via; quicquid est, infra hec latera ⟨manet⟩, damus vobis in perpetuum, territorio Corneliensi, plebis Solustre. Et damus vobis manum investitorem Ubaldum de Solustra ut ipse vos inde investiat quieto tramite habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis et possideatis et quicquid vobis placuerit exinde faciatis cum nostris successoribus in perpetuum ad iura ecclesie. Et non liceat nobis donatoribus neque nostris heredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem ullamque molestiam generare neque contra ecclesiam neque contra vos receptores neque contra vestros successores; set securi et quieti exinde maneatis cum vestris successoribus in perpetuum. Auctorizare et defensare per nos et per nostros heredes promittimus ecclesię et vobis vestrisque successoribus supradictam donationem causa mortis ab omni persona hominum sub pena dupla, et soluta pena, hec donatio causa mortis maneat firma in perpetuum.

Quam ego Guidoto tabellio plebis Solustre rogatus scripsi.

Testes et manus investitor Ubaldus de Solustra, Rambaldus, Ugizone S. Cassiani, Teuzo Satullus, isti fuere testes rogati.

Nos Ugizone, et Tethericus et Gisla mater nostra laudavimus et firmavimus ea que superius leguntur.

III, 44. - Orig., mm. 295×207. In versu, manu saeculi XII Hanc habet Zamboninus.

208.

[Ad S. Cassianum], 1160.

Vigintinovem homines castri S. Cassiani constituunt sodalitium in honorem Dei, S. Iacobi apostoli et S. Georgii ad cultum eorumdem augendum et mutuam inter sodales caritatem fovendam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo sexagesimo, indicione VIII. Quoniam unumquemque probum et honestum summa opniti decet eius intendere operamque dare pro quibus premia et honores

conferuntur, ea autem vitare ac refugere pro quibus pene atque obprobria irrogantur. Idcirco nos horatores de castro S Casiani, qui olim venimus de S. Iacobo, facimus fraternitatem ad honorem Dei et sancti Iacobi apostoli et beati Georgii secundum illum quod Dominus dicit in evangelio : Ubi duo vel tres in nomine meo sunt congregati, ibi ego in medio eorum sum. Ea, Deo largiente, per hoc operaturi, que ad profectum et utilitatem animarum et corporum pertinebunt, hec autem sunt que facere debemus omni anno in vigilia beati Iacobi apostoli, mense iulii, unusquisque nostrum det unum denarium luccensem ministralibus ad hemendam ceram, deinde omnes ad ecclesiam cum candelis conveniamus et die solemnitatis missam officiosissime cantare faciamus et ibidem karitatem simul cum pauperibus faciamus. Si quem vero de fratribus egrotare contigerit, ceteri fratres visitabunt eum cum lumi et ovis et custodiam in nocte vicissim dabunt. Si autem egrotaverit extra domum suam usque ad decimum miliarium, eum vel per se vel per suos nuncios ad domum suam reducent. Quod si mori eum contigerit, ad corpus lavandum omnes occurrent et ad ecclesiam eum officiosissime deferent usquequo sepultus fuerit, ibi perseverantes sub pena unius denarii, et eo die pro eius fratris anima missam cantare facient, et omni anno in quattuor Temporibus missam cantare facient. Se autem fratres pure et sine fraude diligere et honorare debebunt. Preterea si quis fratrum alium leserit aut cum eo aliquam discordiam habuerit, ad sensum ministralium satisfaciat et secundum quod culpa maior vel minor erit, ad sensum ministralium bannum emendetur in proficuo scole; bannum autem quicumque ministrales miserint, ceteri fratres firmiter teneant.

Hec sunt nomina fratrum : Comes Malvicinus, Guido Arardi, Uguicio de Athalasis, Vivianus Maraldus, Albertinus Fulci, Ugo S. Vitalis, Vivolus, Ugo Matharassus, Horlandinus Peioli, Albertus da Casale, Aimaldolus, Baldicio, Petrus Guarinus, Martinus Sperduto, Uguicio Iohannis de Rigiza, Guido faber, Iuanellus, Torsellus, Baldolus, Albericus Aquilee, Ugo Apisapane, Lanzaspatha, Stemperatus, Iohannes Salvaticus, Guido Alkeri, Mazingo, Albertus castaldus Bulgari, Iohannes Carbonis, Guilliarinus.

Et nos supradicti horatores hospitale S. Georgii et omnia bona illius adiuvare atque defensare debemus.

III, 36. - Orig., mm. 350×238. Charta est scripta manu Alberici notarii S. Cassiani.

209.

[Ad S. Cassianum], 8 ianuarii 1161.

Canonici S. Cassiani Aldrevandino et Turtiliano concedunt in emphytheusim unam petiam terrae sitam in loco Casula nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo primo, indictione VIIII, temporibus pape * * et Fetherici inperatoris, die VIII mensis ianuarii. Ego quidem in Dei nomine domnus Gerardus venerabilis saderdos Corneliensis Ecclesie uná per consensum canonicorum eiusdem ecclesie concedo et largior vobis presentibus in Christi nomine Aldrevandino et Turtiliano nepoti tuo per libellum in XX et novem annos ad renovandum; idest unam peciam terre posita in loco qui vocatur Casola, in curte Montis Catonis: a I latere Biusserilo, a II Iohannes Ganduci, a III Rampaone, a IIII via; et aliam peciam in loco qui vocatur Turtiliano: a I latere Acarisolus, a II Solustra, a III Turtiliano, a IIII Ieremia. Hec omnia concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis in inicio Quadragesime cum vestris filiis et heredibus inferatis nobis vel nostris successoribus libras olei IIII; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos luccenses IIII; eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare sine nostra licencia. Et si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti penam solidorum lucensium x, et soluta pena, hic libellus maneat firmus. Rusticus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 47. - Orig., mm. 304×160.

210.

Imolae, 27 ianuarii 1161.

Arduinus de lo Cantore et Rodulphus magister per chartam pacti concedunt Viviano et Sasolino unam petiam terrae de fundo qui Braita de Querzola appellatur.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo sexagesimo primo, indicione nona, in civitate Immola, die quinto exeunte mense ianuarii, tempore * * et Federici imperatoris. Nos quidem in Dei nomine domnus Arduinus de lo Cantore et Rodulfus magister, qui fui da Casale, mandato fratrum nostrorum et cum consensu eorum facimus pactum vobis Viviano et Sasolino fratribus filiis quondam Ranfreduli de una pecia terrę laboratorię cum omnibus super se et sibi pertinentibus in fundo qui dicitur Braita de Querzola, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani: ab uno latere vosmet, ab alio latere tenet Pelegrinus, a tercio latere tenet Dux de Gandulfo de Guilla, a quarto latere est via. De quanto infra hec latera permanet, facimus pactum vobis iamdictis in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, aceptoribus pro vobis et pro filiis et heredibus vestris sub dominio et potestate matris vestrę Immeldinę. Pro eo vero quia pro predicta terra haccepimus de manibus vestris mercedis nomine pellem unam da co[acce]ptare per tres solidos luccenses; ita sane ut omni marcii mense aut infra indicionem nomine pensionis dabitis ad canonicam S. Cassiani et nobis et nostris confratribus et successoribus nostris luccensem unum, tantum, ut dictum est, persolvatur. Et non liceat vobis iamdictam terram vendere et dare, neque ullum contractum exinde in alienam personam facere, si vobis necesse fuerit, nisi in canonica S. Cassiani et sine nostra barabola, et nos hoc pactum et hec omnia suprascripta per nos et per nostros confratres et successores nostros auctoriare et defensare et observare promittimus. Et si contra hec omnia suprascripta usque ad perfinitum tempus predictum agere voluerimus, promittimus daturi nobis nomine poene decem solidos luccenses, et poena data vobis et soluta, hoc pactum firmum

maneat, et hec omnia suprascripta firma maneat. Et rogamus Petrum Immolensem notarium ut scribat hec, et mictimus in manibus vestris Gretum de Ildebrando de Martino de Petro ut vos de predicta terra investiat corporaliter et in possessione vos mittat. Ego Petrus notarius Immolensis rogatus da preno⟨mi⟩-natis canonicis S. Cassiani scripsi, et post datam rem, complevi. Ego Greto testis et manus investitor sum huius rei. Ibi vero fuerunt de canonicis S. Laurencii Petrus qui dicitur Clusurię, presbiter Ubaldus, Macerata et Laurencius levite ibi fuerunt. De cappaelanis ibi fuerunt presbiter Ugo ⟨da⟩ S. Donato et presbiter Ioannes da S. Petro et presbiter Rigo da S. Nicholao. Hoc actum est in ecclesia S. Laurencii in civitate Immola, in predicto die et indicione.

III, 46. - Orig., mm. 240×177. Charta valde lacera est.

211.

Ad S. Cassianum, 22 februarii 1161.

Guido Alcherii pro remuneratione animae suae donat hospitali S. Georgii unam clusuriam terrae vineatae in Rosano sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC sexagesimo primo, tempore * * pape et Federici imperatoris, die septimo exeunte mense februarii, indicione nona, actum in curte S. Cassiani, in loco qui dicitur Rosanus. Ego quidem in Dei nomine Guido Alcherii do, dono, trado atque transacto omnipotenti Deo et ospitali S. Ieorgii per te domnum Temperatum acceptorem tibi tuisque successoribus in perpetuum more salario permanendas pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime mee et pro animabus parentum meorum inter vivos; idest unam clusuriam terre vineate posita in loco qui dicitur Rosanus: ab uno latere est via, ab alio latere tenet Guarinus, a tercio latere tenet Orlandinus Peioli, a quarto latere tenet Bassus; infra hec latera predicta clusuria vineata iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebis S. Cassiani. Ut a presenti die aut quandocumque volueris liceat tibi domno Temperato acceptori, in predicta clusuria vineata introire

et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per memetipsum te investio in predicta vinea coram testium, qui subter scripturi sunt, habendi dominium et potestatem quieto tramite ordinandi et disponendi in eodem ospitali S. Ieorgii pro remedio anime mee et animarum parentum meorum in perpetuum more salario permanendas. Et deinceps non liceat michi iamdicto Guidoni Alcherii neque meis heredibus ullo unquam in tempore facere litem vel molestiam generare contra hospitalem S. Ieorgii neque contra te domnum Temperatum neque contra tuos successores, neque per sumissam vel sumittendam a me personam ; sed immo omni tempore securus et quietus exinde maneas in perpetuum. Et si eo tempore quempiam personam hominum surrexerit que tibi Temperato et tuis successoribus eiusdem rei partem vel totam tollere voluerit, ego cum meis heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promitto per me et per meos heredes tibi domno Temperato tuisque successoribus hanc donacionem quam feci iamdicto hospitali inter vivos contra omnes homines cum racione sub pena dubpla, et pena soluta, hec carta donacionis maneat firma.

Ego iamdictus Guido Alcherii donator firmavi hec suprascripta.

Testes Sassus, Bassus, Virgolus, Zambonus filius eius, Guarinus, Arduinus Alberti de Yodo, Raymundinus de Donnula, Albertinellus Pepo de Palfusto, isti omnes fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

III, 50. - Orig., mm. 295×239.

212.

Ad S. Cassianum, mense februario 1161.

Canonici S. Cassiani Viviano Ursello concedunt in emphytheusim duas petias terrae sativae in loco Casalini positas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC sexagesimo primo, tempore * * pape, et Federici imperatoris, indictione nona, actum in claustro ⟨canonice⟩ S. Cassiani, mensis februarii. Ideo nos quidem in Dei nomine domnus

Orlandus sacerdos atque Gerardus, Iohannes et Rodulfus canonici S. Cassiani libellum nomine concedimus et largimur seu confirmamus res iamdicte canonice cum consensu fratrum nostrorum tibi Viviano Ursello petitori pro te et pro tuis filiis et heredibus in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum; idest duas pecias terre aratorie posite in fundo et in loco qui dicitur Casalini; hec sunt latera unius pecie terre: ab uno latere est via, ab alio latere tenet canonica S. Marie in Portu, a tercio latere Iohannes Bonzoli, a quarto latere Martinus de Iohanne; alia pecia: ab uno latere est via, ab alio latere tenet ecclesia S. Petri in Casula, a tercio latere tenet Grittus Immole, a quarto latere tenet Fantinellus. Infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebis S. Cassiani. Quas concedimus Viviano tuisque filiis et heredibus ad habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas usque in predictis annis ad renovandum, salva racione domnica persolvenda; ita sane ut inferatis nobis iamdictis sacerdotibus nostrisque fratribus atque successoribus in uno anno in Natale Domini amissere unum, duos pullos et duas fugazas; et in altero anno unum carigium et adducere nobis usque ad mansionem nostram de lignis, tantum redditum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia servivisti tu et pater tuus olim nostris antesuccessoribus et fecistis bonum servicium, ideo concedimus tibi hunc libellum mercedis nomine. Eo tenore ut non habeatis licenciam de predictis peciis terre vendere, donare neque commutuare, nec in commendacione mittere quibusdam hominibus, si necesse fuerit tibi, nisi nobis iamdictis canonicis vel nostris successoribus. Et deinceps non liceat nobis iamdictis ordinatoribus, neque nostris fratribus atque successoribus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus predictas res tollere usque ad prefinitos iamdictos annos, auctorizare et defensare promittimus hunc libellum contra omnes homines tibi Viviano tuisque heredibus cum racione. Et si quis partis nostre contra hunc libellum ire vel agere aut contendere voluerit ante prefinitum tempus suprascriptum, det pars parti fidem servanti ante omnis litis inicium aut interpellacionem pena dubpla, et pena soluta, hic libellus maneat firmus.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie rogatus interfui, scripsi hec.

III, 48. - Orig., mm. 284×175.

213.

[Ad S. Cassianum], mense februario 1161.

Canonici S. Cassiani Rainucino eiusque uxori Berthae concedunt in emphytheusim unam taulan terrae sitam in fundo de Solimite, et unam petiam arvi iuxta braitam S. Mariae in Portu.

[In nomine Domi]ni nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MCLXI, tempore * * et Federici imperatoris, indictione nona, actum in loco qui dicitur Braita frigida, in mense februarii. Ideo profitemur nos quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos atque canonicus S. Cassiani cum consensu aliorum canonicorum fratrum meorum per huius cartulam mee vocis, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti die nostreque cartule tibi presenti in Dei nomine Rainucino petitori pro te et pro cognugne tua Berta et pro filiis et heredibus tuis in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum, per hanc cartulam pacti concedo et largior seu confirmo res iuris supradicte canonice per me et per meos fratres atque successores; idest taulam unam terre laboratorie posita in fundo de Solimite: ab uno latere est limes de Solimite, ab alio tenent heredes Guidonis Costantini, a III latere tenent heredes Alberti, a IIII latere * *. Et insuper concedo tibi unam peciam terre aratorie posita iuxta braita S. Marie in Portu: ab uno latere est limes, ab alio latere tenet Ubaldinus Alberti Rustici, a III latere tenet * * * *. Infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani et plebis Solustre. Quas concedo tibi tuisque heredibus a⟨d⟩ habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas usque in predictis annis ad renovandum, salva racione domnica persolvenda; ita sane ut inferatis cum filiis et heredibus tuis michi et fratribus meis omni marcii mense aut infra indicionem denarios tres monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti michi ordinatori iamdicto meisque fratribus terras laboratorias in Braita frigida per septem libras luccensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi

iamdicto ordinatori, neque meis fratribus atque successoribus tibi prenominato petitori tuisque filiis et heredibus, predictas res tollere usque ad perfinitos predictos annos; set securus et quietus exinde maneas usque ad perfinitum tempus supradictum, quod superius legitur, tali condicione, ut non habeatis licenciam de predic[ta re ve]ndere, nec donare neque commutuare neque aliquo modo alienare quibus[cumque ho]minibus, si necesse fuerit tibi, nisi nobis iamdictis canonicis vel nostro sensu dare cui volueris. Et si quo tempore quempiam personam hominum surexerit, que tibi eiusdem rei partem vel totam tollere voluerit, ego cum meis fratribus atque successoribus ab omni persona hominum defensare et auctoriare promittimus per nos et per nostros successores tibi tuisque filiis et heredibus hoc pactum contra omnes homines cum racione dupli pena, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testes Bonusmartinus Pelizarius, Fantolus Rubei, Gregorius, Abramolus, Cigognolus castaldus manus investitor, isti fuere ad omnia supradicta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie rogatus interfui, scripsi hec supradicta.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius exemplavi, ut vidi scriptum per manum tabelionis, nec addidi nec minui. In presencia Akrisce de Berardo et Guidonis de Odo scripsi et legi.

III, 49. - Exemplar, mm. 335×155. Charta aliquantum lacera est; in versu, manu saeculi XII Apare Rainucini Margiselli.

214.

Ad S. Cassianum, 5 martii 1161.

Canonici S. Cassiani Fassathello et Acarisolo concedunt in emphytheusim clusuriam de Ganducis in curte Montis Catonis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXI, indicione VIIII, tempore Alexandri pape et Federici imperatoris, die V mensis marcii, in porticu domus canonicorum S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Gerardus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum tibi Fassathello tuisque filiis et heredibus de hoc

quod Acarisolus dedit tibi in clusuria de Ganducis, in loco qui vocatur Casola in curte Montis Catonis; et concedimus tibi Acarisulo tuisque filiis et heredibus quicquid tibi remanet in eadem clusuria, quicquid in supradicta clusuria permanet, sicut superius legitur, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut Fassathellus cum tuis filiis et heredibus omni anno in inicio Quadragesime inferatis nobis vel nostris successoribus pro pensione III libras olei; et Acarisolus cum suis heredibus similiter inferant nobis III libras olei; et nos supradicti ordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni homine auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos luccenses IIII. Eo tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare nisi in nobis supradictis hordinatoribus, si accipere voluerimus, si autem noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis nostro consensu, salvo nostro iure. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam solidorum lucensium x, et soluta pena, hic libellus maneat firmus. Rusticus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 51. - Orig., mm. 285×142.

215.

[Ad S. Cassianum], 1 octobris 1161.

Temperatus ex consensu canonicorum S. Cassiani Perolo pro Hosanola concedit nomine dotis duas petias terrae, quarum una in loco qui dicitur Fontinigoli, altera in Coreclo est sita.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius MCLXI, indicione VIIII, tempore Allexandri pape et Fetherici imperatoris, die I mensis hoctubris, in porticu domus Temperati hospitalerii S. Georgii. Ideo ego quidem in Dei nomine Temperatus hospitalerius cum consensu et voluntate et licencia canonicorum S. Cassiani do tibi Perolo pro Hosanola filia Gualdrathe nomine dotis duas peciolas terre salvo iure hospitalis S. Georgii; una est posita in loco qui vocatur Fontinigoli infra hec latera:

ab uno latere Albertinus Canellus, a II Remisinus, a III via, a IIII ⟨* *⟩; altera pecia est in loco qui vocatur Coreclo; hec sunt latera: ab uno latere est Ambrosius, a II Albertinus Alkiroli, a III Coreclo, a IIII via. Eo tamen tenore quod si Dominus dederit vobis filios vel filias de communi amplexu habeant et teneant ipsi in perpetuum, salvo iure hospitalis; et si Hosannola decesserit ante te sine communibus filiis, tu supradictus Perolus habeas de suo solidos luccenses X; reliqua vero revertantur ad matrem suam Gualdratham Castellanam, ita ut ipsa sit usufructuaria omnibus diebus vite sue, deinde revertatur hospitali S. Georgii. Hanc autem dotem firmam tenere promitto per me et per meos successores tibi tuisque filiis et heredibus sub pena XX solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula dotis firma maneat. Uguicio Iohannis de Sigiza manus investitor, sacerdos Gerardus Ducie, Albertus Tatti, Barignanus, Erro, Ugo de Tusca, Rodulfinus Grisilie rogati fuerunt testes.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 52. - Orig., mm. 334×141.

216.

Ad S. Cassianum, 20 novembris 1161.

Canonici S. Cassiani Maltruthae concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae cuius usumfructum habeant, donec vita comes erit, Divisia et Amigolus parentes eius.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo primo, indicione VIIII, temporibus * * pape et Fetherici inperatoris, die XI exeunte novembris, in porticu canonicorum S. Cassiani. Ideo nos quidem in Dei nomine domnus Iohannes venerabilis sacerdos atque Arduinus diaconus uná cum consensu fratrum nostrorum facimus cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi Maltruthe tuisque filiis et heredibus et Divisie matri tue ⟨in⟩ usufructu atque Amigolo viro eius de duabus turnaturiis in usufructo omnibus diebus vite tue, et in cocumque tempore Amigolus decessesserit, Maltrutha dare debeat solidos luccenses XIIII et medium cui Amigolus iudiçaverit; et habeat supradictas turnaturias de medietate possessionum, quas Iohannes de Susanna

tenuit a nobis vel a nostris antecessoribus. Prima pecia est in fundo qui vocatur Pinithi infra hec latera: a I latere Guido Iohannis de Guitha, a II heredes Ugonis de Zambono, a III ecclesia S. Donati, a IIII Gambelaria; II pecia: a primo latere Guillia Zambonis de Bethonia, a II Rodulfinus Urse, a III et a IIII heredes Ugonis de Zambono; III pecia est in eodem fundo: a I latere heredes Bennoli Scaldasse, a II Gambelaria, a III heredes Ugonis de Zambono, a IIII supradicta Guillia; quarta pecia est in eodem fundo: a I latere heredes Ugonis de Zambono, a II Rodulfinus Urse, a III heredes Marcoli, a IIII Imeldina de Iohanne de Roza. Quicquid infra hec latera manet, sicut superius legitur, concedimus vobis medietatem ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis vel nostris successoribus pro pensione denarium luccensem unum. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare nisi in nobis supradictis hordinatoribus minus XII denariis, quod de ea salva fide habere poteritis, si accipere voluerimus, si autem noluerimus, liceat vobis dare nostro consensu cui volueritis, salvo nostro iure; et nos supradicti hordinatores ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos lucenses XIIII et medium. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam solidorum lucensium XXX, et soluta pena, hoc pactum firmum maneat. Zigognolus castaldus manus investitor, Scofon.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 55. - Orig., mm. 358×230.

217.

Ad S. Cassianum, 24 novembris 1161.

Cessio hospitalis S. Georgii et omnium possessionum eius facta a Temperato cum consensu Rodulphi episcopi S. Cassiani et Imildae Malincaltii in favorem Rainerii abbatis de Monte Armato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXI, temporibus * * pape et Federici imperatoris,

die VII exeunte mense novembris, in castro S. Cassiani, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine Temperatus cum consensu confratum meorum et cum consensu domini Rodulfi episcopi S. Cassiani atque presente et consentiente Imilda Malincaltii do meipsum subsequenter vero ospitale cum ecclesia S. Georgii cum omnibus possessionibus et pertinentiis quecumque iamdicto ospitali pertinent ubicumque sint, tibi domno Rainerio venerabili abbati de monasterio S. Marie de Monte Armato, acceptori pro ipso monasterio et pro tuis confratribus et successoribus in perpetuum, ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicto monasterio in perpetuum permanendum, quod proprium est ad iura propria; et quod conducticias vel enphyteoticaria licenciam ⟨habeatis⟩ innovandi ad iura unde erit, salva tamen reverentia et racione ecclesie S. Cassiani. Que omnia scripsi ego Traccus Imolensis notarius precepto iamdicti domini Rodulfi episcopi et Temperati. Actum est hoc in presentia Zebedei iudicis et Spersonathi et Supercli fratris eius et Ruffi atque Vivoli et Romesini fabri et Sufidrini et Teuzolini atque Guerule et presente et consentiente Imilda Malincaltii.

III, 53. - Orig., mm. 260×190.

218.

Ad S. Cassianum, 24 novembris 1161.

Rainerius abbas monasterii Montis Armati tradit Temperato custodiam hospitalis S. Georgii eiusque possessionum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXI, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die VII exeunte mense novembris, actum in castro S. Cassiani, indictione nona, in presentia Zebedei iudicis et Spersonathi et Supercli fratris eius et Ruffi atque Vivoli et Ramesini fabri et Sufidrini et Teuzolini. Ego quidem dominus abbas Rainerius Montis Armati do et concedo tibi Temperatus ospitalem S. Georgii cum omnibus possessionibus suis ad regendum et custodiendum in vita tua. Que omnia scripsi ego Traccus Imolensis notarius precepto domini Rainerii abbatis.

III 54. - Orig., mm. 132×130.

219.

Ad S. Cassianum, 1161.

Imelda relicta de Maleincalzo Temperato concedit in emphytheusim dimidiam tornaturiam vineae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC sexagesimo primo, tempore * * pape et Federici imperatoris, indictione nona, actum in castro S. Cassiani, in domum Imelde relicte de Maleincalzo. Ego quidem in Dei nomine Imelda relicta de Maleincalzo per huius cartam mee vocis, professionis simulque pacti statuti, conveniencie, largietatis a presenti die tibi presenti in Dei nomine domno Temperato petitori pro te et pro tuis successoribus in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum, do et concedo et largior seu confirmo rem iuris mei suprascripte ordinatrici ; idest medietatem unius turnaturie terre vineate : ab uno latere est strata Petrosa, ab alio latere tenet Ugo Iohannis Orlandi, a tercio latere tenet iamdicta Imelda, a quarto latere est via. Infra hec latera res iacet cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, que est posita in fundo S. Ieorgii. Quam concedo et largior seu confirmo tibi domno Temperato ad habendam, tenendam, possidendam, defensandam et in omnibus meliorandam usque in predictis annis ad renovandum, salva racione domnica persolvenda ; ita sane ut inferatis michi iamdicte Imelde meisque heredibus omni marcii mense aut infra indicionem denarios duos monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia dedisti michi solidos treginta lucensis monete mercedis nomine. Et ab hodierna die non liceat michi suprascripte ordinatrici neque meis heredibus tibi prenominato petitori tuisque successoribus predictam rem tollere usque ad prefinitos predictos annos, sed securus et quietus exinde maneas ; et si co tempore quempiam personam hominum surrexerit que tibi eiusdem rei partem vel totam tollere voluerit, ego cum meis heredibus ab omni persona hominum defensare et auctorizare promitto per me et per meos heredes tibi tuisque successoribus hoc pactum usque ad prefinitum tempus suprascriptum,

quod superius legitur, contra omnes homines cum racione sub pena dubpla, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Ego iamdictá ordinatrix Imelda firmavi hec.

Testes Tortellus, Dominicus Sclavone, Spersonatus, Guerra, isti interfuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie rogatus interfui, scripsi hec.

III, 45. - Orig., mm. 315×176.

220.

Ad S. Cassianum, 1 februarii 1162.

Canonici S. Cassiani Sassolino et Ioanni de Bonsavere concedunt in emphytheusim casamentum positum in civitate Imola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXII, indicione X, tempore * * pape et Fetherici imperatoris, die prima mensis februarii, in porticu domus canonicorum S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio tibi Sassolino receptori pro te et pro Mazolica uxore tua, et Iohanni de Bonsavere receptori pro te et pro Immola uxore tua cartam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum, vestrisque filiis et heredibus, de uno casamento, quod est positum in civitate Imola, infra hec latera: ab uno latere Aiola, a II Ugorozone, a III via, a IIII strata. Quicquid infra hec latera manet, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis vel nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos lucenses V. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare, si oportunum fuerit, nisi in nobis supradictis hordinatoribus, si accipere voluerimus, minus XII denariis

quod de eo, salva fide, habere poteritis, si autem noluerimus accipere, liceat vobis dare cui volueritis nostro consensu, cui volueritis salvo nostro iure. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam solidorum lucensium xx, et soluta pena, hoc pactum firmum maneat. Presbiter Artusius manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 56. - Orig., mm. 270×178.

221.

Ad S. Cassianum, 22 februarii 1162.

Canonici S. Cassiani cedunt Rainerio abbati monasterii Montis Armati hospitale et ecclesiam S. Georgii una cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die VII exeunte mense februarii, in canonica S. Cassiani, indictione decima. Ego quidem in Dei nomine dominus Rodulfus prepositus ecclesie S. Cassiani, presentibus et consentientibus fratribus meis, scilicet Gerardus presbiter et Artusius presbiter et Iohannes presbiter et Arduinus diaconus et Ubaldus diaconus et Isnardus subdiaconus et Octo subdiaconus et Constantinus subdiaconus canonici predicte ecclesie pro nobis cunctisque aliis canonicis et pro nostris successoribus per hoc instrumentum presenti die damus et concedimus tibi domino Rainerio venerabili abbati de monasterio S. Marie de Monte Armato acceptori pro ipso monasterio et pro tuis fratribus et successoribus in perpetuum hospitale et ecclesiam S. Georgii cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis damus et concedimus tibi predicto abbati omne ius et actionem quam habemus vel habere speramus, ad habendum, tenendum et ordinandum et quicquid tibi et tuis successoribus exinde faciendum placuerit. Et si nos vel nostri successores predicta omnia firmiter observare noluerimus et hunc instrumentum quolibet modo infringere presumpserimus, pene nomine huius [1] libre auri dare tibi et tuis successoribus promittimus, et insuper hic contractus, ut supra legitur, semper incorruptus tenere spondemus. Que omnia scripsi ego Traccus Imolensis notarius pre-

cepto iamdicti domini Rodulfi prepositi et eius fratrum. Actum est hoc in presentia Zebedei iudicis et Spersonati et Supercli fratris eius et Guidonis Albertini et Stuliani de Monte Armato et Ugoni Adiline et Guiberti de Duza.

(Aa). Ego Rodulfus prepositus subscripsi. Ego Orlandus presbiter subscripsi. Ego presbiter Rodulfus manu mea subscripsi. Ego Gerardus subscripsi. Ego Iohannes presbiter manu mea subscripsi. Ego Ubaldus diaconus subscripsi. Ego Artusius manu mea subscripsi. Ego Arduinus diaconus subscripsi. Ego Arardus subscripsi. Ego Guido diaconus subscripsi. Ego Otto subdiaconus subscripsi. Ego Donatus subdiaconus subscripsi. Ego Gotifredus subscripsi. Ego Isnardus subdiaconus subscripsi. Ego Lambertus subdiaconus subscripsi. Ego Constantinus subscripsi. [2]

III, 57. - Orig., mm. 347×190.

[1] *Pro* unius [2] *Non omnes subscriptiones diversa manu exaratae apparent.*

222.

[Ad S. Cassianum], 16 maii 1162.

Canonici S. Cassiani Temperato cedunt ad eorum consensum regendum hospitale S. Georgii una cum omni augmento suo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXII, temporibus * * pape et Federiçi imperatoris, die XV mensis maii, in casa hospitalis S. Georgii. Nos quidem in Dei nomine presbiter Gerardus et presbiter Orlandus canonici S. Cassiani cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum nostrorum concedimus tibi Temperato tuisque confratribus et successoribus in perpetuum possidendum; idest hospitale, quod dicitur S. Georgii, cum omni augmento suo predicti hospitalis, quod hospitale diu est quod est hedificatum a nobismetipsis, ut pro nobis habeatis et teneatis cum tuis confratribus et successoribus in perpetuum. Ita tamen ut predictum hospitale regatur ad nostrum sensum, et servientes et rectores eiusdem hospitalis ordinentur et disponantur a nobis cum concordia confratrum iamdicti hospitalis, salvo tamen honore et reverentia episcopi. Ita ut tu predictus Temperatus cum tuis confratibus et successoribus in perpetuum inferas nobis nostrisque confratribus et successoribus omni anno in mense marcii aut infra indicionem

unam libram cere; et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus predictum hospitale et augmentum ipsius ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus tibi tuisque confratribus et successoribus. Ideo quia confiteris te de hoc quod fecisti de predicto hospitali penituisse et male fecisse; et si nos vel nostri confratres et successores contra hec, que superius legitur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverimus, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam tibi tuisque confratribus et successoribus mediam libram auri, et post solutam penam, hec concessio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Nicholaus Gualdrathe Albuini, Guido Guithitti, Petrus Zanzullus, Petrus de Bonildis, Petrus Guarinus, Sinibaldus Potesta, Spunzolus, Petrus Palfusti, Rodufinus Grisilie rogati fuerunt testes.

III, 58. - Orig., mm. 430×173. In versu XD *legi nequit.*

223.

Ad S. Cassianum, 20 maii 1162.

Canonici S. Cassiani Ioanni et Orlandino concedunt in emphytheusim unam petiam terrae positam in loco qui Braita appellatur.

[In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab inca]rnacione eius anno MCLXII, indicione X, tempore * * [pape et Fe]derici imperatoris, die vigesima mensis madii, in porticu domus canonicorum S. Cassiani. Unus vel duo quidem modus loci vulgariter pactum appellari solent. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum vobis in Christi nomine Iohanni et Ho⟨r⟩landino filiis Ugonis de Zanzone vestrisque filiis et heredibus de una pecia terre, que est posita in loco qui vocatur Braita, et est estimata turnaturiam I et IIII perticas et duos pedes ad iustum podismum designata, hec sunt latera: a I latere vos supradicti petitores, a II Gualdratha, a III Alfacia, a IIII via. Quicquid infra hec latera manet, sicut superius legitur, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad [habendum, t]enendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in

annis advenientibus predi[ctis ad renovandum]. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis [nobis nostrisque successoribus pro] pensione denarium lucensem I cum vestris filiis et heredibus; et nos suprascripti hordinatores [cum nostris successoribus vobis vestrisque] filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare [promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis] solidos lucenses XL. Eo tamen tenore ut non habeatis licen[ciam vendere, nec donare neque aliquo modo aliena]re si oportunum fuerit, nisi in nobis supradictis [ordinatoribus, si accipere voluerimus, m]inus XII denariis, quod de ea, salva fide, habere pot[eritis, si autem noluerimus accipere, liceat vobis da]re cui volueritis salvo nostro iure. [Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra] hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars [parti fidem servanti penam solidorum lucensium] . . . , et soluta pena, hoc pactum firmum maneat . . . [manus investito]r.

[ST. Ego Albericus Dei gratia S. Cassia]ni notarius scripsi.

III, 59. - Orig., mm. 240×210. Charta sinistrorsum valde arrosa est; pro restitutionibus cf. n. 220.

224.

[Ante diem 23 mensis augusti 1162].

Fridericus Romanorum imperator litteram ad Avinionensem episcopum mittit qua eum ad concilium apud Bisuntium celebrandum invitat.

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus fideli suo Avinionensi episcopo gratiam suam et omne bonum. Inter innumeras et tumescentes tempestatum procellas, quibus iamdiu navicula beati Petri quassata et inter presuras diversas, quibus sancta Ecclesia frequenter afflicta et tribulata est tandem verus ille mediator Dei et hominum Iesus Christus, qui Ecclesiam suam veluti unicam sponsam proprio caractere sui preciosi sanguinis insignivit et redemit consolationis gratiam, quam ascendens in celum fidelibus suis repromisit inquiens: Non relinquam vos orfanos, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad co⟨n⟩sumationem seculi; evidentibus et illis et manifestis declarat indiciis. Ipse enim sicut stella matutina in medio nebule oriens, solita pietate Ecclesiam suam in tribula-

tione respexit et surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. Pro illa siquidem controversia que inter nos et regem Francorum pro scismate Romane Ecclesie iam iamdiu agitabatur, apsirante [1] Spiritus Sancti gratia, que facit habitare u⟨na⟩nimes in domo Domini, mediantibus hinc inde legatis, pari tandem voluntate et unanimi consensu inter nos convenit quod nos videlicet unam [2] archiepiscopis et episcopis et patribus orthodoxis ac viris re⟨li⟩giosis, baronibus, et utriusque regni principibus, IIII kalendas septembris, in die videlicet Decollationis S. Iohannis Baptiste super fluvium Saonam, in episcopatu Bisuntino, concilium generale pariter celebraturi sumus; in quo rex Francorum dilectus consa⟨n⟩guineus noster cum universis archiepiscopis suis, episcopis et cum omnibus sui regni principibus et tota Ecclesia Gallicana, [3] reverendum patrem nostrum dominum papam Victorem sicut per sacramenta et firmisimas securitates preordinatum est in apostolicum et universalem sancte Dei Ecclesie pontificem recipiet, et debitam ei reverentiam exibebit. Verum quia hoc negotium tam arduum tamque salubre et tam necessarium uti de reconciliatione sancte Ecclesie et salute totius christianitatis in commune agitur, sine tue disce⟨n⟩tionis ceterorumque principum ac Christi fidelium presentia consumari nec debet, nec potest, exoramus te et monemus in ea fide quam debes i⟨m⟩perio et sancte Dei Ecclesie et anime tue; quatenus omni occasione summota cu⟨m⟩ sapientioribus et magis idoneis et litteratis personis tue diocesis apud Bisuntium IIII die ante predictum terminum, fami⟨lia⟩riter more curie nobis occuras ad concilium nobiscum processuris. Et quia habundans cautela non nocet, milites tui, quos tecum adduces, in armis et clipeis sint muniti. Insuper tentoria deferas, que propter domorum raritatem, necessaria erunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negotium domini pape V(ictoris) ad gloriam Dei et ad pacem et unitatem sancte Ecclesie et omnimodum honorem imperii honesto fine terminabitur.

III, 35 - Exemplar saeculi XII, mm. 152×148. Charta, quae aliquantulum lacera est, probabiliter inter plurium actuum syllogem inveniebatur, uti desumi potest ex brevitate marginis tam superioris quam inferioris; immo in superiore margine scripturae reliquias reperimus, quae documentum a praecedenti rescissum esse insinuant. — Stumpf, 3945, 3948; Monumenta Germaniae historica, LL. Sect. IV, Constitut. I, 290; Watterich, Vitae Pontificum, II, 523; Simonsfeld, Urkunden Friedrich Rotbarts in Italien, 541.

[1] *Pro* aspirante [2] *Pro* una [3] *Textus habet* Ecclesia a Gallicana

225.

Ad S. Cassianum, 9 decembris 1162.

Transactio quam canonici S. Cassiani cum Guidone Alkerii et Melle receptoribus pro hospitale S. Georgii faciunt de iuribus et actionibus circa unam petiam terrae positam in fundo S. Geòrgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXII, indicione X, tempore * * pape et Federici imperatoris, die nona mensis decembris, in porticu domus canonicorum S. Cassiani. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius in loco supradicto ibique mecum boni viri quorum nomina sunt hec : Presbiter Gerardus, sacerdos Horlandus atque Iohannes presbiter, Guido diaconus, quorum arbitrio et aliorum canonicorum hec transhaccio facta est, accessit Sinibaldus, cessit, difinivit atque refutavit Guidoni Alkerii atque Melli receptoribus pro hospitali S. Geiorgii ; idest omne ius et omnem haccionem seu pertinenciam quam olim habuit vel modo habet in una pecia terre que est posita in fundo S. Georgii infra hec latera : ab uno latere heredes Arduini, a II supradictum hospitale, a III Coreclo, a IIII via. Quantum infra hec latera permanet, deinceps habeat supradictum hospitale, teneat, possideat cum suis servientibus in perpetuum. Pro eo quia Temperatus quondam hospitalerius et Guido Alkerii atque Mel dederunt supradicto Sinibaldo libras denariorum lucensium V ; et non liceat sibi neque suis heredibus ullo unquam tempore repeticionem, causacionem aut lite⟨m⟩ movere contra illos neque contra eorum successores, nec in placito neque extra placitum neque colibet modo, set securi et quieti exinde maneant in perpetuum, auctoriare et defensare et firma tenere promisit per se et per suos heredes sibi suisque successoribus in perpetuum sub pena dupli, et soluta pena, hec transhaccio seu difinicio fir⟨ma⟩ maneat in perpetuum. Testes interfuerunt Rubeus Iohannis Bonivini, Rainucius, Guido Horabilis, Rustizellus, Vegnestivus, Blancus Scutarius, Lanfrancus et aliorum multorum quorum longum est ad scribendum.

[ST]. Ego Albericus ⟨Dei⟩ gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 60. - Orig., mm. 318×154. In versu, manu eiusdem notarii Hospitale S. Georgii.

226.

Ad S. Cassianum, 9-30 ianuarii 1163.

Canonici S. Cassiani medietatem unius mansi de loco Russe dicto concedunt in emphytheusim Hugoni Matharasso, Palazo eiusque nepotibus ac Bonofilio pro rata aequali possidendam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXIII, indicione XI, tempore * * pape et Federici inperatoris, die . . X [1] mensis ianuarii, in claustro canonicorum S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum vobis in Christi nomine Ugoni Matharasso in una porcione, Palazo cum nepotibus suis in alia, Bonofilio in tercia de medietate unius mansi terre in loco qui vocatur Russe vel ubicumque sit; supradictum medium mansum concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut omni anno dare debeatis nobis vel nostris successoribus cum vestris filiis et heredibus terraticum de maiori labore stario septimo, minuti octavo, lini manna nona, et si vinea in ea fuerit, terciam partem vini et medium amiscerem, in mense madii pro frisingo denarios lucenses VII, super aream receptis dominis ad comedendum unum pullum, unam fogaciam; duo carizia et opera dare debeatis secundum quod continentur in alio medio manso, in festivitate S. Martini denarios lucenses XXI, in Natale Domini medium amiscerem de carne; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia vos dedistis nobis solidos lucenses X. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare, si oportunum fuerit, sine nostra licencia. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere ten-

taverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem penam dupli, et soluta pena, hic libellus maneat firmus. Zigognolus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 61. - Orig., mm. 248×208.

[1] ..x *denotat diem* [I]x *vel* [XI]x *vel* [X]x *vel* [XXI]x *vel* [XX]x.

227.

Ad S. Cassianum, 26 ianuarii 1163.

Canonici S. Cassiani Basso concedunt in emphytheusim casamentum positum in castro S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXIII, ind[ictione XI], tempore * * pape et Federici inperatoris, die VI exeunte mense ianuarii, [in por]ticu domus canonicorum S. Cassiani. Unus quidem modus loci vulgariter pactum appellari solet. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam pacti in LXVIIII annos ad renovandum tibi Basso tuisque filiis et heredibus de uno casamento quod est positum in S. Cassiani castro; hec sunt latera: ab uno latere Guido de presbitero Azo, a II Bosia, a III nos supradicti hordinatores, a IIII via. Supradictum casamentum conce[dimus] tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, def[ensandum et] in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad re[novandum. Ita] sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem infera[tis nobis v]el nostris successoribus pro pensione denarium lucensem I; et nos supradicti hordinatores cum nostris succ[essoribus] tibi tuisque filiis et heredi[bus a]b omni [perso]na hominum auctorizare et defensare promittimus. [Pro eo quia tu dedi]sti nobis denarios lucenses XII. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare sine nostra licencia. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam X solidorum lucensium, et soluta pena, hoc pactum firmum maneat. Cassolinus de B[ona manus] investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 62. - Orig., mm. 240×165. Charta pluribus in partibus arrosa est.

228.

Imolae, 17 februarii 1163.

Buza pro salute animae suae et parentum suorum donat ecclesiis S. Cassiani et S. Laurentii unam petiam arvi de fundo Cruceferia.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesisimo centesimo sexagesimo tercio, indicione undecima, die duodecimo exeunte mense februarii, in civitate Immola, in casa Guidonis Girardi Andręę da Macerata, tempore * * et Federici imperatoris. Ego quidem in Dei nomine Buza pro Deo et pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum et patris et matris męę do et largior ad S. Cassianum et ad S. Laurencium peciam unam terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus in fundo et loco qui dicitur Cruceferia, territorio Corneliensi, plebe S. Laurencii: ab uno latere * *, ab alio * *, a tercio * *, a quarto * *. De quanto infra hec latera te(ne)o et permanet, volo ut canonici S. Cassiani habeant et teneant et possideant medietatem in usu et victu et in gaudimento eorum ad propriam mensam eorum ad iura propria, et si ullo tempore conducticia aparuerit, liceat illis exinde innovare ad iura unde aparuerit. Hec vero donacio facio et do iamdictis canonicis S. Cassiani, ut dixi, pro remissione meorum peccatorum, et investio presbiterum Petrum, qui dicitur Clusurię, in vice canonicorum S. Cassiani receptorem pro illis de prenominata medietate iamdicte pecie terre ut canonici S. Cassiani quiete et paciffice semper et in perpetuum, ut dictum est, habeant et teneant post mortem meam: sic volo, ut dictum est, ut firmum et ratum et stabile permaneat in perpetuum. Penam vero ego Boza pono, ut si ullo tempore mei heredes contra hanc donacionem agere voluerint, duas auri uncias componant et dent illis canonicis, et paena data et soluta, hec donatio in perpetuum firma maneat. Et mitto Guidonem de Girardo de Andrea da Macerata, et rogo ut de predicta medietate canonicos S. Cassiani investiat et in possessionem mittat; et rogo Petrum notarium ut scribat hanc donacionem, et rogo omnes hic stantes ut testes sint. Ego vero Petrus notarius rogatus scripsi. Ibi vero fuit domnus Dominicus abbas S. Marię in Re-

gula et Guido prior S. Marię et de monachi S. Marię complures ibi fuerunt et canonici S. Laurencii fere omnes, presbiter Ubaldus, presbiter Rambertus, Bonusfilius Macerate * * * *, de capelanis fuerunt complures.

III, 63. - Orig., mm. 362×237. In versu ND *legi nequit.*

229.

Ad S. Cassianum, 16 iulii 1163.

Canonici S. Cassiani Isachatto concedunt in emphytheusim quinque tornaturias terrae positas in fundo Centum nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XVI mensis iulii, in claustro canonice S. Cassiani, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Gerardus presbiter et canonicus ecclesię S. Cassiani cum consensu canonicorum predicte ecclesie confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Isachatto pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, et sit in potestate patris tui Martini Letitię omnibus diebus vite sue; idest unam peciam terre laboratorie computatam quinque turnaturias que est posita in fundo qui vocatur Centum, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii : a duobus lateribus sunt vie, a tercio vos conductores et heredes Ildebrandini Melie, a quarto latere tenet Iohannes Arsus ; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine tres libras denariorum monetę lucensis et novem solidos ; et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nobis ordinatoribus et in nostris succes-

soribus, si tollere voluerimus, pro xii denariis lucensibus minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, tunc liceat vobis supradictam rem dare cui volueritis ut nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor Cigugnolus castaldio.

III, 64. - Orig., mm. 366×180. In versu, manu saeculi XIII In fundo Piniti.

230.

Imolae, 24 ianuarii 1164.

Albertus donat nepoti suo Orlandino eiusque fratri unam petiam terrae vineatae de fundo Querzetho et omnia bona sua.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius m[cl]xiiii, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die octavo exeunte mense ianuarii, Imole, indictione xii. Ego quidem in Dei nomine Albertus do et dono tibi presenti Orlandino nepoti meo acceptori pro te et fratre tuo Castaldo et pro vestris filiis et heredibus; idest unam petiam terre vineate in fundo qui vocatur Querzethum: ab uno latere tenet Ingilminus, ab alio Buccaforte, a tercio Curiclo, a quarto via. Et insuper do et dono vobis omnes alias meas possessiones mobiles et immobiles ubicumque sunt cum omnibus actionibus et pertinentiis, quecumque michi inde pertinet, ad dandam pensionem i denarium monete Venetie de predicta vinea ad iura unde erit. Que omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et dono vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum ut habeatis cum vestris filiis et heredibus. Pro eo quia debeatis michi benefacere, si michi est necesse. Et ego iamdictus donator supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena dupli, ut predicta res valet, et post solutam penam, hic contractus donationis maneat firmus. Quem scripsi ego Traccus Imolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Ubertinus Ugonis Pizoli, Guido de Pepo, Luiterius Laurentii, Petrus de Ruzerio et presbiter Amigus rogati fuerunt testes.

III, 65. - Orig. mm. 260×197.

231.

Ad S. Cassianum, 29 martii 1164.

Benedictus prior monasterii S. Donati Brocardo eiusque uxori Gislae concedit in emphytheusim duas petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXIIII, indictione XII, tempore * * pape et Federici inperatoris, die tercia exeunte mense marcii, in claustro monasterii S. Donati, in castro S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine domnus Benedictus venerabilis prior supradicti monasterii uná cum consensu monachorum et serviencium eiusdem ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Brocardo receptori pro te et pro Gisla uxore tua et pro filiis et heredibus vestris de una pecia terre, que est posita in loco qui vocatur Laguna, infra hec latera : ab uno latere heredes Guiduci, a II heredes Iohannis de Berta, a III tu supradictus Brocardus per ecclesiam S. Cassiani, a IIII Gambelaria ; et de alia pecia, que est posita in fundo qui vocatur Macerata, hec sunt latera : a duobus lateribus Iacobus Matharassi, a tercio Aimericus et Marcolus, a IIII via. Quantum infra supradicta latera manet, territorio Corneliensis, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarios lucenses duos ; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia tu dedisti nobis solidos denariorum lucensium decem et octo. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere nec donare neque aliquo modo alienare sine nostra licencia. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere

tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Sacerdos Albertus manus investitor, Pax Letoardi, Ugo de Tusca, Zantolinus rogati testes fuerunt.

(Aa). Ego Benedictus monachus et prior subscripsi. Ego Maurus presbiter et monachus subscripsi. Ego Melchiolus monachus subscripsi. Ego Iohannes monachus subscripsi. Ego Donatus monachus subscripsi. Ego Teuzo monachus subscripsi. [1]

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 66. - Orig., mm. 369×174.

[1] *Binae novissimae subscriptiones ab eadem manu exaratae sunt, reliquae a diversa manu exaratae apparent.*

232.

Ad S. Cassianum, 27 octobris 1164.

Canonici S. Cassiani Lanzolino eiusque uxori Berthae concedunt in emphytheusim tertiam partem horti positi in fundo Filzi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXIIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die quinto exeunte mense octubris, in domo canonici S. Cassiani, indictione XII. Ego quidem in Dei nomine Orlandus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu canonicorum predicte ecclesie nomine pacti concedo et largior tibi Lanzolino acceptori pro te et Berta uxore tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et novem ad renovandum; idest tertiam partem de uno orto quod est positum in fundo Filzi : ab uno latere Imildina de Zacharia, ab alio iura monasterii S. Marie, a tertio iura S. Laurentii, a quarto via. Quantum est infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem III denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis x .solidos. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis supradictam rem nec vendere nec donare neque

ullum contractum facere nisi in predicta ecclesia, si tollere voluerit, per XII denarios minus quam ab aliis habere potueritis, et si noluerit, liceat vobis dare cuicumque volueritis salva nostra ratione. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus, et hoc pactum firmum tenere sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Manus investitor fuit presbiter Iohannes canonicus predicte ecclesie.

III, 67. - Orig., mm. 340×195. In versu, scriptum manu eiusdem notarii Appare Lanzulini, III albulos; *manu saeculi XII* Ugolinus Pedelauro possidet hanc.

233.

Ad S. Cassianum, 7 decembris 1164.

Fortiguerra Laudesanus et Ioannes Gavelli vendunt Zerbilioni unam petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXIIII, indictione XII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die septima mensis decembris, in castro S. Cassiani. Ideo nos quidem in Dei nomine Fortiguerra Laudesanus et Iohannes Gavelli vendimus, cedimus nec non perpetualiter transactamus tibi in Christi nomine Zerbilioni receptori pro te et pro Avellina uxore tua et pro filiis et heredibus vestris in perpetuum ; idest unam peciam terre que est posita in loco qui vocatur * *, hec sunt latera : ab uno latere hospitale S. Georgii, a II Petrus Guarinus, a III filii Ugolinelli de Cassolo, a IIII rius. Quantum infra supradicta latera manet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, deinceps habeatis potestatem vendendi, donandi, commutuandi et quicquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendi in perpetuum. Conducticia autem si aparuerit, licenciam habeatis innovandi a iure unde est. Pro eo quia tu dedisti nobis solidos denariorum lucensium IIII^or^, minus II denarios. Et ab hinc in antea omnia supradicta cum nostris heredibus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus sub pena dupli, et soluta pena, hec cartula vendicionis maneat firma. Quam nos presentes Forti-

guerra et Iohannes scribere mandavimus. Cassanotus Ambrosii manus investitor, Guido de Mera, Zogolus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 68. - Orig., mm. 260×169.

234.

Ad S. Cassianum, 20 ianuarii 1165.

Petrizolus Panarola donat Bonae filiae Albertini de Ioanne magistro valimentum triginta solidorum denariorum lucensium.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indicione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die vigesima mensis ianuarii, in castro S. Cassiani. Ideo ego quidem in Dei nomine Petrizolus Panarola dans, do, dono tibi Bone filie Albertini de Iohanne magistro ; idest valimentum triginta solidorum denariorum lucensium de meo, ut deinceps habeas, teneas et quicquid tibi tuisque heredibus exinde placuerit, faciatis in perpetuum, hanc autem donacionem auctoriare et defensare et firmam tenere promitto et non corumpere tibi supradicte Bone tuisque filiis et heredibus in perpetuum sub pena dupli, et soluta pena, hec cartula donacionis maneat firma. Quam ego presens Petrizolus scribere mandavi. Gregorius manus investitor, Acarisolus de Monte Catone, Horlandinus de Leulo, Petrus Cresencii, Pasolus, Iohannes filius Albertini de Iohanne magistro rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 69. - Orig., mm. 270×158. In versu ND *in qua etiam habetur testis* Petrus Lucingus

235.

Ad S. Cassianum, 17 februarii 1165.

Canonici S. Cassiani Alkirolo filio Gandulfi Potesta concedunt in emphytheusim duas tornaturias et perticam unam arvi positi in fundo qui Vigumfabri vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXV, temporibus * * pape et Federici imperatoris,

die XII exeunte mense februarii, in castro S. Cassiani, sub porticu canonice S. Cassiani, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus prenominate ecclesię canonicus cum consensu canonicorum predicte ecclesię nomine pacti concedimus et largimur tibi Alkirolo filio Gandulfi Potesta conductori pro te et Ingilsia uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest duas turnaturias terre laboratorie ad perticam S. Cassiani, et unam perticam et sex pedes, que sunt posite in fundo qui vocatur Vigumfabri, constitutam territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii: ab uno latere tenes tu conductor nostro iure, ab alio Guillelminus Petri de Albizo, a tercio heredes Mariscotti, a quarto latere Lodoinus Laurentii et heredes Petri Santerni cum consortibus suis ; ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus usque ad predictos annos ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta et quinque. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus ; ita tamen ut si aliquem contractum de supradicta re facere volueritis, aut vestri heredes, in nobis aut in nostris successoribus facere debeatis, si tollere voluerimus pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteritis; et si tollere noluerimus, tunc liceat vobis dare cui volueritis, salva tamen nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Manus investitor fuit Cigugnolus, Orlandinus Peioli et Iohannes cognatus eius ibi interfuerunt.

III, 70. - Orig., mm. 250×157.

236.

Ad S. Cassianum, 21 martii 1165.

Rodulphus episcopus Corneliensis Ecclesiae et canonici S. Cassiani permutationis causa cedunt Arnulpho, Guidoni Alkerii et Melli, Albertino ac Ioanni unam petiam terrae de fundo S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indicione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die undecima exeunte mense marcii, actum in porticu domus episcopi, in castro S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis episcopus sancte Corneliensis Ecclesie cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie do, cedo, permuto atque concedo vobis domino sacerdoti Arnulfo, Guidoni Alkerii et Melli, Albertino et Iohanni receptoribus pro vobis et pro vestris successoribus et pro hospitali S. Georgii in perpetuum; idest unam peciam terre que est posita in fundo S. Georgii infra hec latera: a duobus lateribus supradictum hospitale, a III Coreclus, a IIII via; quantum infra supradicta latera manet, deinceps habeatis, cum vestris successoribus in perpetuum. Pro eo quia vos dedistis et refutastis michi omne ius et omnem accionem qua vos habebatis in una pecia terre que est posita in fundo qui vocatur Rosano, et viginti septem solidos denariorum lucensium. Et ego supradictus episcopus cum meis successoribus vobis vestrique successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto sub pena decem librarum denariorum lucensium, et soluta pena, hec cartula permutacionis et concessionis maneat firma. Rodulfus Petrizani manus investitor, Nicola Albuini, Iohannes Orlandini, Prudencius, Minabos, Guido Longus et alii plurimi rogati testes fuerunt.

(A). † Ego Rodulfus Corneliensis episcopus subscripsi.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 71. - *Orig.*, *mm.* 280×188. *In versu* ND *in qua etiam nominantur testes* sacerdos Rodulfus, presbiter Gerardus, Arduinus, Guido de Ponte; *extat alia nota uti n. 10.*

237.

Casulae, 13 aprilis 1165.

Bretammus Agrestolo duas unius petiae terrae partes, tertiam vero partem Bertholinae in emphytheusim concedit.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacionè eius anno MCLXV, indicione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die tercia decima mensis aprilis, actum in castro Casule. Unus quidem modus loci vulgariter pactum appellari solet. Et ideo ego quidem in Dei nomine Bretammus filius quondam Alberti de Bulgaro facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Agrestolo receptori pro te et pro Pizola uxore tua de duabus partibus, et pro Bertolina cognata tua de tercia parte unius pecie terre, que est posita in fundo qui vocatur Solarolo, infra hec latera: ab uno latere Iohannes Rambertini, a II Burkisanus, a III Auropilus, a IIII via; infra hec latera supradicta terra permanet et est computata turnaturias tres, si plus est vel minus, ita permaneat territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani; hec omnia concedo vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis michi et meis heredibus pro pensione denarios lucenses tres: et ego supradictus hordinator cum meis heredibus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto. Pro eo quia tu dedisti michi solidos denariorum lucensium triginta sex. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere vestrum ius nisi in me vel in meis heredibus, et ego et mei heredes similiter in vobis. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod vero pactum ego presens Bretammus scribere mandavi. Ubaldinus manus investitor, presbiter Ildebrandus, Guido clericus, Guascon, Cordianus, Guidolinus de Girardellis rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 72. - Orig., mm. 339×155.

238.

Solustrae, 18 iulii 1165.

Bertha vidua Rainucini et filius eius Arduinus cedunt canonicis S. Cassiani duas turnaturias terrae in fundo Virula sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indicione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die XVIII mensis iulii, actum in plebe Solustre. Ideo nos quidem in Dei nomine domina Berta relicta a Rainucino viro meo et Arduinus filius noster cedimus, damus atque perpetualiter transactamus vobis in Christi nomine sacerdoti Artusio, domino Gotifredo atque Lambertino canonicis S. Cassiani receptoribus pro ecclesia S. Cassiani in perpetuum; idest duas turnaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Virula ad perticam plebis Solustre; hec sunt latera: a tribus lateribus nos supradicti donatores, a IIII ecclesia S. Cassiani. Et hoc facimus pro remedio anime Rainucini olim mariti mei et omnium nostrorum parentum, ut deinceps habeatis, teneatis vos et fratres vestri et vestri successores in perpetuum pro supradicta ecclesia cum omni iure et cum omni accione sibi pertinentibus, auctoriare et defensare et firma tenere promittimus omnia supradicta per nos et per nostros heredes vobis vestrisque successoribus in perpetuum sub pena dupli, et soluta pena, hic contractus maneat firmus. Quem nos presentes Berta et Arduinus scribere mandavimus. Petricinus Isnardi manus investitor, Drutholus Burdigianus, clericus Gualfredus, Iohannes Eboli, Albertus frater eius, Morandolus Buduine [1] rogati testes fuerunt.

[ST]. Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 73. - Orig., mm. 289×168. In versu ND.

[1] *In* ND *scriptum est* Buine

239.

Ad S. Cassianum, 15 augusti 1165.

Canonici S. Cassiani Ubertino eiusque uxori Berthae cedunt in emphytheusim sesqui tornaturiam terrae positam in fundo Solarolo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indictione XIII, tempore * * pape et Federici inperatoris, die XV mensis augusti, actum in castro S. Cassiani, in porticu canonicorum eiusdem ecclesie. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos eiusdem ecclesie uná cum consensu canonicorum fratrum meorum facio cartulam libelli in viginti et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Ubertino receptori pro te et pro Berta uxore tua et pro filiis et heredibus vestris ; idest de una pecia terre que est posita in fundo qui vocatur Solarolo et est estimata turnaturiam unam et mediam, hec sunt latera : ab uno latere Albertus Rampus, a II Bulgarus, [1] a III abbatis S. Marie, [2] a IIII via. Infra supradicta latera supradicta terra permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani ; quam concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis inferatis nobis et nostris successoribus in Domini Natale amiscerem unum, duos gapones cum duobus fogaciis, et de quacumque blava in ea fuerit, starium unum ad starium Casule. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium quinque. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hic libellus maneat firmus. Et licenciam habeatis in possessione ingredi vestra auctoritate.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 75. - Orig., mm. 258×170. In versu extant duo regesta huius instrumenti manu saeculi XII.

[1] Bulgarus *interscriptum supra* Horlandinus Sclafalardus *deletum.*
[2] abbatis S. Marie *interscriptum supra* Rodulfus *deletum.*

240.

Ad S. Cassianum, 30 augusti 1165.

Canonici S. Cassiani Spinello et Vescovello concedunt in emphytheusim tres tornaturias terrae positas in Casanova.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo CLXV, temporibus de papa quidem sumus incerti, regnante Federico inperatore, die secundo exiente mense agusto, actum in castro S. Cassiani, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu sacerdotum atque clericorum fratrum meorum nomine pacti facio cartulam vobis Spinellus et Vescovellus vestrisque filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest III turnaturie terre posite in Casanova in duobus locis; prima petia cum vinea super se habente: a primo latere vos, a secundo latere Malconpatre, a duobus lateribus via; alia petia terre: a primo latere Aldrevandus Grifi, a secundo latere Agnelica, a duobus lateribus via. Et insuper alia petiola terre damus vobis, et est posita in loco qui dicitur Frascario: a primo latere via, a tribus lateribus vos. Quicquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S Cassiani. Hec supradicta terra concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti nobis mercedis nomine pro caltiarii libras IIII. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mense martii vel infra indictionem pro pensione denarios lucenses II et blancum unum, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi nisi ecclesie nostre et ad nos per duodecim denarios minus quam ab aliis; quod si feceritis, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ego cum meis successoribus promitto vobis vestrisque filiis et heredibus auctoriare et defensare omnia supradicta sub pena dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Gibertus S. Cassiani notarius. Zugugnolus manus investitor, Iacobus Baldizoni.

Ego Gibertus S. Cassiani notarius scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 74. - Orig., mm. 296×268. In versu, fortasse manu eiusdem notarii Cartula Spinelli et Vescovelli filiorum Bonifatii.

241.

Ad S. Cassianum, 5 decembris 1165.

Canonici S. Cassiani Alfirolo eiusque uxori Berthae concèdunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo Cento.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indictione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die quinta intrante mense decembris, actum in castro S. Cassiani, in porticu canonicorum eiusdem ecclesie. Unus quidem modus loci vulgariter pactum appellari solet. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos eiusdem ecclesie uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Alfirolo receptori pro te et pro Berta uxore tua et pro filiis et heredibus vestris; idest de una pecia terre que est posita in fundo qui vocatur Cento infra hec latera: ab uno latere tu supradictus Alfirolus, a II Berton, a III Coreclo, a IIII via; et est computata turnaturias duas et unam perticam, si plus est in eodem contractu permaneat: infra supradicta latera supradicta terra permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani; concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium sexaginta et sex, et decimum nobis et nostris successoribus dare debeatis. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Isnardus

Iohannis Montanarii manus investitor, Matarus, Zambonellus Girardini Lombardi rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 76. - Orig., mm. 374×160. In versu, manu eiusdem notarii Appare Altiroli, pro pensione unum denarium lucensem et decimum; *manu saeculi XIII* Hanc dicitur habere Gracianum de Florentina.

242.

Ad S. Cassianum, 18 decembris 1165.

Canonici S. Cassiani Morandino et Albertino concedunt in emphytheusim unam petiam terrae dimidiatim possidendam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXV, indictione XIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die octava decima mensis decembris, actum in porticu canonicorum S. Cassiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine domnus Gerardus et Rodulfus et Artusius atque Iohannes sacerdotes ecclesie S. Cassiani et dominus Arduinus diaconus uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie concedimus tibi Morandino et uni de filiis et heredibus tuis in perpetuum; idest medietatem de possessionibus quas Petrus frater tuus tenuit pro ecclesia S. Cassiani in loco qui vocatur Valpithriaga ubicumque sint; et tibi Albertino et uni de filiis et heredibus tuis alteram medietatem, et si decesseris sine liberis, uni de fratribus tuis, cui tu dare volueris, silicet Ugolino vel Gerardino, hec omnia territorio Corneliensis, plebe S. Andree, concedimus vobis, sicut superius legitur, habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum secundum usum anticum. Ita ut vos et vestri heredes servire debeatis nobis et nostris successoribus sicut antiqui servierunt, et in tempore segetis et vindemie honorifice nos et nostros nuncios suscipere debeatis, et de morte Petri fratris vestri pacem tenere debeatis qui interfectus fuit, et si antiquas cartulas inveniremus de supradicta terra, tales cartulas a nobis suscipere debeatis, et Verdianam glorem vestram regere debeatis omnibus diebus vite sue victu et vestitu secundum equalitatem sue persone. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et de-

fensare promittimus racione, sicut superius legitur. Pro eo quia vos dedistis nobis libras denariorum lucensium septem, et iurastis fidelitatem nobis canonicis et illi(s) qui tenebunt; ita iurare debeatis, et non habeatis licenciam commendare alicui vel aliquibus.[1] Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra ea, que superius leguntur, venerit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hic contractus maneat firmus. Rusticellus castaldus manus investitor, Tethericus de Flamignano, Baldicio filius eius, Gracianus de Paganello, Rainaldus filius Guidonis rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 77. - *Orig., mm. 300×165.*

[1] et non habeatis - aliquibus *adiunctum est in margine inferiore.*

243.

Ad S. Cassianum, 3 aprilis 1166.

Canonici S. Cassiani Signorello concedunt in emphytheusim quartam partem unius petiae terrae de fundo Podio Segalari.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVI, indicione XIIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die tercia intrante mense aprilis, actum in porticu canonicorum S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine dominus Arduinus diaconus supradicte ecclesie uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Signorello acceptori pro te et pro Frouga uxore tua et pro filiis et heredibus vestris de quarta parte unius pecie terre que est posita in loco qui vocatur Podio Segalari, hec sunt latera: ab uno latere Episcopellus, a II Fantinellus, a III Maria et Cassanotus, a IIII via; de supradicta quarta parte que infra supradicta latera permanet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis aut nostris successoribus pro pensione denarios Venecie

duos, et tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et nos supradicti ordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium IIII. Eo tenore ut non habeatis licenciam vendere vestrum ius nisi in nos vel in nostros successores per minus duodecim denarios lucenses, quod de ea, salva fide, habere poteritis ; si non emerimus, liceat vobis dare cui volueritis, salvo iure nostro. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et licenciam habeatis vestra auctoritate in possessione ingredi. Testes fuerunt Signorellus Citi, Serafinus.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 78. - Orig.. mm. 285×176.

244.

Ad S. Cassianum, 14 aprilis 1166.

Rodulphus episcopus Corneliensis Ecclesiae cum canonicis S. Cassiani permutat unam petiam terrae de fundo Meledulo in Tiralfango.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo CLXVI, tempore * * pape et Federici imperatoris, die XIIII intrante mense aprilis, actum in castro S. Cassiani, in camera domini Rodulfi episcopi, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus episcopus S. Cassiani do vobis canonicis S. Cassiani causa permutationis petiam terre unam cum licentia eundi vel redeundi usque ad publicum, posita in plebe S. Cassiani et fundo Meledulo in Tiralfango : a tribus lateribus sunt vie, a quarto latere Galbina et Guido Martini Christiani et cetera vel si qui alii afines sunt. Quantum infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus vos habeatis, hec omnia constituta territorio Corneliensi ; videlicet quia dedistis michi aliam petiam terre aratorie cum licentia eundi et redeundi usque ad publicum, posita in eadem plebe et similiter in

eodem fundo: a primo latere via percurrente, a secundo latere via vestra, a tertio latere Morandus per ecclesia, a quarto latere Ugitio Adalasie, vel si qui alii afines sunt. Et ego episcopus Corneliensis supradictam petiam terre, ut superius legitur, ab omni homine cum meis succesoribus vobis vestrisque succesoribus racionabiliter defensare et auctorizare promitto, et si contra ea que superius leguntur, fecero vel litem inferentibus consensero, nomine pene duplam vobis vestrisque succesoribus cum meis succesoribus dare promitto: instrumentum permutationis semper in suo robore maneat. Quem scripsi ego Gibertus S. Cassiani notarius. Otto canonicus S. Casiani manus investitor, Rainutius Serre, Piligrinus, Maurinus, Vicinellus rogati fuerunt testes.

Ego Gibertus S. Cassiani notarius scripsi cum manu mea, firmavi et complevi [hec].

III, 79. - Orig., mm. 335×186. In versu extat nota uti n. 10.

245.

Ad S. Cassianum, 8 maii 1166.

Canonici S. Cassiani Guasconi et Petro concedunt in emphytheusim id quod emerunt a Nicolao, a Bencara, a Buccaforte, a Dienza et a Petro Zanzulio de fundo Vulparola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVI, indictione XIIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die octava intrante mense madii, actum in S. Cassiani castro, in porticu canonicorum ecclesie S. Cassiani. Unus quidem modus loci vulgariter pactum appellari solet. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos eiusdem ecclesie uná cum consensu canonicorum supradicte ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum vobis in Christi nomine Guasconi et Petro acceptoribus pro vobis et pro fratribus vestris Arduino et Lambertino et pro filiis et heredibus et successoribus vestris; idest de hoc quod vos emistis a Nicola et a Bencara et a Buccaforte et a Dienza atque a Petro Zanzulio in loco qui vocatur Vulparola, IIII^or libre denariorum lucensium et duodecim solidi et medium; quantum vos emistis a supradictis venditoribus in loco supradicto, territorio Corne-

liensis, plebe S. Cassiani, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus atque successoribus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarium lucencem unum, et tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia vos dedistis nobis pro calciario solidos denariorum lucensium quinque; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus atque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere nisi in nos vel in nostris successoribus per minus duodecim denarios lucensenses, quod de ea, salva fide, habere poteritis ; et si non emerimus, liceat vobis dare cui volueritis salvo iure ecclesie. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Albertinus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 80. - Orig., mm. 310×211.

246.

Ad S. Cassianum, 1 iunii 1166.

Canonici S. Cassiani Martignoni filio Ioannis Briciae concedunt in emphytheusim octo tornaturias terrae sativae de fundo Fossa sicca.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die primo mensis iunii, in canonica S. Cassiani, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Orlandus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Martignoni Iohannis Bricie acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, idest octo turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Fossa sicca: a duobus lateribus tenes tu conductor, a tercio est viarium, a quarto

latere Scilice percurrente. Quantum infra hec latera designata iacet et iamdicte ecclesie vestre pertinet cum introitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti. Et ego iamdictus locato(r) cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona huminum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Bulgarus Alberti Bulgari.

III, 81. - Orig., mm. 285×182.

247.

Ad S. Cassianum, 1 iunii 1166.

Martignone filius Ioannis Briciae permutat cum canonicis S. Cassiani unam petiam arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die primo mensis iunii, in canonica S. Cassiani, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Martignone Iohannis Bricie nomine permutationis do tibi presbitero Orlando canonico S. Cassiani acceptori pro te tüisque confratribus et successoribus in perpetuum ; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Vithilluni : ab uno latere Imelda Malincalcii, ab alio latere filii Iohannis Spente, a tercio Bulgarellus Ugolini, a quarto latere * * ; ad habendum, tenendum et quiquid tibi et tuis confratribus et successoribus placuerit in perpetuum exinde faciendum. Pro eo quia accepi a vobis nomine permutationis unam peciam terre laboratorie, que est posita in fundo qui vocatur Pathernum :

ab uno latere est limes, a tribus lateribus iura hospitalis S. Sepulcri. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc permutationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus permutationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Bulgarus Alberti Bulgari.

Testes rogati interfuerunt Cariolus, Azolinus Rambertini, Trittus, Ugolinus Morzone, Vivianus de Befathore.

III, 82. - Orig., mm. 333×156.

248.

Imolae, 11 septembris 1166.

Sulimanus filius Petri de Vithilluni ex potestate uxoris suae Pizolae Petro filio Guidonis Sassoli concedit in emphytheusim unam petiam arvi sitam in fundo Carpenetha.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XI intrante mense septembris, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Sulimanus Petri de Vithilluni pro me et Pizola uxore mea, que hoc michi precepit et potestatem dedit in presentia G⟨i⟩ritti et Thomasoli et Ramberti de Teucio Scanzo, presente et consentiente Petro Guidonis Sassoli, nomine pacti concedimus et largimur tibi Agrestolo filio Viviani Urselli acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Carpenetha, territorio Corneliensi et plebe S. Marie in Solustra : ab uno latere tenet Albertus de la Clauda, ab alio Ubaldinus Albertini Rusticelli, a tercio Fanti de Fantinellis, a quarto latere Vivianus Burlingus et frater eius. Quantum infra hec latera designata iacet et nobis pertinet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus melio-

randum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti et duos. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus, et si contra fecerimus vel nos aut nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum, Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit supradictus Girittus. Et alii supradicti silicet Thomasolus et Rambertus de Teucio Scanzo, et insusuper Ugolinus Cavallus, Trullus, Albertinus Petri Gisaltrude, Iohannes Arsus, Rozirolus Rodulfini rogati testes interfuerunt.

III, 83. - Orig., mm. 260×206. = IV, 22. - Aliud orig., mm. 250×196.

249.

[Ad S. Cassianum], 31 decembris 1166.

Hospitalarii S. Georgii ex consensu canonicorum S. Cassiani Gualdrathae Castelanae donant unam petiam terrae positam in loco qui Vigorosoli appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVI, indicione XIIII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die ultimo exeunte decembre, actum in porticu hospitalis S. Georgii. Nos quidem in Dei nomine domnus Arnulfus presbiter et Guido Alkerii et Ciomelli et Albertinus Medicine, Iohannes Ruso hospetalarii S. Georgii cum voluntate et licencia dominorum canonicorum S. Cassiani et eorum consensu facimus cartulam tibi Gualdrathe Castelane receptrice pro te et Hosana filia tua et Perolo genero tuo et pro vestris filiis et heredibus in perpetuum nomine donationis. Pro eo quia tu fecisti bonum servicium in eodem hospitale et in antea facere debes et pro anima de Stemperato. Idest una pecia terre posita in

loco qui dicitur Vigorosoli: a primo latere limes, a secundo latere Rambertinus Bulgari, a tercio latere Marutus a quarto latere * *. Quicquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, hec supradicta terra concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum in perpetuum; ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus atque successoribus omni mense marcii vel infra indicionem denarium unum veneticorum, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore, si Dominus dederit vobis communies filios, habeatis in perpetuum, sicut supra dictum est, et si morieris sine heredibus, supradita terra revertatur ad hospitale S. Georgii. Et nos cum nostris fratribus atque successoribus promictimus vobis supradicta Castelana et Periolo ⟨et⟩ Hosana vestrisque filiis et heredibus auctorizare et defendere omnia supradicta sub pena dupla, et soluta pena, hic contractus maneat firmus.

Gibertus S. Cassiani notarius testis et manus investitor, Albertus Tatti, Raimundinus, Redulfinus Gresilie, Pepolus filius Bonafilia Birra fuerunt testes rogati.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 84. - Orig., mm. 313×165. Charta valde lacera est.

250.

Imolae, 16 ianuarii 1167.

Canonici S. Cassiani Hyldebrando Hugonis Alkinde filio concedunt in emphytheusim tornaturiam arvi de fundo Zulinzaga.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XVI mensis ianuarii, Imole, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rodulfus cum consensu canonicorum S. Cassiani confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Ildebrando Ugonis Alkinde acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam turnaturiam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Zulinzaga: ab uno latere tenet Lodoinus, ab alio Petrus Mazolani, a tercio Villanus faber, a quarto latere

Ugone. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos tres. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successòribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus; eo tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus supradictam rem vendere neque aliquem contractum facere nisi in nos vel in nostros successores, si tollere voluerimus, pro XII denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteris, sin antem, liceat tibi supradictam rem dare aliis, salva domnica ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia suprascripta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate liceat tibi introire et habere et tenere et possidere. Testes vero interfuerunt Bertolottus Tederici, Ubaldinus Farulfi, Volinterius.

III, 88. - Orig., mm. 238×148. In versu, manu eiusdem notarii Apare Ildrebandi Alchinde de Plubizo; *manu saeculi XIII* Dunciana uxor Ugolini de Leduino possidet hanc terram.

251.

Ad S. Cassianum, 21 ianuarii 1167.

Canonici S. Cassiani Teuzoni eiusque uxori Imildinae concedunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo Querceto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVII, indictione XV, tempore * * et Federici inperatoris, die undecima exeunte mense ianuarii, actum in porticu canonicorum S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Horlandus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum S. Cassiani facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi in Christi nomine Teuzoni acceptori pro te et

pro Imildina uxore tua et pro filiis et heredibus vestris de una pecia terre super se habente, que est posita in loco qui vocatur Quercetho, infra hec latera: ab uno latere Albertus Buccafortis, a II heredes Iuvanelli, a III Garaton, a IIII via. Quantum infra supradicta latera manet, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum, et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum, et tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium decem de tuis nummis propriis Rodulfo Iohannis Horlandi, retento sibi dominium et potestatem omnibus diebus vite sue. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere vestrum ius nisi in nos vel in nostris successoribus, si emere voluerimus, per minus duodecim denarios quod de ea, salva fide, habere poteritis; si autem noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, salvo nostro iure. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Albertinus castaldus manus investitor, Fulpretus rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 87. - Orig., mm. 420×158.

252.

Ad S. Cassianum, 22 ianuarii 1167.

Canonici S. Cassiani Spectolo concedunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo Curano.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo CLX septimo, tempore * * pape et Federici inperatoris, die x exeunte mensis ianuarii, actum in castro S. Cassiani, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine domnus presbiter Rodulfus venerabilis sacerdos

atque canonicus ecclesie S. Cassiani una cum consensu sacerdotum atque clericorum fratrum meorum nomine pacti fatio cartulam tibi Spectolo tuisque filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest unam petiam terre que computantur IIII turnaturias terre, si plus est vel minus, ibi permaneat, posita in fundo qui vocatur Curano: a primo latere Albertinus Gratazelo, a secundo latere Banzo, a tertio latere Girardinus Itule, a quarto latere * *. Quidquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, hec supradicta concedo ad habendum, tenendum, posidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti michi meisque fratribus mercedis nomine solidos lucenses X monete. Ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni martii mense vel infra indictionem pro pensione denarium lucensem I, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi, comutuandi, vel aliquo modo alienandi, nisi requirendo ecclesie nostre et ad nos per XII denarios minus quam ab aliis, si nos voluerimus emere, et si noluerimus emere, vos debeatis licentiam dare cui volueritis, salvo iure ecclesie; quod si oc non feceritis, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ego cum meis fratribus atque succesoribus promitto tibi supradicto Spectulo tuisque filiis et heredibus auctorizare et defensare omnia supradicta sub pena dupli, et soluta pena, hic contractus maneat firmus. Quod scripsi ego Gibertus S. Cassiani notarius. Albertinus castaldus manus investitor, Iohannis Adalasie.

Ego Gibertus S. Cassiani notarius scripsi cum manu mea, firmavi et complevi.

III, 85. - Orig., mm. 355×175.

253.

Ad S. Cassianum, 22 ianuarii 1167.

Canonici S. Cassiani Thomae eiusque uxori Bonae concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in fundo Zulinzaga positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVII, indicione XV, tempore Pascalis pape et Federici inperatoris, die decima exeunte mense ianuarii, actum in por-

ticu canonicorum S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Gerardus venerabilis sacerdos uná cum consensu fratrum meorum facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi Thome acceptori pro te et pro Bona uxore tua et pro filiis et heredibus vestris de una pecia terre, que est posita in loco et in fundo qui vocatur Zulinzaga, hec sunt latera: ab uno latere Palmerius, a II Gisla, a III Ildebrandus Sedonie, a IIII heredes Ruzerii. Quantum infra supradicta latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Laurentii, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum, et tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium tres. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere vestrum ius nisi in nos vel in nostros successores, si emere voluerimus, per minus duodecim denarios quod de ea, salva fide habere poteritis; si autem non emerimus, liceat vobis dare cui volueritis, salvo nostro iure. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Salomon manus investitor, Tignosus, Girardus, Ugo faber rogati testes fuerunt.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 86. - Orig., mm. 338×190.

254.

Ad S. Cassianum, 26 novembris 1167.

Arardus episcopus Corneliensis Ecclesiae permutat cum clero S. Georgii unam petiam terrae sativae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo CLXVII, tempore * * pape et Federici imperatoris, die V exeunte novembre, indi-

ctione xv^a, actum in castro S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Arardus episcopus sancte Corneliensis Ecclesie do vobis, causa permutationis, vobis presbiter Arnulfus recettori pro ecclesia S. Georgii et in vice tua et tuis fratribus prefata ecclesia S. Georgii et pro ibi servientibus et in perpetuum comorantibus; idest una petia terre aratoria cum licentia eundi vel redeundi usque ad pubblicum, posita in fundo * *: a primo latere Ugo de Manecgoldo, a tertio [1] Paulina, ab aliis duobus lateribus via, vel si qui alii afines sunt, posita in plebe S. Cassiani. Videlicet quia dedisti michi alia petia terre aratoriè cum licentia eundi et redeundi usque ad pubblicum, posita in eodem plebe et fundo Frascato: a primo latere via, a secundo Guarinus, a tertio heredes Mihciliti, [2] a IIII latere * *, vel si qui alii afines sunt. Et ego Arardus episcopus cum meis succesoribus supradicta petia terre, ut superius legitur, ab omni homine vobis vestrisque succesoribus rationabiliter defendere et autorizare promitto; et si contra ea, que superius leguntur, fecero vel litem inferentibus consensero, aut meis succesoribus nomine pene duplam, quam res valet, vobis vestrisque fratribus atque succesoribus dare promitto. Instrumentum permutationis semper in suo robore maneat. Arardus episcopus scribere mandavi. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Spersonato manus investitor, Casolinus Bone, Piligrinus, Zondellus, Rainutius Serre, Guido Casoli, presbiter Moises rogati fuerunt testis et alii satis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 89. - Orig., mm. 288×190.

[1] *Pro* secundo [2] *Pro* Michiliti

255.

Imolae, 7 decembris 1167.

Cavasanctos et uxor eius Iulitta concedunt in emphytheusim Ubaldino Azolini casamentum in civitate Imola extructum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VII intrante mense decembris, Im[ole], indictione XV. Ego

quidem in Dei nomine Cavasanctos et Iulitta uxor eius pro nobis . . . soror iamdicte Iulitte, que hoc precepit in presentia Ubertini de Iudice et Petri Capelli, libellario nomine concedimus et largimur tibi Ubaldino Azolini acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum ; idest unum casamentum quod est positum in civitate Imola : ab uno latere tenes tu conductor, ab alio est murus civitatis, a tercio filius Strufaldi et filii Ubaldi, a quarto latere est via. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem quatuor denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos tres. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus sub pena dupli, et soluta pena, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes vero rogati interfuerunt supradictus Ubertinus, et Petrus Capellus, et insuper Peppolus Takinberti, Agrestolus Ugonis de Clemenzo.

III, 90. - Orig., mm. 250×173. In versu ND *valde lacera.*

256.

Ad S. Cassianum, 11 maii 1168.

Canonici S. Cassiani Alberto presbytero ecclesiae S. Mariae in Ortodonico concedunt in emphytheusim unam petiam arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XI intrante mense maii, in castro S. Cassiani, in ecclesia episcopii eiusdem loci, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus sacerdos et prepositus eiusdem ecclesie cum consensu canonicorum prefate ecclesie confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi presbitero Alberto acci-

pienti pro ecclesia S. Marie in Ortodonico et pro tuis successoribus in prenominata ecclesia in perpetuum commorantibus et servientibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam turnaturiam et duas perticas terre laboratorie, que est posita in fundo qui vocatur Ortodonicum : ab uno latere iura supradicte ecclesie S. Marie, ab alio tenent heredes Peregrini de Bulgaris, a tertio heredes Ramberti, a quarto latere via. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis successoribus omni mense marcii aut infra indictionem quattuor denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque successoribus supradicte ecclesiae S. Marie. Eo tenore ut non habeas licentiam supradictam rem vendere neque aliquem contractum facere nisi in nobis. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Manus investitor fuit Albertinus castaldio.

III 91. - Orig., mm. 303×120. In versu nota uti n. 10.

257.

Ad S. Cassianum, 18 novembris 1168.

Canonici S. Cassiani Petro de Casale concedunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo qui Vithilioni appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MCLXVIII, indicione prima, tempore * * pape et Federici inperatoris, die octava decima mensis novembris, actum in S. Cassiani castro, in porticu canonicorum eiusdem ecclesie. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus sancte Corneliensis Ecclesie prepositus uná cum consensu canonicorum eiusdem

ecclesie facio cartulam pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi Petro de Casale tuisque filiis et heredibus de una pecia terre, que est posita in fundo qui vocatur Vithilioni, infra hec latera : ab uno latere domina Odiana, a II Bulgarellus Ugolini, a III Guido faber, a IIII Guithotus Martini presbiteri. Quantum infra supradicta latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, concedimus tibi tuisque filiis et heredibus habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omni mense marcii aut infra indicionem, inferatis nobis et nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum. Et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus tibi tuisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia tu dedisti nobis pro calciario solidos denariorum lucensium viginti octo ; eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere vestrum ius nisi in nos vel in nostros successores per minus duodecim denarios quod de ea, salva fide, habere poteritis ; si non emerimus, liceat vobis dare cui volueritis, salvo nostro iure. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Guido Bonelli manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

III, 92. - Orig., mm. 302×170.

258.

Ad S. Cassianum, 27 martii 1169.

Aldrevanduzo donat Albertino Bucafortis unam petiam vineae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo c sexagesimo nono, indictione secunda, tempore * * pape et Federici inperatoris actum in castro S. Cassiani, die v exeunte mensis martii. Et ideo ego quidem in Dei nomine Aldrevanduzo do et dono tibi Albertino Bucafortis tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest unam petiolam terre vineata, posita in fundo Pitriolo : a duobus lateribus vos receptores, a III Marsibilia, a IIII Curiclo.

Quantum infra hec (latera) manet, habeas, teneas, posideas potestatem vendendi, donandi comutuandi et quidquid tibi tuisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendi in perpetuum ; hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, licentiam innovandi unde est, si aparuerit. Et ab hodierna die tibi tuisque filiis et heredibus ego cum meis filiis et heredibus omnia supradicta auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere promitto sub pena x solidorum lucensium, et soluta pena, hec cartula donationis in perpetuum manead firma : et licentiam habeatis ingredi in supradicta posessione ex vestra auctoritate. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancto Corneliensis Ecclesie. Nomina testium : Pitricinus Bononie, Guidoto de Auzano, Iohannis de presbiter Iohannis, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancto Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 94. - Orig., mm. 302×138.

259.

Ad S. Cassianum, 12 aprilis 1169.

Canonici S. Cassiani Hugitioni Adalasis eiusque uxori Gislae concedunt in emphytheusim duas petias terrae duobus in locis sitas.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo c sexagesimo nono, indictione secunda, tempore * * pape et Federici inperatoris, die xii intrantis aprilis, actum in castro S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos et prepositus sancte Corneliensis Ecclesie una cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie nomine pacti fatio cartulam tibi Ugitio Adalasis et coniux tua nomine Gisla vestrisque filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest due petie terre, prima petia in fundo * * : a primo latere strata Petrosa, a secundo via vestra donicata, a tertio latere Girardinus Finlaculcitur propter eunden ecclesia, a quarto * * ; secunda petia in Robezano, que vero supradicta una petia que posita est in Robezano conputata est turnaturias iii : a primo latere Bergunzius, a secundo heredes Guidoto de Dutia, a tertio latere * * * *. Quantum infra istis designatis lateribus manet cum introitu et

exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani, hec supradicta terra concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti michi meisque fratribus merzedis nomine libras IIII et dimidia monete lucensis. Ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mensis martii vel infra indictionem pro pensione denarium unum lucensem et medium, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi vel alico modo alienandi, nisi requirendo ecclesie nostre et ad nos per XII denarios minus quam ab aliis, si nos voluerimus emere, et si noluerimus emere, vos habeatis licentiam dare cui volueritis, salvo iure ecclesie nostre ; quod si oc non feceritis, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ego cum meis fratribus atque succesoribus promitto vobis vestrisque filiis et heredibus auctorizare et defensare et firma tenere ab omni persona hominum omnia supradicta, fiad ab utraque parte sub pena dupli, et soluta pena, hoc pactum manead firmum. Quod scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie. Testis et manus investitor Rufus, Signorellus Ziti, Guidorazi, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 95. - Orig., mm. 405×233.

260.

Casulae, 8 augusti 1169.

Albertus, Guido et Ubertinus filii Arardi vendunt Agrestulo unam tornaturiam duosque terrae pedes de fundo Guillanigo.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC sexagesimo nono, indictione secunda, tempore * * pape et Federici inperatoris, die octavo intrante agussto, actum in loco qui dicitur Solarolus in curte Casule. Et ideo ego quidem in Dei nomine Alberto et Guido et Ubertinus filii Arardo de Rainerio vendimus vobis Agrestolus et Pizola conius tua vestrisque filiis et heredibus in perpetuum ; idest una turnaturiam terre et duos pedes, si plus

est, nobis permanead, et si minus est, tibi permanead, posita in fondo Guillanigo inter afines eius : a primo latere via, a secundo Albertus Strikito, ab aliis duobus lateribus Honordillius [1] et Rambertinus. Quantum infra hec latera manet, sicut supra legitur, habeatis, teneatis, posideatis potestatem vendendi, donandi, comutuandi et quidquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit fatiendi in perpetuum, hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe Solustra, licentiam innovandi unde est, si aparuerit. Pro eo quia dedisti nobis nomine pretii XX solidos monete lucensis. Et ab odierna die omnia supradicta vobis vestrisque filiis et heredibus nos cum nostris filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere promittimus sub pena dupli, et soluta pena, hec cartula venditionis in perpetuum maneat firma, licentiam ingredi in supradicta possessione ex vestra auctoritate. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Nomina testium : Albertus de Girardello et Guidolinus frater, Rudulfus Amigoli, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 96. - Orig., mm. 235×195.

[1] *Interscriptum supra* Bulgarelus *deletum.*

261.

Ad S. Cassianum, 1169.

Hugo et Rainerius libellario nomine concedunt unam petiam terrae in campo de Rosano positam pro una medietate Hugolino et Menzaroni pro alia medietate Zanzolo possidendam.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC sexagesimo nono, indictione secunda, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine Ugo et Rainerio filii Mishine nomine libelli facimus cartulam vobis Ugolinus et Menzaroni in medietate ; in alia medietate Zanzolus Ugolini vobis prenominatis vestrisque filiis et heredibus in XX et novem annos ad renovandum ; idest petiam unam terre cum vinea, que est in campo qui vocatur de Rosano : a primo latere strata, a secundo heredes Ildebrandinus de Azo, a

tertio heredes Imelde, a quarto vero Bunildi; hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Hec supradicta terra concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum, supersedendum in annis advenientibus XXVIIII ad renovandum, salva vero dompnica danda; hoc est terraticum quod reddere debeatis de supradicta vinea: de vino anfora tertia, arbore pectore, ponente semel vinum, qui remanserit, sit vobis concessum, et omni Natale Domini amissere I, et super canale alium, videlicet duos pullos et duas fogatias, pro comestione vendemie denarium I lucensem et fugatiam unam, quando non vadunt ad manducandum ibi, et omni anno carizium unum de lignis ad silvam et in vindemia adiuvare nobis debeatis unum diem cum bovibus. Et concedimus vobis turnaturiam unam in antea de supradicta terra, unde nobis reddere debeatis, omni anno pro singno medium quartarium grani et pullum I, vestrum supradictum terraticum et omne reditum per vos usque in castro S. Cassiani. Eo tenore ut non habeatis licentiam nec vendere, nec donare neque ullo modo alienare, nisi in nobis, si oportunum erit. Pro eo quia aexinde accepimus mercedis nomine solidos X monete lucensis; et nos supradicti hordinatoris cum nostris filiis et heredibus vobis vestrisque heredibus ab omni homine auctorizare et defensare promittimus; et si quis verò pars contra hunc libellum ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti sub nomine pene auri untiarum duarum, et pena soluta, hec cartula maneat firma. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Venestolus testis et manus investitor, Parmisano, Albertus Tatti, Belgrado, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 93. - Orig., mm. 296×145.

262.

Ad S. Cassianum, 20 ianuarii 1170.

Hugo vendit Ioanni Zanzoni et Orlandino terrae petiam.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo, indi-

ctione tertia, die XII exeunte mensis ianuarii. actum in castro S. Cassiani. Et ideo ego quidem in Dei nomine Ugo Rimbaldini vendo vobis in Christi nomine Iohannis Zanzoni et Orlandinus vestrisque filiis et heredibus in perpetuum: idest due turnaturias terre et pertice tres posite in Laude: primo latere via, secundo latere Rembaldi, tertio Petrus Zanzulli, quarto Petrus faber de Scogineto. Quantum infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus habeatis, teneatis, posideatis potestatem vendendi, donandi, comutuandi et quidquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendi in perpetuum, hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe S. Marie Solustre, licentiam innovandi unde est, si aparuerit. Pro eo quod vobis dedisti michi in manibus meis nomine pretii quinquaginta et duos solidos monete lucensis, denarios tres minus. Et ab odierna die omnia supradicta vobis vestrisque filiis et heredibus ego cum meis filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere promitto sub pena dupli, et soluta pena, hec cartula vendictionis in perpetuum manead firma, et licentiam abeatis ingredi in supradicta possessione ex vestra auctoritate. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Testis et manus investitor Aldrebandinus, Vivianus Menci, Michilito, Morandolus, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 97. - Orig. mm. 305×203.

263.

Ad S. Cassianum, 22 februarii 1170.

Guidolinus donat canonicis S. Cassiani duas tornaturias terrae positas in fundo Frasenetha cum onere ut ipsi quotannis in anniversaria ab obitu die supra suum sepulchrum officium celebrent.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno MC septuagesimo, indicione III, tempore * * pape et Federici inperatoris, die septima exeunte mense februarii, actum in S. Cassiani castro. Et ideo ego quidem in Dei nomine Guidolinus filius quondam Dignituse do vobis sacerdotibus Artusio et Christiano acceptoribus pro vobis et pro fratribus vestris cano-

nicis S. Cassiani pro remidio anime mee et omnium meorum parentum ; idest duas turnaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Frasenetha, retento pendente fructu nepotibus meis Horlandino et Finolo, hec sunt latera : ab uno latere filii Ugonis Odoli, a II supradicti nepotes mei, a III Fossola, a IIII * *. Infra supradicta latera supradicte due turnaturie permanent, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani ; deinceps habeatis, teneatis cum vestris successoribus in perpetuum. Ita ut vos et vestri successores omni anno venire debeatis supra sepulcrum meum cum aqua sancta et cum incensu et campanas sonare faciatis pro anima mea donec in ecclesia S. Cassiani officium fecerit. Si quis vero meorum heredum contra hoc meum testamentum venerit, sit daturus vobis penam quadraginta solidorum denariorum lucensium, et soluta pena, hic contractus maneat firmus. Quem ego presens Guidolinus scribere mandavi. Et licenciam habeatis vestra auctoritate in possessione ingredi. Testes fuerunt Stemperatus de Prathalina, Erro, Ugo Santerni, Ugolinus Sulcoli, Horlandinus, Finolus, Petrus Guarinus, Mascathicius, Guido de Cassiano, Teuzon.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi omnia supradicta.

III, 98. - Orig., mm. 323×163. In versu, manu eiusdem notarii Cartula testamenti Guidonis de Rovere. — *Mazzatinti, I, 188.*

264.

Imolae, 10 maii 1170.

Rainaldinus Hugolino et Fugatello concedit unam petiam terrae sativae cum onere ut praeter opera culturae sibi quotannis fructuum medietas reddatur et decima.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, die X intrante mense maii, Imole, indictione tercia. Ego Rainaldinus do vobis Ugolino et Fugatello vestrisque filiis et heredibus in perpetuum, idest unam peciam terre ad laborandum, que est in loco qui vocatur Ortale de Millaula, et debeatis michi dare medietatem fructuum predicte terre et decimam, et omni anno, quando mazatica erit, debeatis in eam portare tres civerias de letamine et ego debeam vobis dare tantummodo medietatem sementis frumenti. Totum vero aliud quantum-

cumque habetis et tenetis pro me, ubicumque est, habeatis et teneatis in perpetuum cum vestris filiis et heredibus, ita ut omni anno in festivitate S. Cassiani debeatis michi et meis heredibus dare duos solidos luccenses pro omni servitio, quod michi faciebatis, et debeatis me adiuvare de placito et de bello, excepto contra alios vestros dominos, ita ut non debeatis esse mecum contra illos ad suum tollendum, et vos non debeatis esse cum illis ad meum tollendum. Si vero contigerit, quod pro communi guerra seniorum steterit, quod alii homines ibi non laboraverint, et vos similiter pro illa guerra ibi laborare non poteritis, ad predictum servitium faciendum michi aut meis heredibus cum vestris heredibus non teneamini, donec communis guerra durabit. Promitto me preterea hec omnia firma tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam ab utraque parte stipulatam decem solidos denariorum monete luccensis, et post solutam penam, hec omnia in perpetuum maneant firma. Que scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes rogati interfuerunt Serotinus Galisterne, Rigolus de eodem loco, Minazatus filius Ubaldini Azoli, Zanibonus Rainaldi, Ugo Arzone, Guillelmus Parisii, Martinellus Nauti.

III, 99. - Orig., mm. 204×99. In versu XD.

265.

Ad S. Cassianum, 20 iulii 1170.

Hugitio refutat Hugoni de Pepo omnem quaerimoniam circa possessionem quam ipse a canonicis S. Cassiani habuerat.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, in claustra canonice S. Cassiani, indictione III, die XII exeunte iulii. Ego quidem in Dei nomine Ugitio refuto et diffinio tibi Ugoni de Pepo acceptori pro te et tuis filiis et heredibus, idest omnem querimoniam quam tibi faciebam de possessione quam tenes, de qua confidebam habere rationem, nec ab hinc in antea unquam in tempore de supradicta possesione non fatiam ullam querimoniam nisi cum ratione. Et promitto me ha-

bitare supra possessionem vestram et bona fide servare vobis quid debeo, et promitto vobis de prehensione, quam michi fecistis, nullam molestiam facere unquam in tempore. Et promitto me vobis ut ab hinc in antea nec cum latronibus amplius habitare in fatiendo latrotinium, et hec omnia supradicta firma tenere promitto vobis vestrisque successoribus cum meis filiis et heredibus sub pena remittendi quicquic habeo et teneo et possideo a canonica S. Cassiani. Et ego Albertus de Bulgarello pro me et Ugizone promitto vobis canonicis predictum Ugizonem dare in manibus vestris, si hoc totum, quod promittit, firmum non tenuisset, sub pena unam libram auri in manibus vestris, et post solutam penam, hic contractus diffinicionis et refutationis maneat firmus in perpetuum. Et hec omnia supradicta iureiurando tenere firmavi. Testes ad hoc rogati fuerunt Rufus et Superclus et Albertus et Aldrebandutius et Guilliminus.

Que omnia supradicta scripsi ego Traccus Imolensis notarius sicuti vidi et audivi.

III, 100. - Orig., mm. 320×110. In versu, manu eiusdem notarii Diffinicio Ugicionis Pepi.

266.

Ad S. Cassianum, 20 octobris 1170.

Guido Oddonis eiusque uxor Laiana donant, salvo tamen usufructu, canonicis S. Cassiani pro remissione peccatorum suorum unam petiam arvi et vineae sitam in loco Pastenetholum dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XX mensis octobris, in castro S. Cassiani, sub porticu canonicorum eiusdem loci, indictione III. Nos quidem in Dei nomine Guido Oddonis et Laiana uxor eius damus et donamus tibi dompno Rodulfo preposito prefatę ecclesię accipienti pro vobis et pro vestris confratribus et successoribus in ecclesia S. Cassiani in perpetuum commorantibus et servientibus; idest unam peciam terre et vinee, quam habemus et tenemus et nobis pertinet, que est posita in fundo et loco qui vocatur Pastenetholum, computatam quinque turnaturias, si plus est in eodem contractu permaneat: ab uno latere tenent heredes Alberici fratris mei, ab alio Guarinus Segnoritti et heredes iamdicti Alberici, a duobus

lateribus sunt vie. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus et cum omnibus que nobis inde pertinet, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, damus et donamus vobis ad habendum, possidendum et in predicta ecclesia ad propriam mensam canonicorum more salario in perpetuum permanendum pro anima nostra et remissione peccatorum nostrorum nostrorumque parentum. Ita tamen ut sit in nostro usufructu omnibus diebus vite nostre, et post nostrum obitum habeatis et teneatis, sicut superius legitur, et quia ego Daiana habeo in predicta terra XL solidos, vos canonici dabitis pro anima mea labori ecclesie S. Cassiani XX solidos, et alios XX solidos computabitis vobis, et post nostrum obitum, annuatim faciatis pro nobis exequias et officia, et pro animabus parentum nostrorum omniumque fidelium defunctorum. Promittimus preterea hec omnia auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum nostris successoribus ab omni persona hominum. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam vobis vestrisque confratribus et successoribus penam quidem dupli, pro ut res valet, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Raimundinus Guidonis presbiteri Azonis, Ugo Matharassus, Gerardus medicus, Rusticellus, Gisottus, Bartholus filius Petri Briki, Petrus Ugonis Tusce rogati testes interfuerunt.

III, 101. - Orig., mm. 393×139.

267.

[Ad S. Cassianum], 25 ianuarii 1171.

Arnulphus presbyter cum consensu fratrum suorum Guidonis Alkeri, Tiomele et Albertini de Medicina Tursello concedit in emphytheusim duas tornaturias terrae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCLXXI, indictione IIII, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in porticu ospi-

talerii S. Georgii, die VII exeunte ianuarii. Et ideo ego quidem in Dei nomine presbiter Arnulfus una cum consensu fratrum meorum nomine Guido Alkeri et Tiomele et Albertinus de loco Medicine et omnes alii meis fratribus nomine pacti fatio cartulam tibi Tursellus tuisque filiis et heredibus in C annos ad renovandum ; idest I petiam terre computata duas turnaturias posita in fundo * * : a primo latere vos receptores, II latere Gualdechia, III latere Felicissimus, quarto latere Buhironi. Quidquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, hec supradicta terra concedo ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti michi nomine pretii XXIIII solidos lucenses. Ita sane ut inferatis michi meisque succesoribus cum tuis heredibus omni anno mensis martii vel infra indictionem pro pensione denarium I monete Venetie, pensio, ut dictum est, persolvatur. Et nos supradicti locatores damus tibi supradicto Tursello nomine feudi supradicto denario ; et ego supradicto Arnulfo cum meis fratribus atque successoribus promitto tibi tuisque filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere omnia supradicta sub pena dupli, et soluta pena, hoc pactum manead firmum. Ramundinus manus investitor, Ugitio Iohannis Rigize, Orlando.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 102. - Orig., mm. 260×272.

268.

Ad S. Cassianum, 8 novembris 1171.

Ubaldinus de Scanello et frater eius Bernardinus vendunt Drutholo duas tornaturias terrae in Purcilla sitas.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo primo, indictione IIII, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die VIII intrantis novembris. Et ideo ego quidem in Dei nomine Ubaldinus de Scanello pro me et pro

Bernardino fratri meo, presente Nicola et sibi bene placente, vendo tibi in Christi nomine Dru\t holus de Panarola tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest duas turnaturias terre in Purcilla: primo latere via nostra unde eamus ad nostra, secundo latere via publica, III latere nos locatores, quarto latere * *. Quicquid infra hec laterra manead suprascripte due turnaturias cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, costituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, licentia innovandi unde est, si aparuerit. Pro eo quia dedisti michi nomine pretii XII solidos lucenses. Et ab odierna die omnia supradicta tibi tuisque filiis et heredibus ego supradicto Ubaldo cum fratre meo Bernardo et cum nostris filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere promittimus sub pena dupla, et soluta pena, hec cartula vendictionis in perpetuum manead firma. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Testis et manus investitor Pepolus, Cresenticasso de Ambrosio, Nicola Albuini, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 103. - Orig., mm. 236×152.

269.

Imolae, 8 decembris 1171.

Albertus et frater eius Guido vendunt Agrestolo Ursello eiusque uxori Pizolae sex tornaturias arvi quatuor in locis sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die octavo intrante mense decembris, Imole, indictione IIII. Nos quidem in Dei nomine Albertus Arardi et Guido frater eius, presente et consentiente Ubertino fratre eorum, damus et vendimus tibi Agrestolo Ursello emptori pro te et Pizola uxore tua vestrisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest sex turnaturias terre laboratorie que sunt posite in quattuor locis; una peciola est posita in fundo qui vocatur Carpenitha: ab uno latere iura ecclesie S. Marie in Portu, ab alio Savarisius Ragonis, a tercio Bulgari, a quarto latere est limes; alia

peciola est in fundo qui vocatur Solarolum : ab uno latere tenent Bulgari, et ab alio similiter, a tertio Iohannes Rambertini, a quarto latere Ugo Rogate; due peciole sunt in fundo qui vocatur Guallanigum : ab uno latere unius pecie tenet Rodulfus Fantinellus, ab alio Andalo, a tercio Grittus, a quarto latere Bulgari; ab uno latere alterius peciole tenet Andolo, ab alio supradictus Grittus, a tercio Bulgari, a quarto latere Bulgarellus Ugolini. Quas predictas sex turnaturias terre infra hec latera designatas quas usque huc tenuisti a nobis titulo pacti, deinceps habeas et teneas ipsas cum tuis filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum. Pro eo quia accepimus a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos XXXV: et nos iamdicti venditores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus vel nos vel nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum, aut quolibet modo, et si omnia, que superius leguntur, non observaverimus, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuumm maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate tuoque nomine liceat tibi introire et habere et tenere et possidere. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus Ubertini, Orlandinus Ursellus, Albertinus Brunitti, Iohannes Zanonis, Orlandinus Gandulfi, Rambertinus Azonis de Fusco.

III, 104. - Orig., mm. 330×165. In versu ND.

270.

[Ad S. Cassianum], 1 martii 1172.

Arnulphus presbyter S. Georgii Orlandino Zanzonis concedit in emphytheusim duas tornaturias terrae de fundo Frasinita.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo secundo, indictione V, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in

ospitale in ecclesia S. Georgii, die primo mensis martii. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Arnulfus sacerdos ecclesie S. Georgii una cum consensu fratrum meorum vel de servientium eiusdem ecclesie nomine pacti fatio cartulam tibi Orlandinus Zanzonis et conius tua Pasara vestrisque filiis et heredibus in centum annos ad renovandum: idest unam petiam terre computata turnaturias duas posite in fundo qui dicitur Frasinita: primo latere Bacalaro, secundo latere Gualdechia, III latere Albertinus Buhireni, IIII latere Felicissimus de Imola. Quidquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, et supradicta terra concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis centum ad renovandum. Pro eo quia dedisti nobis mercedis nomine solidos lucenses XXXX. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus atque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mensis martii vel infra indictionem pro pensione denarium I monete Venetie, pensio, ut dictum est, persolvatur. Et ego cum meis fratribus atque succesoribus promitto vobis vestrisque filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere omnia supradicta sub pena dupli, et pena soluta, hec cartula pacti manet firma. Quam scripsi ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie hec. Testis et manus investitor Zanzus Zanzonis, Ugitio Iohannis Rigize, Albericus Merli, Guido Cordatelli, isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

III, 105. - Orig., mm. 158×158.

271.

Ad S. Cassianum, 7 martii 1172.

Canonici S. Cassiani Girardo de Masara concedunt in emphytheusim unam petiam terrae positam in fundo Striligo.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo C septuagesimo secundo, indictione v^a, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die VII intrantis martii. Et

ideo ego quidem in Dei nomine Rodulfus canonicus et prepositus ecclesie S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine pacti fatio cartulam tibi Girardo de Masara tuisque filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest unam petiam terre posita in fundo Striligo in clauda de li Castellani: primo latere Superclus, secundo latere Zoulus de Monte Catonis, aliis duobus lateribus Guido Dellabate. Quidquid infra hec laterra manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensis et plebe S. Marie in Solustra, hec terra concedo tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti nobis mercedis pro supradicta re calciarii nomine solidos lucenses quinque. Ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno mensis martii vel infra indictionem pro pensione denarios tres monete Venetie, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendere, nec donare neque aliquo modo alienare sine nostra licentia. Et ego cum meis fratribus atque successoribus tibi tuisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctorizare et defensare et firma tenere promittimus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire vel agere tentaverit, det par⟨s⟩ parti fidem servanti penam x solidos lucenses, et soluta pena, hec cartula pacti manead firma. Testis et manus investitor fuit Zacaria et Ugitio Adalasis, Guido Guihiti et Guido Iohannis et Cassolinus consulibus S. Cassiani et Guiliarinus, isti roga⟨ti⟩ fuerunt testis ad omnia supradicta.

(Aa). Ego presbiter Rodulfus et prepositus canonice manu mea subscripsi. Ego presbiter Cristianus manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius manu mea subscripsi. Ego Ubaldus diaconus subscripsi. Ego Arduinus diaconus subscripsi. Ego Ugitio manu mea subscripsi. Ego Isnardus subscripsi. Ego Constantinus manu mea subscripsi. Ego Gotifredus manu mea subscripsi.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 106. - Orig., mm. 297×195. = III, 107. - Aliud orig., mm. 225×182; desunt tamen autographae subscriptiones. In versu, manu eiusdem notarii Appare Girardi Bassalance; *manu saeculi XIII* Hanc habent filii Mercadantis.

272.

Ad Montem Catonis, 2 aprilis 1172.

Beroardus Hugoni et Hildebrando de Sifredo dimidiatim possidendas vendit quatuor tornaturias terrae in loco Campodonico sitas.

† In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno dominice incarnacionis millesimo c septuagesimo secundo, tempore Alexandri pape et Federici inperatoris, indicione v, secundo die introeunte mensis aprilis, hactum ad pedes castrum Monte Catoni. Ego quidem in Dei nomine Beroardus pro me et meis heredibus do et vendo vobis in Christi nomine Ugo de Sifredo et tuis filiis et heredibus in perpetuum ad iura propria in una medietate, in alia vero medietate Ildebrandus Sifredi et suis filiis et heredibus in perpetuum at iura propria in curte Monte Catoni, plebi S. Casiani, territorio Corneliensi, in loco qui dicitur Campodonico, IIII turnaturias terre laboraturie su (i)n illo campo habeo, et si non habeo in la Volta, que olim fuit de Susenana de subtus per traversum complete IIII tornaturias, perticas, pedes Ugo Maior, inter afines eius: a primo latere a sera Azone et uxor eius, a secundo latere a meridie nos comparatores, a tercio latere Ursellus et Baiolus quem tenemus pro eo, et a quarto vero latere predicto Ursellus de subtus, et si quis alii adfines sunt. Quantum infra hec latera manet, abeatis, teneatis, possideatis, potestatem vindendi, donandi, comutuandi vel quicquit vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendi per anc cartulam vendicionis in perpetuum ad iura propria. Pro eo quia accepi de manibus vestris precii nomine solidos xxx et octo monete lucensium et pisanensium. Et ab hodierna die omnia suprascripta vobis vestrisque filiis et heredibus ab omni persona auctorizare et defensare et damna litis omnia sustinere promitto; quod si non observavero, daturum cum meis heredibus vobis vestrisque heredibus esse promito iure stipulacionis pena dupli in consimili loco, et post penam solutam, presens pagina vendicionis et empcionis omni tempore firma et inviolata permaneat.

Signum manibus predicto Berroardus qui hec cartula fieri rogavit. Zune manus investitor et testis, Ursellus Guilelmus de

la Costa, Arduinus, Becco, Bennolus, Gracianus Anzelleli, Azone Lanzafame et alii plures quorum nomina longum a scribere, rogati testes fuerunt. Quam vero scripta per manus mea Guido Alboriesis tabellio.

III, 108. - Orig., mm. 360×160.

273.

Ad S. Cassianum, 3 aprilis 1172.

Canonici S. Cassiani Guidoni Donelle et Beldebonae concedunt in emphytheusim duas petias terrae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo secundo, indictione V^a^, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die III intrantis aprilis. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et propositus S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine libelli facimus cartulam vobis Guido Donelle et Beldebona neza tua vestrisque filiis et heredibus in XXVIIII annos ad renovandum; idest de duabus petiis terre que sunt posite in duobus locis; prima petia est posita iusta Pontem ruto, secunda in Querceto. De supradicta terra concedo medietatem tibi Gui⟨t⟩ho, alia medietas neza tua Beldebona; et insuper concedimus tibi Guido in hoc libelo hoc quod tu abes hac detines per nos in Aquaviva, videlicet tibi Guido et tuis heredibus, hec omnia supradicta concedimus vobis, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis XX et novem ad renovandum. Pro eo quia dedisti michi mercedis nomine pro caltiarii solidos lucenses VIII. Ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in Sancti Martini vel infra indictionem IIII solidos et denarios VIII monete lucensis, et omni anno quattuor mezinas grani nomine terratici, et oso uno de carne cum duabus fogatiis. Beldebona cum suis heredibus inferas nobis nostrisque fratribus atque successoribus pro supradicta re omni anno in sua portione XVII denarios, et medietatem de tres mezinas grani et media. Et Guido inferas

nobis cum suis heredibus in sua portione omni anno II solidos et denarios III et medium de tres mezinas grani et dimidia ; et mediam mezinam grani inferas Guido pro supradicta terra, que est in Aquaviva, de illa que detinet per nos et communiter dentur nobis supradicto amissere secundum portionem vestram ; hec omnia, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam de supradicta re nec vendere, nec donare, nisi inter vos, et si unum obierit ante de alium sine liberis, eius portio cadad ad ille qui supra vixerit, salvo nostro iure. Et ego cum meis fratribus atque successoribus promitto vobis vestrisque filiis et heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere omnia supradicta, fiad ab utraque parte sub pena dupli, et pena soluta, hic libellus manead firmus.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

III, 109. - Orig., mm. 295×142. In versu, manu saeculi XIII Posite ad Pontem ruttum et in Querceto.

274.

Ad S. Cassianum, 25 maii 1172.

Arduinus et Gotifredus canonici S. Cassiani et ordinatores xenodochii S. Vitalis Tignoso nec non Ioanni fabro concedunt in emphytheusim dimidiatim possidendum omne id quod tenent ab ecclesia S. Vitalis in fundis Lamare et Castilluni.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VII exeunte mense maii, prope burgum S. Cassiani, indictione V. Ego quidem in Dei nomine Ardu⟨i⟩nus diaconus et cantor et ego Gotifredo ambo canonici S. Cassiani et ordinatores xenodochii S. Vitalis nomine pacti concedimus et largimur tibi Tignoso accipienti pro te et Ansildina uxore tua in medietate dicende rei, in alia vero medietate tibi Iohanni fabro accipienti pro te et Orlando fratre tuo et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, et sit in potestate patris vestri Ugonis omnibus diebus vite sue ; idest totum illum quod habetis et tenetis ab ecclesia S. Vitalis in fundo qui vocatur Lamare et in fundo qui vocatur Castil-

luni, territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani; ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredidus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos decem. Et nos iamdicti locatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus; eo tenore ut si aliquem contractum exinde facere volueritis in nobis vel in nostris successoribus, facere debeatis pro XII denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, si tollere voluerimus, sin autem, liceat vobis dare quibus volueritis, salva domnica ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam quadraginta solidorum lucensium, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Et vestra auctoritate liceat vobis introire et habere et tenere et possidere. Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Rodulfus canonicus S. Cassiani, Ugo diaconus, Ubaldus diaconus canonici, Guido Guithitti, Bonafinis filius Bonimartini, Virgolus, Guido Donelle.

III, 111. - Orig., mm. 282×185. - Cappelletti, II, 201.

275.

Casulae, 28 maii 1172.

Girardinus dotis nomine pro filia sua Bertha Zanzolino Guidoni de Rolando concedit res mobiles aestimatas septem libras et medias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die IIII exeunte mense madii, Casula, indictione v. Ego quidem in Dei nomine Girardino de Viviano Urserli dotis nomine do tibi Zanzolino [Gui]do de Rolando pro filia mea Berta sponsa

tua; idest res mobiles extimatas valere VII libras et media, tali quidem condictione, si Dominus dederit tibi filios vel filias de comuni amplexu, iamdicte filie mee habeat et teneat supradictam rem in perpetuum, si⟨cut⟩ habeo et teneo et michi pertinet, et filios vel filias non habue[rit et] contigerit supradictam filiam meam mori ante de te sine communibus [fi]liis, tunc habeas tu de supradicta dote ta⟨n⟩tum quod valeat XXX solidos denariorum monete luccensis ad fatiendum quicquid tibi placuerit, et omnia alia revertantur ad me vel a⟨d⟩ meos heredes. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hac dotem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam pe[nam], hic contractus dotis maneat firmus.

Quem scripsi ego Aliottus Solustrensis notarius.

Manus investitor fuit Rolandinus de Viviano de Ursello, Pep[o] de Girardo, Zanzo de Uruso, Rolandinus de Ranzese.

III, 110. - Orig., mm. 265×144. Charta valde lacera et arrosa in marginibus. In versu, manu eiusdem notarii Cartula Guidonis Rolandi.

276.

Solustrae, 15 iunii 1172.

Ubertinus pro solute animae suae parentumque suorum donat canonicis S. Cassiani tres tornaturias arvi de fundo Sulimite.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XV intrante mense iunii, Solustre, indictione V. Ego quidem in Dei nomine Ubertinus Ubaldi do et dono tibi canonico Gutifredo accetori pro te tuisque confratribus et succesoribus in perpetuum servientibus et comorantibus i⟨n⟩ ecclesia S. Casiani ad iura propria pro remissione pecatorum meorum et matris mee et aliorum meorum parentum; idest tres turnaturie terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Sulimite: ab uno latere ego donator, a duobus lateribus sunt vie, a quarto latere * *. Quam predictam tres turnaturias terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono tibi ad habendum, tenendum cum tuis confratribus et successoribus in predictam ecclesiam in perpetuum commoran-

tibus ad iura propria in perpetuum more (sa)lario permanendum. Et ab hinc in antea non liceat michi donatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in platito neque extra platitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hac donationem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et succesoribus cum meis filiis et heredibus; et si contra fecero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum manead firmus.

Quem scripsi ego Aliottus Solustrensis notarius. Et tua auctoritate introeas et possideas. Testes Clericus de Moscardo, Rodulfinus, Marsilius, Guido da la Roca rogati testes.

III, 112. - Orig., mm. 270×218. In versu, manu eiusdem notarii Cartula donationis quam fecit Ubertinus de Solustra in presentia canonicorum S. Cassiani.

277.

Dutie, 20 iulii 1172.

Gerardus presbyter S. Mariae de castro Dutiae testimonium perhibet clericos supradictae ecclesiae semper pacifice et quiete habuisse dominium et potestatem supra hospitale de Solustra.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo c septuagesimo secundo, indictione v^{a}, tempore * * pape et Federici inperatoris, die XII exeunte mensis iulii, actum in castro Dutie. Notitia recordationis qualiter Gerardus presbiter ecclesie S. Marie de castro Duzie in ultimo articulo mortis fere positus testimonium dedit et confesus fuit de negotio ospitalis de Solustra hoc silicet, quod olim per XXXX annos et amplius semper vidit et recordatus est quod clerici supradicte ecclesie pacifice et quiete sine omni molestia alicuius hominis habuerunt dominium et

potestatem de supradictis ospitalis ordinandi et disponendi et quidquid illis placuerit fatiendi et conversos mittendi; et hic supradictus sacerdos vidit et misit cum fratribus suis istos conversos scilicet donnum Petrum, Ugonem de Priore et uxorem eius, Segnoretus, Albertus Amizi cum uxore sua, Rainaldus, Sacerdotem Marchisianum, Presbiterum Azonem cum uxore sua, Albertum de Burdiniano cum uxore sua, Petrum Burdinianum, Panfustum cum uxore sua, Iohannem de Pedemontis cum uxore sua, Iohannem de Cavezana cum uxore sua, et isti conversi de supradicto ospitali per fugam inperatoris vèl per qualemcumque fugam cum omnibus illorum rebus recurebant ad predictam ecclesiam et ibi morabantur sicuti in illorum domo propria, et quod hoc totum verum sit, ille presbiter Gerardus sic dixit per iuditium, in co ipse erat, quod verum est, et sic precepit cuidam suo nepoti sacerdoti nomine Lambertus, quod ipse tactis sacrosanctis evvangeliis supra animam suam iuraret.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie omnia, que superius leguntur, ab ore prefati sacerdotis Gerardi audivi et scripsi coram istis testibus, silicet presbitero Lamberto et Guillielmo et Azone et Odiana.

III, 113. - Orig., mm. 262×135. In versu, manu eiusdem notarii Testificatio (?) presbiteri Gerardi de hospitali Solustre.

278.

Imolae, 6 octobris 1172.

Ioannes de Rambertino eiusque uxor Matalia Pepo concedunt in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VI intrante mense octubris, Imole, indictione V. Ego quidem in Dei nomine Iohannes de Rambertino et ego Matalia uxor eius libellario nomine concedimus tibi Pepo et tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes XX et novem ad renovandum; idest unum casamentum in castro S. Cassiani: ab uno latere Tavianus, a duobus vie, a quarto Rainuzo de Guarino: ab omnibus lateribus est longus XX et quinque pedes. Quantum est infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus

sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum ; ita ut inferas nobis nostrisque filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem IIII[or] denarios monete luccensis, et adiuvare in placito et in bello, et curtare et nec vendere, nec donare neque ullum contractum facere nisi in nobis per XXIIII denarios quam ab aliis habere potueris, et si noluerimus, liceat tibi dare aliis, salva nostra ⟨ra⟩tione, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis octo solidos. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere promittimus tibi tuisque heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Tavianus de Albertino castaldo, Arrardus de Giberto, Guido de Aquaviva, Albertus de Tato, Leonese et Odo de Bulgarello rogati fuerunt testes.

III, 114. - Orig., mm. 310×190.

279.

Ad S. Cassianum, 3 februarii 1173.

Manente vendit Drutholo duas tornaturias terrae in Segalari.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo III, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die III intrantis februarii, indictione VI[a]. Et ideo ego quidem in Dei nomine Manente vendo tibi in Christi nomine Dru⟨t⟩holus tuisque filiis et heredibus in perpetuum ; idest due turnaturias terre posite in Segalari : primo latere Sigizo, II Artusio Sigicelli, III latere Bona, quarto latere ego venditor. Quantum infra hec latera designata iacet et supradicte due turnaturias pertinet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus que sunt supra se et infra s[e ha]beatis vos Dru⟨t⟩holus et conius tua Bona vestrisque heredibus teneatis, posideatis pote[statem habeatis venden]di, donandi, comutuandi

et quidquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde pla[cuerit faciendi in] perpetuum, hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S. C[assiani] . . . . . . unde est, si aparuerit. Pro eo quia dedisti michi nomine . . . . antea non licead michi venditori neque meisque . . . . rem facere queŝtionem repetitionem, c[ausationem aut molestiam generare neque contra vos ne]que contra vestros filios vel heredes neque in [placito neque extra placitum . . . . . . Promit[to me preterea supradictam rem ab omni [persona hominum auctoriare et defensare . . . . ter]minum et firma . . .

IV, 1. - Orig. fragmentarium, mm. 142×161. Charta, scripta manu Giberti notarii sanctae Corneliensis Ecclesiae, caret parte inferiore.

280.

Ad S. Cassianum, 27 aprilis 1173.

Canonici S. Cassiani Guidoni Medicine concedunt in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXIII, temporibus * * pape et Federici inperatoris, die IIII exeunte aprile, in castro S. Cassiani, sub portico canonicis, indicione VI. Quapropter ego quidem in Dei nomine dompnus presbiter Rodulfus propositus et canonicus S. Cassiani et Ubaldus diaconus et Albericus subdiaconus et Gotifredus similiter nomine pacti concedimus et largimus tibi Guido Medicine accipienti pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et VIIII ad renovandum ; idest unum casamentum positum in castro S. Cassiani : ab uno latere tenet Petrus Vecclus, ab alio Guidolus Solustre, a tertio Ugolinus Onorate, a quarto via. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimus tibi ab habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem I denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis XIIII ; et nos

iamdicti locatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non habeas licentiam supradictam rem vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi in nobis vel in nostros successores, si tollere voluerimus, per XII denarios minus quam ab aliis habere poteritis, sin antem, liceat tibi dare aliis, salva domnica ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod res valet, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Bonafinis S. Cassiani notarius.

Testis et manus investitor Isnardolus Balduini, Bonusmartinus Imile, Iohannes Orlandini, Nicola Albrigolus Pilizarii.

IV, 2. - Orig., mm. 325×163.

281.

[Imolae], 8 martii [1173].

Hildebrandus et frater eius Vivianus Brocardo Matharasso id quod tenent in Lacuna cedunt veluti pignus solutionis cuiusdam ab ipsis facienda in festivitate S. Cassiani.

Die octavo intrante mense marcii, indictione VI. Ego Ildebrandus filius Vilani de Guiducio pro me et pro Viviano fratre meo do tibi Brocardo Matharasso hoc quod habemus et tenemus et nobis pertinet in loco qui vocatur Lacuna: a duobus lateribus tenes tu Brocardus, a tertio canonici S. Cassiani, a quarto via, tali conditione, si persolverimus tibi XIII solidos lucenses, III denarios minus in proxima festivitate S. Cassiani, supradicta res revertatur ad nos; et si non persolverimus in predicto termino, tunc liceat tibi supradictam rem vendere bona fide cuicumque volueris et quod tuum est recipere, et si plus vendideris nobis debitoribus, persolvas, et donec non inveneris comperatorem, liceat tibi habere et tenere et frui sine aliquo legis impedimento non computatu fructu quem inde habueris in aliquo debito. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris heredibus sub pena dupli,

et post solutam penam, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Vargaroia, Ugolinus de Albertolo, Guido Tartagnus, Ugo de Guiducio.

IV, 3. - Orig., mm. 143×92. In versu, eadem manu Brocardi Matharassi. *Ferri ex indictione ductus, ad annum 1173 refert hoc documentum.*

282.

Blancanici, 2 maii 1173.

Lodoisius de Ginanno et uxor eius Marsilia Hugitioni concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in Millola sitam.

Anno MCLXXIII, die II maii, in Blancanico &c. Nos &c. Lodoisius de Ginanno et Marsilia iugalis &c. concedimus &c. tibi &c. Ugicioni de Paganello &c. pro te et pro Ingiza iugale tua &c. ad renovandum &c. iusta Pepolello et Signoritto &c. que sunt posite in Millola &c.: ab uno latere tenet Pepolellus &c., territorio Corneliensi, plebe S. Angeli in Campiano &c. Ego Herardus Mazolanensis tabellio &c.

Ferri, I, 105. - Hoc instrumentum deest archivo S. Cassiani, IV, 5, 6.

283.

Ad S. Cassianum, 25 augusti 1173.

Canonici S. Cassiani Guidoni Arardi titulo pacti emphytheutici concedunt casamentum positum in castro S. Cassiani.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo III, indictione VI^{a}, tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die VII exeunte mensis augusti. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus S. Cassiani una cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie nomine pacti fatio cartulam tibi Guido Arardi [rec]eptori pro te et pro nepo * * et pro vestris filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest casamento uno posito in castro S. Cassiani: a primo latere via, II latere Iohannis Clarielli, III latere ripam castri, quarto latere * *. Quidquid

infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, hoc supradicto casamento concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum pro eo quia dedisti nobis pro calciario mercedis nomine solidos lucenses v. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus atque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mensis marcii vel infra indictionem pro pensione denarium unum lucensem, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi vel aliquo modo alienandi nisi requirendo ecclesie nostre et ad nos per xii denarios minus quam ab aliis, si emere voluerimus, et si noluerimus emere, vos habeatis licentiam dare cui volueritis, qui nobis eum serviad in omnibus et per omnia sicut vos servire debeatis. Et si omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium aut interpellationibus pene nomine solidos lucenses x, et pena soluta, hec cartula pacti manead firma. Et licentiam habeas ingredi in supradicta re ex vestra auctoritate. Testes et manus investitor Fulpretus, Bonmartinus, Nicole Albuini.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 4. - Orig., mm. 374×178.

284.

Ad S. Cassianum, 17 novembris 1173.

Gualdechia donat Matharaso in favorem laborerii S. Cassiani pro remedio animae suae petiam terrae in fundo Prathalina sitam.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo III, indictione VI[a], tempore (* *) pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die XIIII exeunte novembre. Et ideo ego quidem in Dei nomine Gualdechia da(n)s do et dono atque vendo tibi Ma(t)haraso receptori pro laborerum S. Cassiani in vice prefata ecclesia in laborerum et tua ad utilitatem ecclesie supradicta et pro ibi servientibus et in perpetuum comorantibus; idest unam petiolam terre quas do pro anima mea et

patri meo et pro pretium XIIII solidorum lucensium in prenominato laborerum, que est posita supradicta terra in fundo qui vocatur Pra(t)halina: a primo latere Guido Peruzoli et Comminite, II Sigizo, III Nicole Albuini, quarto latere heredes Serafinus * *. Quod ab inc in antea non licead michi donatrice et venditrice neque meisque filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de predicta re facere questionem, repetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra predicta ecclesia neque contra meis servientibus et in perpetuum comorantibus, neque per aliquam personam a me sumisam vel sumitèndam personam, nec in placito neque extra placitum, nequo quolibet modo; sed prenominata ecclesia in laborerum abead et teneant et posideant de cetero prefatam rem sine omni lite et contrarietione nostra nostrorumque filiorum et heredum. Et si contra fecero vel ego vel meos heredes et omnia supradicta non observavero, promitto tibi stipulatori pro iamdicta ecclesia et rectoribus earum me et meos heredes daturos penam prenominata ecclesia gubernatricibusque earum duplam penam quam res valet, et pena soluta, hec cartula in omnibus manead firma. Testis et manus investitor Fortisguera de Matharaso, Ugo de Tusca, Guido Solustre, Ildebrandinus Rubeus Spectolus isti rogati fuerunt testis ad omnia supradicta.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 7. - *Orig., mm.* 205×260.

285.

Ad S. Cassianum, 1 decembris 1173.

Canonici S. Cassiani Martino de Baldo concedunt in emphytheusim quatuor tornaturias terrae de fundo Cutizano.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi M[C] septuagesimo III, indictione VI[a], tempore Alexandri pape et Federici inperato[ris], actum in castro S. Cassiani, die primo mensis decembris. Et ideo ego quidem [in] Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine libelli fatio cartulam tibi Martinus de Baldo tuisque filiis et heredibus in XX et novem annos ad renovan-

dum ; idest unam petiam terre posita in curte Solustre et in fundo Cutizano, computata turnaturias IIII, si plus est vel minus, in eodem con[tractu] permanead : primo latere Guido de Remengarda et heredes Dosio, II latere via, aliis duobus l[ateribus] Pizolus Tornarii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et [exi]tu suo et cum omnibus que sunt supra se et infra se cum et omnibus sibi pertinentibus concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti michi pro caltiarii mercedis nomine solidos lucenses VI, hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe Solustre. Ita sane ut inferatis michi meisque successoribus cum t[uis] filiis et heredibus omni anno teraticum de labore maiori modio septimo, de mi[nu]to VIII, lini manna nona, vini anfora quarta, et omni Natale Domini amissere uno, videlicet duos pullos cum duabus fogatii, et honorabiliter recipere duos de canonici et dare eis comestionem, hec omnia, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi vel aliquo modo alienandi nisi nostro [sen]su vel ille cui dederitis. Ita eam . . . . . ad in omnibus sicut vos servire d[ebea]tis. Si qua vero pars nostrorum [vel vestrorum contra h]unc libellum ire vel ag[ere] tentaverit et omnia supradicta [non observaverit], det pars parti fidem [ser]vanti ante omne litis ini[tium a]ut interpellationibus pene nomine XII solidos lucenses, et pena soluta, hic libellus manead firmus. Testis et manus investitor Morandolus, presbiter Iohannis, Albertinus de Arzentea.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

VI, 8. - Orig., mm. 422×180. Charta arrosa est in margine dextero et in textu. In versu, eadem manu Appare Martini Balduli de Solustra.

286.

Ad S. Cassianum, 17 ianuarii 1174.

Canonici S. Cassiani Guidolo Solustrae concedunt in emphytheusim casamentum positum in castro S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXIIII, temporibus * * pape et Federici inperatoris, die XV exeunte mensis genuari, in castro S. Cassiani, sub por-

tico canonicis, indicione VII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus canonicus et prepositus canonice S. Cassiani nomine pacti concedo et largior tibi Guidolus Solustre accipienti pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unum casamentum, quod est positum in castro S. Cassiani: a primo latere Michilittus, a secundo Guidus Medicine, a tertio Aldrevandolus Bonegentis, a quarto via. Quicquid infra hec latora designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, defensandum, et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos II. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus; eo videlicet tenore ut non habeas licenciam supradictam rem vendere nec donare neque aliquem contractum facere nisi in me vel in meos successores, si tollere voluerimus, per XII denarios minus quam ab aliis habere poteris, sin autem, liceat tibi dare aliis, salva domnica ratione. Si quis verum nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Bonafinis S. Cassiani notarius.

IV, 9. - Orig. mm. 312×175.

287.

Ad S. Cassianum, 4 februarii 1174.

Canonici S. Cassiani Simoni presbytero concedunt in emphytheusim octo tornaturias terrae de fundo Spatharino.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo IIII,

indictione VII[a], tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die IIII intrantis mensis februarii. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine libelli fatio cartulam tibi presbiteri Simoni tuisque succesoribus et tuis propriis heredibus in viginti et novem annos ad renovandum ; idest medietatem de due petiola terre que sunt estimate turnaturias VIII, si plus est vel minus, in eodem contractu permanead, videlicet quod tu habuistis tu et fratri tuo nostro iure, posite in fundo Spa(t)harino ; prima petia : primo latere nos ordinatores, II domina Rohalda, III latere Erro, quarto latere heredes Zanzolinus ; II petia : primo latere limes, II latere canonici et vobis receptori, III similiter, IIII latere Guido' de Gelhsagino de Faventia. Quidquid infra istis designatis lateribus manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus que sunt supra se et infra se et ad supradicta medi[etatem terre iac]iet, abeas, teneas ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum ; pro eo quia dedisti michi [mercedis nomine pro supradicta re] solidos lucenses VII : hec supradicta re concedo tibi tuisque heredibus, hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe S. Prosperi. Ita sa[ne ut in]feratis michi meisque fratribus atque successoribus cum tuis heredibus omni anno terraticum de labore maiori modio septimo, de minuto octavo, lino manna nona, vini anfora quarta, et comestionem supra area, sicut mox est, et amisere secundum portionem vestram, hec omnia, ut dictum est, persolvatur. Eo videlicet tenore u[t non] habeatis licentiam vendere vel donare nec ullo modo alienare nisi in nobis ordinatoribus, quod si feceritis, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ego supradictus [Rodul]fus canonicus cum meis fratribus atque succesoribus promitto tibi tuisque heredibus auctorizare et defensare ab omni persona hominum et firma tenere. Si quis vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere tentaverit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium aut interpellationibus pene nomine XIIII solidos lucenses, et pena soluta, hic libellus manead firmus. [Testis et] manus investitor domnus Gratianus archipresbiter de plebe Barbiani et domnus Benedictus prior monasterii S. Donati et Ugo Barocino.

[Ego] Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 10. - Orig., mm. 180×235. Charta sinistrorsum attrita est. In versu, eadem manu Apera presbiteri Simonis de plebe Barbiano.

288.

Saxileonis, 22 aprilis 1174.

Henricus episcopus et canonici S. Cassiani denuo concedunt in emphytheusim Hugoni abbati S. Mariae de Monte Armato hospitale Solustrae.

† In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo quarto, temporibus Frederici imperatoris, x kalendas madii, indictione VII. Petitionibus enfiteotecariis annuentes, ego quidem Henricus venerabilis episcopus S. Cassiani ecclesie nec non et nos domnus Rodulfus presbiter et eiusdem ecclesie prepositus et presbiter Clarius et Ugitio diaconus canonici predicte ecclesie pro nobis et pro cumtis aliis canonicis predicte ecclesie et pro nostris successoribus hoc enfiteosin instrumentum presenti die damus et concedimus tibi domno Ugoni abbati ecclesie atque monasterio S. Marie de Monte Armato accipienti in honorem Dei et predicti monasteri et tuorum fratrum ac successorum in perpetuum hospitalem Selustre cum omnibus possessionibus que illi hospitali pertinent et cum possessionibus, quas Ugitio de Iohanne massario dedit ei monasterio ex iure S. Cassiani cum decimis ex predictis possessionibus hospitalis et Ugitionis Iohannis massari, quas in presenti possidetis; et si aliquis homo ex castro Ducie dederit predicto monasterio unam vel duas tornaturias terre ex iure S. Cassiani, non teneantur nobis rectores hospitalis vel monasterii dare decimas, si vero ultra duas tornaturias aliquis homo ei dederit, decimas nobis persolvere teneantur vel nostris sucessoribus, vel componant nobiscum pro decimis. Et iterum si aliquis homo ex predicto castro voluerit se dare per conversionem predicto monasterio, liceat ei, eo existente incolume, tamen abbas vel successores eius exortando eum ut ecclesie S. Cassiani faciat testamentum. Si vero in egritudine positus, et voluerit se dare

predicto monasterio non debeant eum accipere sine nostrorum canonicorum permissu vel licentia, si tamen testamentum facere voluerit, predicto monasterio faciat. Et iterum si aliquis possessionem conditionatam michi episcopo aut nobis canonicis dare voluerit predicto monasterio, non debeant accipere si taliter condicionate erit ut dare non possit, omnia, ut predi(xi)mus, in integrum in presenti damus et concedimus tibi predicto Ugoni abbati tuisque successoribus in perpetuum cum ingressibus et egressibus earum possessionum et hospitalis et cum omnibus super se et infra se habentibus in integrum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi ad honorem et utilitatem predicti monasterii, salvo iure domini, faciendum; et huius rei nomine nobis et nostris successoribus pensionis gratia singulis annis tu iamdictus abbas vel tui successores cereum unum ex una libra cere exibeatis in die S. Cassiani. Nos vero predicta omnia ab omni homine legitime defendere omni tempore et auctorizare tibi et tuis successoribus promittimus. Et si nos vel nostri successores predicta omnia firmiter observare noluerimus, et hanc enfiteosin quolibet modo infringere presumpserimus, pene nomine unius libre auri dare tibi et tuis successoribus promittimus. Versa quoque vice ego predictus abbas predicta omnia firma tenere sub eadem pena promitto, et insuper hic contractus, ut supra legitur, semper incoruptus tenere spondemus ab utraque parte. Eo tamen tenore ut predictus abbas vel successores eius vel aliquis pro predicto monasterio non edificet vel construat in predicto loco ecclesiam vel domum horatorii nec ibi missa aliquo tempore sine nostrorum episcopi et canonicornm permissu vel licentia celebrent. Si vero ecclesiam vel horatorium ibi edificaverint in quo missa celebrata fuerit aliquo tempore sine nostrorum, videlicet episcopi et canonicorum licentia vel permissu, hic contractus sit inanis et vacuus. Actum in ecclesia S. Prosperi, in castro Sasiliuni, indictione predicta VII.

† Prenominatus abbas hanc aparam enfiteosis, ut supra legitur, scribere rogavit.

Predictus dominus Rodulfus investitor et testis, Azo de Rozerio et Rodulfinus de Zisso et Ugolinus Ettoli et Rainucinus de Sassiliuni et Ildebrandinus Zufoli et Rainerius et Spinellus da la Rocca et Alfredolus et Ugolinus Ingize et Fantolinus de Monte Armato.

✝ Ego Ugolinus de Var [1] imperatoris Frederici notarius hanc aparam enfiteosis, ut supra legitur, rogatus manu mea scripsi et emendavi.

IV, 11. - Orig., mm. 475×318. In versu, scriptum manu saeculi XIII Renovatio facta abbati monasteri de Monte Armato.

[1] *Orig. habet* Var *cum signo contractionis; forsan pro* Varignana

289.

Dutiae, 5 iunii 1174.

Maisancta donat canonicis S. Cassiani tres tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXIIII, temporibus [* * pape] et Federici inperatoris, die V intrante mense iunii, in castro Ducie, in d[omo domine] Maisancte, indicione VII. Ego quidem in Dei nomine domina Maisancta do et dono tibi Ugo [canonicus] ecclesie S. Cassiani acceptori pro te tuisque confratribus et successoribus in [perpetuum servien]tibus et commorantibus in ecclesia S. Cassiani ad iura propria pro anima de fili .... et pro remissione peccatorum suorum ; idest tres turnaturi[as terre, que sunt] posite in campo meo, que est prope cruce de Leogr ... : a primo] latere tenet * *, a II * *, [a tertio * *], a quarto * *. Quam predicte tres turnaturi[as terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi] pertinentibus do et dono tibi ad habendum, tenendum, ve[ndendum cum tuis confratribus et suc]cessoribus in perpetuum placuerit exinde faciendum. Et ab hinc [in antea non liceat michi donatrici] neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re [facere questionem, reppeticionem], causacionem aut litem movere neque contra [te neque contra tuos confratres vel successores neque] per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placi[to vel extra placitum neque quoli]bet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum a[uctoriare et defensare et hanc donatio]nem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus cum [meis filiis et heredibus; et si contra fecero] vel ego vel mei heredes, aut per aliquam personam a me submissam vel sub[mittendam, tunc promitto me] meosque filios et heredes daturos penam dupli quod res valet

tibi tuis[que confratribus et successoribus], et post solutam penam hic contractus donationis in perpetuum mane[at firmus. Et tua auctoritate tuoque] nomine et confratribus et successoribus tuis liceat vobis ingredi in possessio[ne. Quem scripsi] ego Bonafinis S. Cassiani notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugo .... tarius, Vivianus Orlandi, Bavosius de Albertello.

IV, 12. - Orig. fragmentarium, mm. 288×145. Charta fere tota arrosa est secundum marginem dexterum, itemque in versu XD *mutila et lacera est. Pro restitutionibus cf. n. 315.*

290.

Ad S. Cassianum, 15 iunii 1174.

Canonici S. Cassiani Alberto concedunt in emphytheusim petiam vineae sitam in loco qui Curacus vocatur.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo IIII, indictione VII[a], tempore * * pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die XV mensis iunii. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus S. Cassiani una cum consensu canonicorum nomine libelli fatio cartulam tibi Alberto de Iohannis Alberti de Casalarcore vestrisque filiis et heredibus in viginti et novem annos ad renovandum; idest unam petiam terre vineata, que est posita in loco qui vocatur Curacus:[1] ab uno latere via, a secundo latere heredes Peregrinus Laurentii, aliis duobus lateribus Isnardus. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus abeatis, teneatis cum vestris heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum, hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S. Apollenaris, salva vero domnica persolvenda. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque succesoribus omni anno terraticum de labore maiore modium septimum, de minore octavum, de lino manna nona, de vino anforam tertiam, et omni Natale Domini spallam cum fogatiis, conducta omnia per vos usque in supradicta canonica, videlicet pro supradicto terratico et pro omni reditu debeatis nobis dare omnique anno IIII solidos lucenses et dimidium: hii

supradicti denarii persolvantur. Pro eo quia dedisti nobis pro caltiarii solidos lucenses xv; et ego supradictus Rodulfus cum meis fratribus atque successoribus auctorizare atque defensare promittimus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere vel donare, neque commutuare neque commendare, nec etiam loco pignoris ponere neque per aliquem modus vel ingenium alienare, quod si feceritis, hic libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium aut interpellationibus de denarii solidos lucenses xxx, et pena soluta, hic libellus manead firmus. Testis et manus investitor Morandolus castaldus, Spersonatus.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 13. - Orig. mm. 238×205.

[1] *Emendatum a* Quiracus

291.

Ad S. Cassianum, 26 augusti 1174.

Canonici S. Cassiani Guidoni Guiterni concedunt in emphytheusim casamentum positum in castro S. Cassiani et petiam terrae in Prethalina sitam.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo c septuagesimo IIII, indictione VII, tempore Alexandri pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die VI exeunte mensis augusti. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus canonice S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine pacti fatio cartulam tibi Guidoni Guiterni accipienti pro te et pro uxore tua nomine Alfana et pro vestris filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest de casamento uno posito in castro S. Cassiani: primo latere platea, II latere ripam castri, III Omodeo, IIII Fantinellus; et insuper unam petiola terre posita in Prethalina:[1] primo latere * * * * * * * *. Quantum infra istis designatis lateribus manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus que sunt supra se et infra se et cum omnibus sibi pertinentibus, do et concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, de-

fensandum in sexaginta et novem annos ad renovandum. Pro eo quia dedisti nobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum lucensium solidos IIII; ita sane ut inferatis cum vestris filiis et heredibus nobis nostrisque fratribus pro iamdicta re omni anno mensis marcii vel infra indictionem pro pensione denarium I lucensem et I albolum, pensio, ut dictum est, persolvatur; hec omnia constituta territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi nisi nobis requirentibus et per XII denarios minus a nobis quam ab aliis, et si noluerimus emere, vos habeatis licentiam dare cui volueritis, salvo nostro iure. Et ego supradictus prepositus cum fratribus meis promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus supradictam rem auctorizare et defensare et hunc pactum firmum tenere sub pena dupli, et pena soluta, hunc pactum manead firmum. Testis et manus investitor presbiter Christianus.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 14. - Orig., mm. 309×110.

[1] *Orig. habet.* Prahtalina

292.

Ad S. Cassianum, 25 octobris 1174.

Canonici S. Cassiani Cassolo, Tonso, Baldo et Albertino cognato eorum cencedunt in emphytheusim unam petiam terrae in Macerata sitam ea lege ut si ibi molendinum construatur et ipsi in illo partem habeant et ius.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXIIII, temporibus * * pape et Federici inperatoris, die VII exeunte mense octobris, in castro S. Cassiani, in porticu canonicis, indicione VII. Quapropter ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani titulo pacti concedo et largior vobis Cassolo et Tonso et Balbo fratribus et Albertino cognato vestro et pro Gardina uxore sua, in quarta parte dicende rei, in aliis veris partibus tribus vos supradictis fratribus accipientibus pro vobis supradictis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam petiam terre laboratorie, que est posita in fundo qui dicitur Macerada, ter-

ritorio Corneliensis et plebe S. * * : ab uno latere est flumen Santerni, a II tenet Iacobus Madarassi, a tertio Albertus de Angelo, a quarto via. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem tres denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis calciarii nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tredecim ; et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus ; eo quidem tenore quod si aliquo tempore nos vel nostri successores ibi molendinum facere voluerimus, donec aliquid de predicta terra ibi tantum fuerit et locus abilis ad predictum molendinum construendum, facere possimus, et vos ipsius molendini partem habere debeatis et nobiscum facere. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis supradictam rem vendere nec donare neque aliquem contractum facere nisi in me vel in meos confratres et successores, si tollere voluerimus, per XXIIII denarios minus quam ab aliis habere poteritis, sin autem, liceat vobis dare aliis cui volueritis, salva domnica racione. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine calciariis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Bonafinis S. Cassiani notarius. Testis et manus investitor fuit Morandolus castaldus.

IV, 15. - Orig., mm. 313×175. In versu, manu eiusdem notarii Cartula heredis Pauli ; *manu saeculi XIII* Hanc habet Albertinus de Linario.

293.

Ad S. Cassianum, 7 ianuarii 1175.

Arduinus diaconus, Pepolus et Guascon pro remedio animae avunculi Arduini donant canonicis S. Cassiani duas petias terrae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Cristi MC septuagesimo V, indi-

ctione VIIIª, die VII intrantis mensis ianuarii, tempore Alexandri pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine Arduinus diaconus et Pepolus et Guasconis germanis fratribus et consanguineis damus et donamus vobis domnus Rodulfus presbiter ecclesie S. Cassiani et prepositus receptori in vice prefata canonica S. Cassiani pro vobis et pro vestris fratribus atque successoribus et pro ibi servientibus et in perpetuum comorantibus; idest quattuor turnaturias terre quas damus vobis pro anima avunculum nostrum domni Arduini diaconi, que vero sunt posite in duobus fundis: in fundo S. Petri in viario due turnaturias: primo latere Acugortolus, secundo latere Pellegrinus, tertio latere * * * *; alie due in fundo de Taurano: primo latere Rio Maiore, secundo latere Paulus et Gerardus, tertio latere Martinus Calcabissa, quarto latere * *. Quod abinc in antea non licead nobis donatoribus neque nostrisque filiis vel heredibus ullo unquam in tempore facere questionem, repetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra predicta canonica S. Cassiani neque contra in his servientibus et in perpetuum commorantibus neque per aliquam persona a nobis sumisam vel sumitendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo; sed prenominata canonica S. Cassiani abeat et tenead et possidead pro anima supradicti Arduini, de cetero prefatam rem sine omni lite et contradictione nostra nostrorumque filiorum et heredum, et si contra fecerimus nos vel nostris heredibus et omnia supradicta non observaverimus, promittimus vobis stipulatoribus pro iamdicta canonica et rectoribus earum, nos et nostris heredibus ese daturi penam prenominata canonica gubernatricibusque earum duplam penam, quam res valet, et soluta pena, hec donatio in perpetuum manead firma. Testis et manus investitor Gutifredus subdiaconus, testis Rusticus Guidoni de Belladonna, Tedelgadus eius nepos, Belondus Morandolus, Mancaderata, Iohannis de Bonzo, Blancius Ferramusca et Tosus et Ildebrandinus de Paulo et Ildebrandinus Potestas.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 16. - Orig., mm. 333×170.

294.

Ad S. Cassianum, 7 ianuarii 1175.

Canonici S. Cassiani Arduino diacono, Guasconi et Pepolo concedunt in emphytheusim unam petiam terrae.

[ST]. In nomine sancte ac individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC septuagesimo V, indictione VIII, tempore Alexandri pape et Federici inperatoris, actum in castro S. Cassiani, die VII intrantis ianuarii. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus canonicus et prepositus canonice S. Cassiani una cum consensu canonicorum fratrum meorum nomine pacti fatio cartulam vobis Arduinus diaconus et Guasconis et Pepolus vestrisque filiis et heredibus in sexaginta et novem annos ad renovandum: idest unam petiam terre in curte Podiolus, computate sunt turnaturias quattuor, si plus est vel minus, in eodem contractu permanead: primo latere detinet Rimfus et Vivianus, secundo latere via, tertio latere Afamacaballo, a quarto latere * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus que sunt supra se et infra se habeatis cum vestris heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Pro eo quia dedisti nobis pro caltiarii mercedis nomine solidos lucenses X, hec omnia constituta territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani. Ita sane ut inferatis michi meisque fratribus atque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mensis martii vel infra indictionem pro pensione denarium unum lucensem, pensio, ut dictum est, persolvatur. Eo tenore ut non habeatis licentiam vendendi, donandi vel aliquo modo alienandi nisi ecclesie nostre et ad nos per XII denarios minus quam ab aliis, si emere voluerimus, et si noluerimus emere, vos habeatis licentiam dare cui volueritis, salvo nostro iure, quod si hec non feceritis, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ego supradictus domnus Rodulfus cum meis fratribus atque successoribus promitto vobis vestrisque filiis et heredibus supradictam rem auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere ab omni persona hominum sub pena

dupli, et pena soluta, hoc pactum manead firmum. Testis et manus investitor Gotifredus diaconus.

Ego Gibertus notarius sancte Corneliensis Ecclesie scripsi cum manu mea, firmavi et complevi hec.

IV, 17. - Orig., mm. 285×150.

295.

[Ad S. Cassianum], 24 aprilis 1175.

Henricus episcopus et canonici S. Cassiani Dominico abbati S. Mariae in Regula dant petras consignatas et ius duas ecclesias Imolae aedificandi concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXV, die VII exeunte mense aprilis, indictione octava. Noticia recordationis qualiter dompnus Henricus sancte Corneliensis Ecclesie episcopus cum consensu canonicorum predicte ecclesię videlicet sacerdotis et prepositi Rodulfi et presbiteri Christiani et aliorum, in presentia Guidonis archipresbiteri Solustre nec non et Bernardi archipresbiteri plebis Tausignani dedit petras consignatas dompno Dominico abbati monasterii S. Marie in Regula et dompno Ramberto sacerdoti et monacho prefati monasterii, et concessit eis et aliis suis confratribus hedificare et facere duas ecclesias Immole, et hoc fecit in presentia Santerni sacerdotis plebis S. Laurentii de civitate Immola et in presentia presbiteri Gerardi de ecclesia S. Michaelis edificata Immole. Ita tamen ut rectores et servientes in predictis ecclesiis faciendis simulque cum rectore et serviente in ecclesia S. Vincentii obediant et reverentiam habeant plebi S. Laurentii in festo S. Laurentii et in Sabbato sancto atque in letaniis, nec non in receptione pape sive cardinalium et archiepiscoporum aut episcoporum aut suorum nunciorum ; et ita faciant servientes et commorantes in prefatis ecclesiis sicuti servientes et commorantes in ecclesia S. Agathe et S. Petri in Lacuna et in ecclesia S. Michaelis adhibent et debent debitam reverentiam plebi S. Laurentii.

Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius, sicuti predictus presbiter Santernus et sacerdos Gerardus michi ex precepto domini Henrici episcopi preceperunt simulque etiam

ex precepto iamdicti episcopi. Dompnus Rambertus monachus michi hoc scribere iussit.

(Aa). ✝ Ego Henricus ecclesie B. Cassiani episcopus subscripsi et firmavi. Ego Rodulfus presbiter ac S. Cassiani ecclesie prepositus manu mea subscripsi. Ego presbiter Christianus et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego Ildebrandus presbiter et canonicus B. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Moyses canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego Ugitio diaconus et S. Cassiani canonicus manu mea subscripsi.

IV, 18. - Orig., mm. 313×157. — Zaccaria, I, 192.

296.

Ad S. Ioannem in Treforcia, 20 februarii 1176.

Hugo presbyter, iureiurando interposito, affirmat Petrum de Cassiano filium Marescotti reliquisse canonicis S. Cassiani unam petiam arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione, eius MCLXXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XX mensis februarii, sub porticu canonice S. Iohannis in Treforcia, indictione VIIII. Et ideo ego quidem in Dei nomine presbiter Ugo iurato de quod vidit et audivit et ibi fuit quando Petrus de Casiano filius quondam Marisscotti reliquit I petiam terre laboratorie canonicis S. Cassiani accipientibus pro ecclesia et pro ibi servientibus et commorantibus eiusdem ecclesie, posita in loco qui dicitur in Roncaliis ubi dicitur Lama, pro anima sua et patri suo, territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani : a duobus lateribus possidet Aco Gurtulus, de superam parte tenet Manente, quarto latere rivo percurrente. Fruzerus et Bona similiter iuraverunt quod presbiter Ugo. Bona iuravit in presencia presbiteri Iohannis et aliarum personarum, ita dixerunt et firmaverunt isti III testibus.

Que vero omnia ego Albertus Medicine notarius scripsi sicuti predicti testes coram me iuraverunt et michi scribere preceperunt.

IV, 19. - Orig., mm. 185×147.

297.

Imolae, 25 maii 1176.

Gerardus de Arcella ad uxoris suae Honorathae supremam voluntatem implendam canonicis S. Cassiani refutat unam petiam terrae in Arcella sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VII exeunte mense maii, Imole, in ecclesia S. Nicholai, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine Gerardus de Arcella pro me et per mandatum Honorathe quondam uxoris mee, que hoc voluit et precepit et mee voluntati commisit in sua ultima voluntate in presentia presbiteri Morandi S. Marie in Zagunia et Martini de Arcella, simpliciter et mera liberalitate do et dono atque refuto et diffinitionem facio vobis presbitero Christiano et Iohanni subdiacono canonicis S. Cassiani accipientibus pro ecclesia S. Cassiani et pro vestris confratribus et successoribus in supradicta ecclesia in perpetuum commorantibus et servientibus ; idest omnes actiones et pertinentias quecumque michi pertinent et per quemcumque modum vel titulum vel pertinere debent de una pecia terre cum vinea super se habente et cum omnibus sibi pertinentibus, que est posita in fundo, qui vocatur Arcella : ab uno latere tenet Martinus Barucius, ab alio Ugo Liccatus, a tertio est via, a quarto latere est Curiculus ; ad habendum, tenendum in predicta ecclesia in perpetuum permanendum, retento tamen michi usufructu exinde omnibus diebus vite mee ; hoc enim facio pro anima mea et supradicte uxoris mee et pro remissione peccatorum nostrorum nostrorumque parentum. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem et refutationem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus eiusdem ecclesie cum meis successoribus. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego vel mei successores, tunc promitto me meosque successores daturum penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque successoribus ecclesie S. Cassiani, et post solutam penam, hic contractus do-

nationis et refutationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt supradictus presbiter Morandus et supradictus Martinus de Arcella, et insuper presbiter Albertus S. Nicholai, presbiter Rainaldus de Vithilluni, Stultus Bertolotti, Morandolus rogati fuerunt testes.

IV, 20. - Orig., mm. 302×165.

298.

[Imolae], 10 septembris 1176.

Hodiana donat canonicis S. Cassiani pro redemptione animarum parentum suorum decem tornaturias arvi de fundo Tavernula.

In nomine Domini nostri Iesu Cristi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVI, temporibus Alexandri pape ed Federici imperatoris, die decimo mensis septembris, in ecclesia S. Stephani in Zagunia, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine Hodiana filia quondam Imelde Maliincalcii, a presenti die do et dono tibi Rodulfo presbitero et preposito canonice S. Cassiani accipienti pro predicta canonica S. Cassiani et pro tuis confratribus et successoribus in predicta canonica servientibus et commorantibus in perpetuum ad iura propria; idest medietatem de una pecia terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Tavernula, territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani, que medietas est computata decem turnaturias, et si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat: a duobus lateribus totius supradicte petie terre sunt limites, a tertio tenent heredes Bulgarelli Ugolini, a quarto latere heredes Ugicionis de S. Cassiano. Quam predictam medietatem unius pecie terre infra hec latera designatam cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi quoque modo pertinentibus do ed dono tibi, ut superius legitur, ad habendum, tenendum et in predicta canonica S. Cassiani in perpetuum ad iura propria more salario permanendum; hoc enim facio pro anima matris mee et patris mei et mea, et pro eterna illuminatione animarum nostrarum nostrorumque parentum et pro remissione peccatorum nostrorum. Promitto me pre-

terea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc simplicem donationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus et successoribus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promitto me meosque heredes et successores daturam penam dupli, quod res valet, tibi tuisque successoribus eiusdem canonice, et post solutam penam, hic contractus donationis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Petrus Zanzullus, Rainucius Guarini, Avernatius, Ildebrandus Bilinelli, Dux filius Martignonis, Isacattus, Scuffone, et alii quamplares rogati fuerunt testes.

IV, 21. - Orig., mm. 289×179.

299.

Imolae, 27 februarii 1177.

Testamentum Petri qui vocatur Trullus.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXVII, temporibus Allesandri pape et Federici inperatoris, die secundo exeunte mense februarii, Inmole, indicione X. Ego quidem in Dei nomine Petrus qui vocatur Trullus quia intestatus dece⟨de⟩re nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. In primis volo ut sit datum pro anima mea X ⟨libras⟩ [1] lucenses ubicumque melius visum fuerit. Filiam meam michi heredem instituo in toto meo tam in re mobili quam in re inmobili. Uxor maea sit domina domus mee donec vident se retinere a secundis nupciis vel donec vident stare in domo mea cum filia mea; si vero accesserit ad secundas nubcias vel noluerit amplius esse in domo mea quod suum fuit, sit ei refactum, et de meo relinquo sex libras lucensium et pisanensium; et volo ut teneat vineam meam donec suum fuerit ei refactum, et de meo habebit sex libras, pro eo quia non habeat ullam accionem et michi refutat omnem accionem quam posset habere vel habere speraret in hereditate filie mee. Si filia mea

obierit sine filiis, volo ut hecclesia S. Casiani, si erit facta Immole, habeat medietatem domus mee et vinee, et terre de Secundo. Altera medietas relinquo S. Laurencio et S. Marie per equales partes; si vero non erit facta Immole hecclesia S. Cassiani, hecclesia S. Laurencii et S. Marie habeat totum per equales partes. Ugolino Ma(t)harassi relinquo terram quam habeo post claudam Bulgari et illam quam habeo prope domum Martini. Et Redulfino Maralde relinquo totam alliam ubicumque sit; si filius Redulfinus obierit antequam se conveniat cum filia mea et Redulfinus habebit alium filium, Redulfinus promittit habere bonam fidem, si vero non habebit alium filium, faciat de filia mea et de s[1]o secundum suam voluntatem.[2] Et sic volo et sic iubeo, sic est mea ultima voluntas. Si quis vero meorum heredum contra hoc meum iudicium, quod iudicavi, ire vel infringere vel agere et non observare tentaverit, solvat penam meam ultimam voluntatem observantibus, idest sit tacitus de eo quod ei relinquo; et post penam solutam, hoc meum iudicium sive testamentum maneat firmum. Quod scripsi ego Ganducius Immolensis notarius, et si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli valeat.

Testes ad hoc rogati fuerunt Petrus Capellus, Vecclus, Umgarellus frater eius, Alliottus, Guidorapus, Auliverius, Iacobus Albertini de Aldrevandino, Petrus Sassi, Matheus Sulimani, Santernolus. Martignone Immilbelle, Ugolinus Iacobi.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 23. - Orig., mm. 278×184. = *IV, 24. - Exemplar, mm. 320×150, scriptum manu Alberti Dei gratia notarii sacri palatii et ecclesiae S. Cassiani.*

[1] *Uti in exemplari.* [2] *Verba* si filius - voluntatem *addita postea sunt in margine inferiore.*

300.

Imolae, 7 martii 1177.

Canonici S. Cassiani Guidoni Bonello et aliis libellario nomine concedunt quadraginta tornaturias arvi in quatuor fundis positas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die septimo intrante mense marcii, Imole, indictione X.

Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem canonice confratrum meorum libellario nomine concedo et largior tibi Guidoni Bonello in una parte, et in alia parte tibi Zambonello, et in alia parte tibi Petro Bonello, et in quarta parte tibi Basuino, in quinta vero parte tibi Sulimano et Ugolino fratri tuo, vobis quidem omnibus accipientibus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum ; idest quadraginta turnaturias terre laboratorie, quę sunt posite in quattuor fundis, videlicet in fundo qui vocatur Campus longus in quattuor locis : ab uno latere unius pecie est limes, ab alio heredes Albertini de Tatto, a tercio heredes Iohannis Martini Marie, a quarto latere via ; ab uno latere alterius pecie est Gambelaria, ab alio latere heredes Albertini de Vithilluni, a tercio heredes Alberti Bulgari, a quarto latere Ugicio de Lugure et frater eius ; ab uno latere tercie pecie est Gambelaria, ab alio latere heredes Nicholai Gualdrathe, a tercio latere heredes Iohannis Martini Marie, a quarto latere tenent heredes de Preite de Dominico ; ab uno latere quarte paecie tenent heredes Iohannis Martini Marie, ab alio tenes tu Basuinus, a duobus lateribus tenet Iohannes Rambertini. In fundo qui vocatur Vithilluni una pecia : ab uno latere tenetis vos receptores, ab alio Sassolinus, a tercio Guido de Racco, a quarto latere via. Et in fundo qui vocatur Arcella una pecia : ab uno latere est via, ab alio latere tenet Albertinus murator, et a tercio et a quarto latere heredes Rodulfini de Benno. Et in fundo qui vocatur Cerretum sunt due pecie : ab uno latere unius pecie est via, ab alio tenet Razolus, a tercio Cantores, a quarto latere heredes Nicholai Gualdrathe ; ab uno latere alterius pecie iura ecclesie S. Martini, ab alio Guido de Racco, a tercio heredes supradicti Nicholai, a quarto latere fossa Mulirica. Et in alio fundo Cerreti sunt due pecie : ab uno latere unius pecie tenet Albertinus castaldio et consanguinei sui, ab alio Guido de Racco, a tercio Othericus, a quarto latere tenent canonici S. Cassiani ; ab uno latere alterius pecie est via, ab alio Girardinus Iohannis Blanci, a tercio Razolus, a quarto latere tenent heredes Auliverii de Raimundo. Quicquid infra hec latera designata manet cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, concedo et largior vobis ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus usque ⟨ad⟩ predictos viginti

et novem annos ad renovandum. Ita ut inferatis omni anno in predicta canonica terraticum, decem mezinas frumenti et pro amiscere super aream et pro commestione canonicorum quattuor pullos et tres fugacias, et omni anno duos curros lignorum, et unam operam cum bobus ad rumpere et unam ad reminare et unam ad seminare et unam ad adducendam segetem ; et omni anno in festo S. Andree quinque solidos luccenses et in Natale Domini unum amiscerem, videlicet unum membrum de porco, quod vocatur ossum, cum duabus fogaciis et in Carnelevari unam gallinam, hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos xxx. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam supradictam rem nec vendere, nec donare neque ullum contractum facere nisi inter vos aut in canonicam nostram pro duodecim denariis minus quam aliis dare vobis voluerit. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam quadraginta solidos denariorum monete luccensis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

IV, 26. - Orig., mm. 425×170. In versu, manu eiusdem notarii Libellus de Bonellis. = *IV, 25. - Aliud orig., mm. 345×198.*

301.

Imolae, 12 martii 1177.

Canonici S. Cassiani Hugolino Moretani concedunt in emphytheusim mansum terrae quod antea tenuit Andreas de Bonatto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXVII, temporibus Allesandri pape et Federici inperatoris, die duodecimo intrante mense marcii, Immole, indicione x. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rodulfus atque prepositus S. Cassiani ecclesie cum consensu meorum confratrum hic in presenciarum et alibi commorancium concedo et largior tibi libellario nomine in viginti et novem annos ad renovandum,

scilicet Ugolino Moratani conductori vel acceptori pro te et pro tuis filiis et heredibus masculis, et si filios masculos non habueritis, deveniat uni de filiabus tuis cui designare volueris; idest tota illa terra quam tenuit Andrea de Bonatto [1] a iure S. Cassiani, computata medietas unius ma⟨n⟩sii, et si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat, posita in fundo qui vocatur Tuntola et in fundo Maceraturi, plebe S. Prosperi. In fundo Tuntole: a primo latere unius pecie heredes Ubaldini de Carunda, ab ⟨alio⟩ latere ius S. Martini, a tercio latere heredes Augustini, a quarto latere via; a primo latere secunde pecie via, a tribus lateribus Palmerius; a primo latere alterius Palmerius, a secundo latere Gauzius, a tercio latere Rendivacca, a quarto latere * *; a primo latere quarte pecie heredes Agustini, ab ⟨alio⟩ latere limes, a duobus lateribus filii Ubaldini de Carunda. In fundo Maceraturi: a primo latere filii Ubaldini de Carunda, a secundo Gauzius, a tercio Gisla Tomasii, a quarto limes. Quantum in his fundis et infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferas nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno terraticum de labore maiori starium septimum, de minuto octavum [2], de vino corbem quartam, et omni anno in Nativitate Domini medietatem unius amisceris, scilicet unius ossis et medietatem alterius amisceris super aream [3] et medietatem alterius super canale et medietatem unius comestionis super aream et medietatem alterius super canale et unum carigium et medietatem unius opere cum bovibus vel in a rumpendo vel in reminando vel in seminando et XXI denarium pro porco in festivitate S. Martini et septem denarios pro frisingo in madio; omnia per te vecta usque ad nostram canonicam. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos viginti duos. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus ab omni persona hominum supradictam rem auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus; eo videlicet tenore ut non habeas licenciam vendendi vel donandi neque ullius contracti faciendi de supradicta re nisi in nostram canonicam, si accipere voluerimus, pro duodecim denariis minus

quam ab halio abere potueris, si vero accipere noluerimus, habeas lice(nci)am dandi ius tuum cuicumque volueris. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra hec, que superius legitur, ire vel agere vel infringere et non observare tentaverit, det pars parti fidem servanti penam rei duple, et pena soluta, hic contractus libelli maneat firmus. Quem scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi esse in possessione.

Testes ad hoc rogati fuerunt Martignone filius Deraupati, Albertus Bonzettus, Exspectatus.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 27. - *Orig., mm.* 325×143. *In versu, eadem manu* Aparum Ugonis Moretani ; *manu saeculi XIII* Posite in fundo Maceraturi et Tontule plebatus S. Laurencii.

[1] *In orig. scriptum erat* Andrea da Macerata [2] *Sequebatur* de minuto octavo *postea deletum.* [3] *Verba* et medietatem-aream *extant in margine inferiore.*

302.

Imolae, 8 maii 1177.

Canonici S. Cassiani Ubaldino, Fantulino, Viviano et Ioanni de Flaibano concedunt in emphytheusim unum mansum terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die octavo intrante mense maii, Imole, in claustro plebis S. Laurentii, indictione X. Nos quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie libellario nomine concedimus et largimur vobis Ubaldino et Fantulino atque Viviano et Iohanni de Flaibano accipientibus pro vobis et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum, omnibus vobis per equales partes ; idest unum mansum terre positum in fundo qui vocatur Tregulana, territorio Corneliensi et plebe S. Marie de castro Imole, ad habendum, tenendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis viginti et novem ad renovandum. Ita ut inferatis nobis terraticum de omni labore maiori modium septimum, de minore octavum, de lino mannam nonam, de vino amforam quartam si vinea ibi

erit, et super aream duos pullos et duas fugacias et commestionem et duo staria frumenti pro signo, pro tecto et orto et area, et in Natale Domini amiscere, videlicet unam spallam de porco et duas fugacias, et omni anno sedecim denarios monete luccensis et sex opera cum manibus, videlicet duo ad metere et duo ad triturare et duo ad sappare in braita nostra, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti et IIII^or^; et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non babeatis licentiam predictam rem nec vendere, nec donare neque commutuare neque aliquem contractum cum aliquo facere nisi inter vos aut in nos ordinatores. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam duas uncias auri, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Presbiter Rambertus et presbiter Santernus atque presbiter Vivianus canonici plebis S. Laurentii rogati fuerunt testes.

(Aa). Ego Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Ildebrandus et canonicus manu mea subscripsi. Ego presbiter Christianus et canonicus manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius et canonicus manu mea subscripsi. Ego presbiter Moyses et canonicus manu mea subscripsi. Ego Ugitio levita et canonicus manu mea subscripsi.

IV, 28. - Orig., mm. 370×188.

303.

Imolae, 11 maii 1177.

Conventio inter Henricum episcopum et canonicos S. Cassiani circa possessiones quae ad ecclesiam S. Vitalis pertinebant.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XI intrante mense madii, Imole, indictione X. Noticia recordationis qualiter ego dompnus Henricus sancte Corneliensis

Ecclesie episcopus et nos presbiter Rodulfus et prepositus, et presbiter Moyses et presbiter Ildebrandus et presbiter Christianus et presbiter Clarius atque Ugicion levita canonici eiusdem canonice S. Cassiani conventionem facimus inter nos de omnibus possessionibus et tenimentis que quondam fuerunt et sunt de ecclesia S. Vitalis, exceptis duabus turnaturiis terre, que sunt posite in fundo qui vocatur * *, quas ego dompnus Henricus ad meas manus teneo; videlicet quod ego dompnus Henricus et mei successores abhinc in antea debeamus habere medietatem et nos canonici et nostri successores debeamus habere `aliam medietatem, sive ipsa ecclesia restituta erit an non; et si restituta erit, eius ordinatio et restitutio communis esse debeat, silicet omnium renovationum et pensionum seu lucrorum seu omnium futurorum proventuum, tam renovatarum ab utraque parte, quam abhinc renovandarum sive donicatarum, si apparuerint, in perpetuum. Et hec omnia firma et rata habere et tenere promittimus in perpetuum inter nos pro nobis et pro nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observare tentaverit, det pars parti fidem servanti penam unam libram auri, et post solutam penam, hec conventio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Testes ad hec fuerunt presbiter Rambertus et presbiter Vivianus et presbiter Allexius et Vinciguerra canonici S. Laurentii, Novellinus de Capite Silicis, Ottobonus de Pozolo.

IV, 29. - Orig., mm. 277×159.

304.

Imolae, 12 februarii 1178.

Canonici S. Cassiani Maruto concedunt in emphytheusim quatuor vineae, sex arvi et decem alias terrae tornaturias in fundis qui Pithriolum et Braita vocantur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXVIII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XII intrante mense februarii, Imole, in canonica S. Laurentii, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine dompnus Ro-

dulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie libellario nomine concedimus et largimur tibi presenti Maruto accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum ; idest quattuor tornaturias terre vineate in fundo qui vocatur Pithriolum, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani : ab uno latere est via, ab alio Ildebrandus de Bonagente, a tercio latere tenet Garaton, a quarto latere est Curriculum. Et insuper concedimus tibi sex turnaturias terre in fundo qui vocatur Braita : a duobus lateribus sunt vie, a tercio tenent Pligasigale, a quarto * *. Ita ut inferas nobis terraticum de iamdictis quattuor turnaturiis terre vineate anforam quartam, et de terra de Braita terraticum de labore maiori modium septimum, de minore octavum, de lino mannam nonam, et duas comestiones duobus canonicis, unam super aream et aliam super canale, et XVIII denarios luccenses in festo S. Martini omni anno et unum amiscerem in Natale Domini, videlicet membrum quod vocatur ossum aut spallam cum duabus fugaciis. Atque insuper concedimus tibi tuisque filiis masculis, et si filios masculos non habueris, deveniat uni filie tue que eam possideat ; idest decem turnaturias inter terram laboratoriam et vineam in fundo qui vocatur Pitrhiolum, quas tenuit Ventura filius quondam presbiteri Guidonis ; ita ut inferas terraticum de vinea anforam terciam et de terra de labore maiori modium septimum, de minore octavum, de lino mannam nonam, et omni anno unum carrigium et quattuordecim denarios luccenses pro porco et frixingo in festo S. Martini, et tres partes unius sextarii frumenti pro signo ad starium canonice, et omni quarto anno unum amiscerem in Natale Domini sive ossum sive spallam cum fugaciis, et omni secundo anno unum amiscerem de pullis cum fugaciis sive super aream sive super canale, et comestionem duobus canonicis, et omni quarto anno unam gallinam in Carnelevari, et omni anno duo opera boum in braita nostra quando quesita herunt, et tria opera manuum, unam ad sappare et aliam ad vineam faciendam, et terciam ad metere vel triturare, hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur. Pro eo quia olim accepimus a te mercedis nomine pro supradictis decem turnaturiis quattuor libras denariorum monete luccensis, et pro aliis decem, quas Ventura tenuit, nuper accepimus a te quadraginta solidos lucenses, et iurasti fidelitatem canonicis S. Cassiani, et filius tuus sive qui erit tuus heres, similiter iurabit

fidelitatem canonicis S. Cassiani, et in tempore renovationis dabis tu vel tui heredes xx solidos luccenses ; et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus supradictam rem nec vendere, nec donare neque commutuare neque ullum còntractum exinde facere. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam centum solidos denariorum monete luccensis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

IV, 31. - Orig. mm. 369×234. = IV, 30. - Aliud orig., mm. 345×195. = IV, 32. - Tertium orig., mm. 328×233. Haec duo extrema originalia multa verba inter lineas referunt.

305.

Imolae, 3 iunii 1178.

Ubaldinus una cum fratre suo Fruzerio refutat canonicis S. Cassiani omnia iura et actiones circa duas arvi petias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVIII, temporibus Alexandri pape et Federici inperatoris, die III intrante mense iunii, Imole, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Ubaldinus filius quondam Rainucini Gerardini pro me et Fruzerio fratre meo facio diffinitionem et refutationem tibi dompno Rodulfo preposito canonice S. Cassiani et presbitero Christiano et Ugicioni levite accipientibus pro vobis et pro aliis vestris confratribus et successoribus eiusdem canonice in perpetuum, videlicet de omni actione et peticione seu exceptione de quocumque ego et iamdictus frater meus contra vos agebamus vel agere sperabamus per ullum modum vel titulum de duabus peciis terre laboratorie, una quarum est posita in fundo qui vocatur Braita : ab uno latere iura S. Donati, ab alio tenet Buccafortis, a tercio iura eiusdem canonice, a quarto Petrus Zanzullus. Et alia pecia est in fundo Cerreti ibi prope : ab uno latere tenet Guido Albertini et Preite Dominicus, ab alio est via, a tercio iura supradicte canonice, a

quarto heredes Tedereci Gazesis. Que vero terra est extimata tredecim turnaturias, et si plus est, in eodem contractu permaneat. Et abhinc in antea non liceat michi neque supradicto fratri meo neque nostris heredibus ullo unquam in tempore de predicta terra facere questionem, reppeticionem, causationem ullamque litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel successores neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum neque quolibet modo. Promitto me preterea hanc diffinitionem et refutationem firmam et ratam habere et tenere et firmam facere tenere predicto fratri meo vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego vel frater meus supradictus aut nostri heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturum penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque successoribus, et post solutam penam, hic contractus diffinitionis et refutationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Lasius, Marcolus Binelli, Petrus Zanundoli, Bombarone, Savarisius Ragonis, Ugo de Imola, Iohannes Ingizelli, Alexius Cantone.

IV, 33. - Orig., mm. 348×165.

306.

Ravennae, 31 augusti 1178.

Udiana filia Malincalcii de suis bonis disponit.

In nomine Domini. Anno ab eius incarnatione millesimo centesimo septuagesimo VIII, tempore Alexandri pape et Federici inperatoris, die ultimo mensis augusti, indictione XI, Ravenne. Ego Udiana filia Malincalcii do et relinquo pro anima mea meorumque parentum hospitali S. Iohannis Babtiste Ierusalem tres mansos terre quos habeo in curte Casalicli. Ita vero Benus Varignane habet unum ex predictis mansis cum suis heredibus a supradicto hospitali, et serviat inde supradicto hospitali sicuti michi serviebat. Et ecclesie S. Marie in Zagonia unam petiam terre et vinee in Casanova extimata XXX turnaturias, VII turnaturias terre posite prope puteum; et duas turnaturias nostre terre prope Castalare et episcopo S. Cassiani; X turnaturias

terre in braita nostra de Frascario; et xv turnaturias canonicis; et xv turnaturias eiusdem braite labori eiusdem ecclesie; et plebi Tiviragi et S. Geminiani unam petiam terre quam habe(o) in fundo et loco S. Geminiani; et ecclesie S. Marie in Portu medietatem de campo meo de Guarcinore, et aliam medietatem Celle Volane, ita ut illa medietas sit in usufructu Guidoni Dominusdei viri mei dum vixerit; et hospitali Sepulcri unam cupam argenti; et Albanensi decem turnaturias terre mee in Vithilunni, et unam cortinam et duos linteolos; et Bennolo patri suo x turnaturias de terra illa quam tenet a me, et IIII turnaturias in campo de Askerio, et Iuliane relinquo et dono ad iura propria hoc quod habet et tenet a me ubicumque sit; et Druthe filie sue, nepti mee, unam petiam terre in Tonthola de supra computata IIII turnaturias, et si plus est, in eodem contractu sit: ab uno latere Palmerius, ab alio iura S. Marie in Regula, a tercio via, a quarto * *; et Nicolao Trepaldo v turnaturias terre in Vidiloni; et Angelo fratri suo IIII turnaturias in eodem loco; et Arloto IIII turnaturias in eodem loco ubi tollere voluerit; et supradicto Nicolao v turnaturias prati prope Fractam Aquevive ubi vuluerit; et Berardo VI turnaturias terre in Casanova ibi ubi dicitur Fossa Lunaria; et Laurentie et filiis suis hoc quod tenent a me; et do libertatem Alfatie ancille mee et omnibus suis filiis et dono et relinquo illis unum mansum terre quod tenent a me in Monte de Rosa in curte Toranelli; et ecclesie S. Marie in Regula xxx soldos lucenses; et ecclesie S. Laurentii xxx soldos; et unicuique capelle Immole IIII soldos, et Guidoni viro meo omnes alias meas mobiles res quas duxi Ravenne; de omnibus aliis meis tenimentis et posesionibus, ubicumque sint, instituo Palmerium et Bulgarum nepotes meos michi equaliter, pena una libra auri, retento michi usufructu ex omnibus predictis rebus dum vixero. Testis Guido Dominusdeus, Nicolaus Trepaldus, Mascarone, Berardus, Morandus Leti, Ugo Guarini, Luvisinus, Clientulus Siniorelli Panfilie, Iohannes Adamirum, Guido Guidothi Pirignane, Ugolinus de Ildebrandini fabri de Imola. Et ego Ugo notarius hoc scripsi ex mandato supradicte Hodia[ne] et Palmerii et Bulgari. Et Italie relinquo pellem meam de vulpe et duos linteolos; et Odoni Basali unam turnaturiam terre mee in Tonthala, ubi tollere voluerit.[1] Ego Guarinus notarius de Casula, ut in autentico vidi instrumento, scripsi in novo, in presentia presbiteri

Gerardi de Casula et Briganominis et Saliguere et Gerardinelli et Gerardini de Podio et presbiteri Ugonis de Lazano et Marini et Alberti de Benzolo et Brugerii qui omnes vetus et novum viderunt et audierunt.

Ego Guarinus notarius scripsi in Casula anno Domini millesimo centesimo septuagesimo VIII, indictione XI.

IV, 34. - Exemplar, mm. 270×174. Charta lacera est in marginibus.

[1] *Verba* et Italie-voluerit *ad textum pertinent.*

307.

[Imolae], 23 novembris 1178.

Hodiana donat canoninis S. Cassiani pro redemptione animae suae medietatem braitae sitae in loco qui Frascarium dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX octavo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die octavo exeunte mense novembris, in mansione monacharum S. Stephani et S. Marie in Zagonia, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Hodiana filia quondam Malincalcii pro redemptione anime mee et remissione peccatorum meorum et patris mei et matris mee et parentum meorum do et dono tibi presenti dompno Rodulfo preposito canonice S. Cassiani accipienti pro te et pro tuis confratribus et successoribus in predicta canonica proprie ad mensam vestram; idest medietatem de braita mea, quam habeo in loco qui vocatur Frascarium ex quacumque parte tollere vultis, que medietas est computata esse viginti turnaturias. Quam predictam medietatem prefate braite constitutam territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono tibi predicto dompno Rodulfo, ut predictum est, ad habendum, tenendum et proprie ad mensam canonicorum S. Cassiani in perpetuum permanendum. Et abhinc in antea non liceat michi donatrici neque meis heredibus vel successoribus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra te neque contra tuos confratres et successores in predicta canonica in perpetuum commorantes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum neque quolibet modo. Promitto preterea

supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus cum meis heredibus et successoribus; et si contra fecero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me et meos heredes et successores daturos penam dupli tibi tuisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Nicholaus Trepaldus, Ugo Planus, presbiter Ugicio, Iacobus clericus, Ugicionellus, Ubaldinellus, Tavianus, Guido Dunelle rogati fuerunt testes. Ita tamen ut omnia supradicta sint in meo usufructu omnibus diebus vite mee.

IV, 35. - Orig., mm. 330×190.

308.

In castro Albori, 17 decembris 1178.

Hugo et Horadinus vendunt Ioanni Trefortiae duas petias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVIII temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XVII intrante mense decembris, in castro Albori, indictione XI. Nos quidem in Dei nomine Ugo Ubaldi et Horadinus damus et vendimus tibi Iohanni Trefortie emptori pro te et uxore tua Nastasia vestrisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest duas petias terre laboratorie: una petia est in [1] territorio Bononiensi et plebe S. Marie in Buite, que est posita in fundo qui vocatur Petrose in curte Trefortia: ab uno latere tenet Ugicion et Balduino Ugitionis, ab alio latere Mi(c)haele, a tertio latere et a quarto est via; alia petia est posita in loco fossa Aimi; ab uno latere est fossa, ab alio latere heredes Calbi et Cabrinali, a tertio heredes Ubaldini Ubaldi, a quarto latere canonici. Quiquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et vendimus tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus placuerit in perpetuum exinde fatiendum. Pro eo quia accepimus a te pretium pro supradicta re denariorum monete lucensis libras IIII et II solidos. Promittimus nos pretereha supradictam

rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et ha(n)c venditionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus; et si contra fecerimus nos vel nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturi penam dupla, et post solutam penam, hic contractus venditionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Et insuper ego Ugo obligo tibi Iohanni meam parte de toto illo que tenet Ugolinus Tausignani ut habeas ea et teneas cum tuis filiis et heredibus similiter ad iura propria, si Noradinus frater meus de predicta re sibi pertinente aliquam lite in aliquo tempore tibi vel tuis heredibus fecerit et eam evicerit. Que omnia scripsi ego Aliottos Solustrensis notarius. Testis et manus investitor fuit Drudolus, Guido Clavoni, Araldino, Ugolinus Poi, Gratianus magistri, Guido frater eius, Petrus Aglaese.

IV, 36. - Orig., mm. 305×160. = Simoni, ser. III, v. XIV, 89.

[1] *Orig. refert* via.

309.

Imolae, 19 decembris 1178.

Canonici S. Cassiani Skivolae eiusque filiis concedunt in emphytheusim duas petias vineae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVIII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XVIIII mensis decembris, Imole, in canonica S. Laurentii, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem ecclesię titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti Skivolę relicte quondam Guidonis Iohannis de Guidone de Adam accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas pecias terre vineate in fundo qui vocatur Pithriolum: ab uno latere unius pecie tenemus nos locatores, ab alio via, a tercio Marsibilia, a quarto latere Curriculum. Ab uno latere alterius pecie tenet Ildebranducius, ab alio Athalasii, a tercio Teuzone, a quarto latere Curriculum. Quas predictas duas turnaturias pecias terre vineate infra hec latera constitutas, cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi per-

tinentibus constitutas territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et heredibus usque (ad) predictos sexaginta et novem annos ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis duos denarios monete luccensis, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis libras tres. Et quia filius tuus Bonaguisa facit fidelitatem comuni canonice S. Cassiani, et post suum excessum unus de illis, qui predictam rem possederit, faciat similiter fidelitatem comuni canonice S. Cassiani; et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam rem nec vendere neque contractum cum aliquo facere nisi in nobis, si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab haliis habere poteris, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare aliis cum nostro consensu, et qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Morandus castaldio, Iohannes fabri Russi, Cosmarinus rogati fuerunt testes.

IV, 37. - Orig., mm. 255×162. In versu, manu eiusdem notarii Appare Schifole et filiorum eius.

310.

Imolae, 30 decembris 1178.

Canonici S. Cassiani Avernatio eiusque filiis concedunt in emphytheusim petiam terrae de fundo qui Pithriolum vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVIII, temporibns Alexandri pape et Federici imperatoris, die penultimo mensis decembris, Imole, in claustro plebis S. Laurentii, indictione XI. Nos quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et canonicus atque prepositus canonice S. Cassiani, et presbiter Moyses et presbiter Christianus et

Ugicion levita pro nobis et pro aliis canonicis eiusdem canonice nostrisque successoribus nomine pacti concedimus et largimur tibi Avernatio filio quondam Ugonis de S. Vitali accipienti pro Michaele filio tuo et filio quondam Athalasie uxoris tue et pro suis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam petiam terre quantacumque est, que est posita in fundo qui vocatur Pithriolum : ab uno latere est limes, ab alio tenet Buccafortis et Ildebrandus de Bonagente, a tercio Teuzone, a quarto latere tenent heredes Auliverii nostro iure. Quantum infra hec latera designata permanet cum omnibus sibi quoquo modo pertinentibus, concedimus et largimur tibi pro supradicto filio tuo et in sua vice, ut superius legitur, ad habendum, tenendum cum suis filiis et heredibus in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferat pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum suis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pro predicto filio tuo mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos quinquaginta. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi stipulatori pro supradicto filio tuo suisque filiis et heredibus. Eo tenore ut non liceat sibi neque suis heredibus supradictam rem vendere neque ullum contractum cum aliquo exinde facere nisi in nos aut in nostros successores pro XII denariis luccensibus minus, quod ab aliis habere poterit, si tollere voluerimus, sin autem, liceat sibi eam dare aliis salva per omnia ratione prephate nostre canonice ; quod si non observaverit, sive ipse aut sui heredes, hic contractus sit innanis et vacuus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta non observaverimus vel nos vel nostri confratres vel successores, tunc promittimus nos tibi daturos penam sibi et suis heredibus cum nostris successoribus penam quidem dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ungarellus, Rainucius Guarini, Clarius Ardizonis, Rusticellus Zaccari, Albuinus, Teuzone, Iohannes Orlandini, Passipauperem, Bonvicinus, Venestevo et alii quam plures.

IV, 38. - Orig., mm. 339×175.

311.

Imolae, 4 aprilis 1179.

Canonici S. Cassiani viro Deustesalvet duas unius petiae arvi partes, tertiam vero nepotibus eius in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXX nono, temporibus Allexandri pape et Federici inperatoris, die quarto intrante mense aprilis, Imole, sub portico S. Laurencii, indicione XII. Quapropter ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus prepositus et canonicus S. Cassiani titulo pacti concedo et largior tibi Deustesalvet in duabus partibus dicende rei, in alia vero tercia parte acceptori pro nepotibus tuis videlicet Guido et Bonoamico et Iohanne fratribus et pro filiis et heredibus omnium vestrorum supradictorum usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest duas pecias terre laboratorie que sunt posite in fundo Piniti, territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani : a primo latere unius pecie tenes tu receptor, a II heredes Zanboni Bithonie, a tercio Maltruda, a quarto est via Ganbelarie ; secunda pecia : a primo latere tenet Maltruda, a duobus lateribus tenet heredes predicti Zanboni, a quarto heredes Petri Petricini. Quicquit infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii vel infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos * *. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur

nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Bonafinis S. Cassiani notarius. Et vestra auctoritate vestroque nomine liceat vobis introire et abere et tenere et possidere.

IV, 39. - Orig., mm. 330×146.

312.

Ad S. Cassianum, 10 aprilis 1179.

Zambrasius filius Guidonis Segnorelli pro remedio animae suae refutat canonicis S. Cassiani decem tornaturias terrae quas avia eius dederat ecclesiae S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX nono, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die decimo intrante mense aprilis, in confessione ecclessie S. Cassiani, indictione XII. Ego quidem in Dei nomine Zambrasius pro me et pro patre meo Guidone Segnorelli et pro Galiana matre mea, pro amore et timore Dei et beati Cassiani martiris Christi et omnium sanctorum et sanctarum Dei et pro remissione peccatorum patris et matris mee et mei et pro eterna illuminatione animarum nostrarum ; et quia Deus restituat me pristine saluti anime et corporis per intercessionem beati Cassiani martiris Christi et omnium sanctorum Dei ; diffinio, refuto in manibus tuis dompni Rodulfi sacerdotis et prepositi canonicę S. Cassiani accipienti pro te et pro tuis confratribus et successoribus in ecclesia S. Cassiani in perpetuum commorantibus et servientibus, et in vestitionem refutationis in altari S. Cassiani pono ; idest decem turnaturias terre quas ava mater matris mee dedit et reliquit ecclesie S. Cassiani pro anima sua in fundo qui vocatur Ponzanum ; et de aliis decem turnaturiis, si quas actiones pater meus et mater mea habent, similiter diffinio et refuto, computato et connumerato casamento supra quod Teucius resedit et filii sui resident in prefatis viginti turnaturiis. Quod abhinc in antea non liceat michi neque patri meo neque matri mee neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore de predictis rebus et actionibus facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra

vestros confratres et successores, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea pro me et patre meo et matre mea et pro nostris heredibus hanc diffinitionem et refutationem firmam et ratam habere et tenere cum nostris filiis et heredibus vobis vestrisque confratribus et successoribus in perpetuum ; et si contra fecero vel ego vel pater meus aut mater mea aut nostri heredes vel successores, tunc promitto me daturum penam decem libras denariorum monete luccensis vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus, et post solutam penam, hec refutatio et diffinitio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Gualengus sacri palacii iudex rogatus interfuit ad omnia supradicta, presbiter Ugicio canonicus S. Laurentii et presbiter Gerardus ecclesie S. Michaelis atque dompnus Teotonicus et Guido Albertini, Rambertinus Bernardini Caminice, Ugicio Tederici de Guillelmino, Guirisius rogati testes ad hec omnia interfuerunt.

IV, 40a. - Orig., mm. 349×174. In versu ND *legi nequit ; extat etiam nota uti n. 10. — Zaccaria, II, 90.*

313.

Faventiae, 29 aprilis 1179.

Guido Segnorelli eiusque uxor Galiana confirmant refutationem a filio Zambrasio in favorem canonicorum S. Cassiani factam.

Atque insuper sub eodem anno sub eademque indictione, Faventie, in casa Guidonis Segnorelli, die penultimo mensis aprilis. Ego Guido Segnorelli et Galiana uxor eius laudamus et firmamus et ratum habemus et totum illud, quod in hoc contractu continetur de illo quod Zambrasius filius noster fecit pro nobis et pro se de diffinitione et refutatione xx turnaturiarum terre in Ponzano cum casamento supra, quod Teuzolus Bilinzone resedit et filii sui resident ; et canonici S. Cassiani habent licentiam et liberam potestatem mensurandi ipsam terram et accipiendi, sive velint a superiori latere, sive ab inferiori, et si residuum fuerit aliquid a viginti turnaturiis, nobis remaneat ; et si heredes Teuzoli, debent nobis servire pro alio quod a nobis

habeat, serviat nobis. Et hec omnia firma tenere promittimus tibi presbitero Ildebrando stipulatori pro te tuisque confratribus canonicis S. Cassiani sub pena decem librarum luccensium quam filius noster pro nobis et pro se promisit, et pena soluta, omnia supradicta in perpetuum maneant firma. Et ego Pizolus Immolensis notarius pro hoc negocio Faventie fui et mandato Guidonis Signorelli et Galiane uxoris sue hoc scripsi. Testes ad hec rogati interfuerunt dompnus Teutonicus, Bonolus castaldio supradicti Guidonis, Rubertus, Guido Taibani, Hostolus, Ferratus.

IV 40b. - Orig., quod extat in charta praecedente.

314.

[Imolae], 3 iulii [1179].

Hugolinus Ubertini vendit Rosolinae medietatem unius petiae arvi siti iuxta viam Petrosam.

Die III intrante mense iulii, in monasterium S. Marie in Zagonia, indicione XII. Ego Ugolinus Ubertini do et vendo tibi Rosolina [1], idest medietatem unius pecie terre laboratorie que est posita iusta stratam Petrosam (?): a duobus lateribus sunt vie, et a duobus aliis lateribus ego emptrix. Pretium (?) VIII solidos, pena dupla. Manus investitor [U]gone Taviani, Liunnazum, Iacobus Ferarie, domina Miliana, et domina Imelda Maliincalci.

IV, 41b. - Haec ND, manu Bonafinis notarii S. Cassiani, valde lacera est; cf. notam n. 315.

[1] *Sequuntur inter lineas nonnulla verba quae legi nequeunt.*

315.

Imolae, 10 octobris 1179.

Berardus canonicis S. Cassiani pro salute parentum suorum donat medietatem unius petiae arvi de loco Ortignola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXVIIII, temporibus Allexandri pape et Federici

inperatoris, die x intrante mense octubris, Imole, in ecclesia S. Iacobi, indicione XII. Ego quidem in Dei nomine Berardus do et dono tibi dompno presbitero et proposito Rodulfo acceptori pro te tuisque confratribus et successoribus in perpetuum servientibus et commorantibus in ecclesia S. Cassiani ad iura propria pro remissione peccatorum meorum et anima matris męę et aliorum meorum parentum; idest medietatem unius pecie terre laboratorie que est computata tres turnaturias, posita in loco qui dicitur Ortignola, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani: a primo latere predicte pecie tenet * *, a II * *, a tercio * *, a quarto * *. Quam predictam medietatem istius pecie terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono vobis ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et successoribus in predictam ecclesiam in perpetuum commorantibus ad iura propria in perpetuum more salario permanendum et quicquid vobis placuerit exinde faciendum. Et abhinc in antea non liceat michi donatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppeticionem, causacionem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito vel extra placitum, neque colibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donacionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus; et si contra fecero vel ego vel mei heredes, aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Bonafinis S. Cassiani notarius. Et vestra auctoritate veŝtroque nomine liceat vobis ingredi in predicta poss(ess)ione. Testes ad hec rogati interfuerunt dompnus presbiter Allesius S. Laurencii, presbiter Ugo, presbiter Gualfredus, Rainucius Serre, Fuscolus Modilon, Rusticellus Zacari, Florenzolus, Bemcarus clericus.

IV, 41a. - Orig., mm. 280×148. In versu XD *valde lacera eadem manu exarata, quae aliud respicit documentum; cf. n. 314.*

316.

Imolae, 31 decembris 1179.

Canonici S. Cassiani Guidoni de Puteo et Hildebrando concedunt in emphytheusim decem tornaturias terrae de loco Flaibano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX nono, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die ultimo mensis decembris, Imole, in canonica S. Laurentii, indictione XII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie libellario iure concedo et largior vobis Guidoni de Puteo et Ildebrando accipientibus pro vobis et pro filiis et heredibus vestris per equales partes; idest decem turnaturias terre in loco qui vocatur Flaibanum, et si plus est, in eodem contractu permaneat, ad habendum, tenendum, supersedendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum. Ita ut inferatis terraticum de omni labore maiori starium septimum, de minore octavum, de lino mannam nonam, de vino anphoram quartam, et super aream duos pullos et duas fugacias, et commestionem [duo]bus canonicis, et omni Natale Domini unum ossum de porco et duas fugacias et XII denarios luccenses, et omni anno tria opera manuum, una ad metere et alia ad triturare et alia ad sappare in braita nostra, hec omnia, ut dictum est, persolvantur. Pro eo quia accepimus a vobis pro hac renovatione decem solidos luccenses. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam supradictam rem nec vendere, nec donare neque aliquem contractum facere nisi inter vos aut in canonica S. Cassiani. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

IV, 42. - Orig., mm. 274×170. N. 42 in fasc. IV bis invenitur.

317.

Imolae, 29 aprilis 1180.

Canonici S. Cassiani Atholino concedunt in emphytheusim omnia quae eodem iure tenuit Guithottolus de Linare.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incàrnatione eius MC octuagesimo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die penultimo mensis aprilis, Imole, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem canonice confratrum meorum libellario nomine concedimus et largimur tibi Atholino accipienti pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum ; idest totum illum tenimentum in integrum quod Guithottolus de Linare habuit et tenuit a predicta canonica S. Cassiani, in curte Linaris ubicumque sit, videlicet quattuor turnaturias terre et vinee in quadam clusuria, et quattuor turnaturias terre laboratorie in Fuliano, et quinque turnaturias terre laboratorie posite prope pontem Aquile, et quattuor turnaturias terre laboratorie in la costa, et duas turnaturias terre in la collina supra a castello Linaris ; et insuper totum aliud tenimentum quod invenire poteris de supradicto tenimento infra predictam curtem, cultum et incultum, ubicuque sit. Quod quidem tenimentum cum omnibus sibi quoquo modo pertinentibus, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradicti(s) ad renovandum. Ita ut inferas terraticum de supradicto tenimento nobis et nostris successoribus cum tuis heredibus omni anno de omni labore maiori modium septimum, de minori octavum, vini anphoram quartam et omni anno in Nativitate Domini duas fugacias cum duobus bonis gapponibus, et unam comestionem super aream duobus canonicis, et unam comestionem supra canale similiter duobus canonicis, et omni anno unam operam manuum ad metendum et unam operam ad triturandum, et unam operam in tempore seminum in braita nostra ad sapandum. Et debeas facere nobis fidelitatem et tui heredes, quandocumque nostra voluntas erit, et

non liceat tibi neque tuis heredibus supradictam rem partem nec totam vendere nec donare neque per ullum modum alienare; et si contra feceris et omnia supradicta non observaveris tu aut tui heredes, hic libellus sit inanis et vacuus. Et ego iamdictus domnus Rodulfus cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Manus investitor fuit Morandus vilicus, Ugolinus Galisterne, Iacobus Guidonis de Micco rogati fuerunt testes. Hoc enim tibi facimus quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos xxv. Et si nostra voluntas erit, supradictus Guithottolus sit dominus et usufructuarius predicte rei tecum dum vixerit.

(Aa). Ego Rodulfus presbiter ac prepositus ecclesie S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Christianus S. Cassiani canonicus manu mea subscripsi. Ego presbiter Ildebrandus canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius canonicus ecclesie S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Moyses canonicus ecclesie S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego Ugitio levita et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi.

IV, 43. - Orig., mm. 370×182. = IV, 42. - Aliud orig., mm. 280×191, cui desunt subscriptiones autographae.

318.

Imolae, 10 septembris 1180.

Canonici S. Cassiani Cassolino Raimundini concedunt in emphytheusim duodecim tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die decimo intrante mense septembris, Imole, in ecclesia S. Laurentii, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem canonice confratrum meorum libellario iure concedo et largior tibi Cassolino Raimundini accipienti pro te et pro tuis filiis usque ad annos advenientes viginti

et novem ad renovandum; idest duodecim turnaturias terre in loco qui vocatur Tauranum, sex turnaturie sunt insimul: ab uno latere est strata, ab alio * *, a tercio * *, a quarto * *; alias vero sex turnaturias accipies ibi ubi congruum erit nobis et tibi: * * * * * * * *. Quas quidem duodecim turnaturias terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi tuisque filiis ad habendum, tenendum in annis iamdictis viginti et novem ad renovandum. Ita ut inferas terraticum secundum solitum morem et commestionem duobus canonicis, et amiscere de carne cum dùabus fugaciis, et carigium a silva, et pro omnibus aliis redditibus videlicet pro operibus boum et manuum et pro porco et frixingo omni anno dare debeas triginta et duos denarios monete luccensis, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine, denariorum monete luccensis libras quinque. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc libellum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis supradictam rem nec vendere nec donare, neque aliquem contractum exinde facere, et si facere volueris, cum consensu canonicorum eiusdem canonice facere debeas, et si contra feceris, hic libellus sit inanis et vacuus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit presbiter Christianus.

(Aa). Ego presbiter Rodulfus canonice S. Cassiani prepositus manu mea subscripsi. Ego Christianus presbiter et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Ildebrandus et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius et canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego presbiter Moyses canonicus S. Cassiani manu mea subscripsi. Ego Arduinus diaconus subscripsi. Ego Ugitio levita et ecclesie S. Cassiani canonicus manu mea subscripsi. Ego Ugo levita canonicus subscripsi. Ego Donatus levita subscripsi.

IV, 44. - Orig., mm. 357×145. = IV, 45. - Aliud orig., mm. 287×154, cui desunt subscriptiones tam autographae quam a notario Pizolo factae. In versu legimus Appare Cassolini de Linare.

319.

Imolae, 15 septembris 1180.

Iacobus Ravignanus Venerio concedit in emphytheusim unam petiam arvi sitam in fundo Insula Giberti.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XV mensis septembris, Imole, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine Iacobus Ravignanus nomine pacti concedo tibi Venerio accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo et loco qui vocatur Insula Giberti : ab uno latere tenet Martinellus Guidonis Balbi, ab alio heredes Iohannis de Bonosavire, a duobus lateribus tenet Mazone. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum. Ita ut inferas michi meisque filiis et heredibus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti. Et ego iamdictus Iacobus locator cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego aut mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas. Testes rogati interfuerunt Furnarius, Bulgarellus Philipoli, Matheus Guarnerii, Albertus faber.

IV, 46. - Orig., mm. 300×154.

320.

Imolae, 3 decembris 1180.

Petrozolus vendit Drutolo petiam terrae de fundo S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnatione MC octuagesimo, temporibus Allesandri pape et Federici inperatoris, die tercio intrante mense decembris, Immole, indicione tercia decima. Ego quidem in Dei nomine Petrozolùs do, vendo, trasacto ad iura propria in perpetuum tibi Drutolo emtori pro te et uxore tua Bona et pro vestris filiis et heredibus; idest unam peciam terre positam in fundo S. Georgii, curte et plebe S. Cassiani, territorio Immolensi: a primo latere iura S. Georgii, a secundo latere Razolus, a tercio latere Corecclus, a quarto latere filii Leituli. Quantum infra hec latera designata habeo et teneo et michi pertinet, do tibi ad habendum tenendum, vendendum, donandum et quicquid vobis vestrisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendum cum vestris filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum, conducticia vel emphiteoticaria si apparuerit, licenciam innovandi habeatis ad iura unde erit. Pro eo vero quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tres et tres solidos. Et abhinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque litem movere neque contra te neque contra vestros filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, neque in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis heredibus, et si hoc non fecero, liceat tibi introire in salvum cambium de mea in Pra\t/halina, et hoc sub pena dupli quod res valet, et pena soluta, hec vendicio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Vestra auctoritate liceat vobis introire possessionem.

Testes ad hoc rogati fuerunt Peppolus Cresencii, Carisius Gattus, Lubiase, [O]rlandinus Leuli.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 47. - Orig., mm. 285×168.

321.

Imolae, 9 iulii 1181.

Martinus et Albertinellus Benagulo concedunt in emphytheusim tres tornaturias arvi et vineae sitas in fundo Casale, ac renovant emphythensim circa alias quinque tornaturias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo primo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense iulii, Imole, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Martinus et Albertinellus frater eius nomine pacti concedimus et largimur pro nobis et pro fratribus nostris, videlicet Guido et Dominicus tibi Benagulo accipienti pro te et pro Imilla uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest tres turnaturias terre et vinee laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Casale: a duobus lateribus tenent heredes Zanzolini, a tercio via, a quarto latere flumen Santerni. Quicquid infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum veronensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis pro unaquaque turnaturia viginti solidos, et quia das nobis modo pro renovatione x solidos; et si aliquis apparuerit nobis et evicta fuerit, tunc habeatis quinque turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Propianicum ad iura propria in perpetuum: ab uno latere tenent Orlanduli, ab alio Cilius, a tercio via, a quarto latere tenent heredes Martini Divisie. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus: et

si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus vel nos vel nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Alexandrinus Imolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis et possideatis predictam rem. Testes ad hec rogati interfuerunt Iohannes Bonardus, Guido Balbus, Petrus massarius, Pepone, Munsòlinus, Ildebrandus Benole.

IV, 48. - Orig., mm. 306×154.

322.

Imolae, 3 et 23 augusti 1181.

Legatum in favorem canonicorum S. Cassiani ab Alliotto et Forestano factum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXXI, temporibus Lucii [1] pape et Federici inperatoris, Alliotus [2] die tercio intrante mense augusti et Forestanus die nono exeunte mense augusti, Immole, indicione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Alliottus et Forestanus quia intestati decedere nolumus, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavimus. In primis ego Alliottus pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum do, iudico et relinquo canonicis S. Cassiani unam turnaturiam vinee positam de la Fontana in clauda de Cazzamerlis prope castrum Podioli, plebe S. Cassiani. Et ego Forestanus similiter pro redencione anime mee et remisione meorum peccatorum relinquo canonicis S. Cassiani sex turnature quas pater meus emit a Petro de Lanzetto, positas in fundo qui vocatur Galnara, plebe Solustre, territorio Immolensi: a primo latere tenent Fantinelli, a secundo latere filii Petrocini de Bonafemina, a tercio li Bandi de Bagnarola, a quarto latere via. Quantum infra hec latera designata iacet et hanc supradictam turnaturiam vinee damus, relinquimus vobis ad habendum, tenendum cum omni iure et omni accione et omni pertinencia que in ea terra et vinea

habemus ad habendum, tenendum et quicquid vobis exinde placuerit faciendum cum vestris successoribus in perpetuum. Et sic volumus, sic iudicamus, sic est nostra ultima voluntas. Si quis vero nostrorum heredum cui aliquid de nostro fuerit relictum in testamento vel per legatum vel per fidei commissum vel aliquo modo pertinere potest, contra hoc nostrum iudicium vel testamentum vel ultimam voluntatem ire vel agere vel infringere et non observare tentaverit, solvat penam nostram ultimam voluntatem observantibus, idest sit tacitus de eo quod ei fuerit relictum a nobis in testamento per legatum vel per fidei commissum vel per aliquam successionem : et si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli valeat. Que omnia scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Vestra auctoritate liceat vobis introire in utraque possessione terre et vinee.

Testes ad hoc rogati fuerunt Gualengus, Tignosus Girardi, Guido Girardi, Carise Gattus, Pascolus Antolini, Gallaton, Azolinus, Bencarus.

IV, 50 a. - Orig., mm. 444×190. In eadem charta invenitur instrumentum uti n. 325.

[1] *Hanc chartam Ganducius denuo scripsit postquam novi pontificis ei nomen innotuit.* [2] *Inter lineas* Alliotus *et* Forestanus

323.

Imolae, 26 augusti 1181.

Testamentum Gualdrathae Cardillae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo primo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die sexto exeunte mense augusti, Imole, indictione XIIII. Quia ego Gualdratha Cardilla ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico et relinquo pro anima mea et remissione peccatorum meorum vobis presbitero Moysi et presbitero Christiano canonicis ecclesie S. Cassiani accipientibus pro vobis et ceteris vestris confratribus canonicis predicte ecclesie vestrisque successoribus in predicta ecclesia servientibus et in perpetuum commorantibus; idest quattuor turnaturias terre laboratorie, quas habeo in fundo qui vocatur Casaltuila in loco qui dicitur Petrizum:

ab uno latere Cassolus Ildebrandi, ab alio Orlandinus Ugicionis, a tercio similiter, a quarto * *. Quas predictas quattuor turnaturias relinquo vobis, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum et in predicta ecclesia in perpetuum permanendum pro anima mea et remissione peccatorum meorum. De omnibus autem aliis meis rebus mobilibus et immobilibus instituo filium meum Petrum Cardillum heredem; et si predictus filius meus Petrus obierit sine filiis, substituo Gasdiam relictam quondam Ugolini Albertoli et filios suos michi heredes. Sic volo et sic iudico et sic est mea ultima voluntas; et si non iure testamenti valet, iure tamen codicilli valeat. Testes rogati interfuerunt Burgisanus, Rendivacca, Peregrinus, Stemperatus, Ubertinus. Et ego Pizolus Immolensis notarius bona fide hoc scripsi sicut vidi et legi in protocollo quod Alexandrinus notarius fecerat.

IV, 49. - Exemplar, mm. 260 × 115, scriptum manu Pizoli notarii.

324.

Imolae, 13 octobris 1181.

Canonici S. Cassiani Aczzoni sacerdoti concedunt omnes decimationes et reditus ecclesiae S. Ambrosii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXXI, temporibus Allexandri pape et Federici inperatoris, die tercio decimo intrante mense octubris, Immole, indicione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus prepositus ecclesie S. Cassiani per consensum et voluntatem meorum confratrum hic in presenciarum et alibi existencium concedo et largior in perpetuum tibi sacerdoti Aczzoni acceptori pro ecclesia S. Ambrosii omnes decimaciones et reditus ecclesie S. Ambrosii, tam vivorum quam mortuorum, silicet tota villa currente a rivo de Magnola et currente rivo de Monte, et de ma n so uno medietatem decimacionum, qui ma⟨n⟩sus vocatur Campianus, et de ma⟨n⟩so de Querzangna totam decimacionem, et de omnibus rebus et de toto tenimento quod olim tenuit Petrus de Presbitero, et de eo quod tenuit Azzo de Presbitero, et quod tenuit Teucius, et de eo quod tenuit Guizzo de Calvana, et tenuit Teucius de Guizzo cum suis sociis, et de toto tenimento vel manso quod

olim fuit Iohannis fabri de Vinco, et de ma(n)so Bonici similiter, et toto tenimento quod tenuit Teucius de Rivo, et de ma(n)so Bretoli, et de ma(n)so quod habuerunt filii de Zanino a domo presbiteri Ierardi, et de eo quod habuit Girardus de Valentino cum suis sociis iuxta rivum Biffurci versus Massam, et de toto ma(n)so de Canevello, et de toto ma(n)so Tnuntipaldi, et quantum tenuit Martinus de Casella a domo Azzi de Gutterno, et de ma(n)so Martini de Monte, et de eo quod tenuerunt filii Rainerii de Martino in lo monte et in aliis locis de sorte illa et de tota vinea Guidonis de Manfredo cum cappis suis, et de ma(n)so Aldrevandi ecclesie S. Miniati, et de ma(n)so Alberti Blanci, et de toto eo quod habuerunt filii Gaddi in Castagneto, et de toto eo quod habent Ubaldus et Guido de Manfredo in cappo S. Ambrosii ultra flumen, et de molino quod ipsi habent in flumine vel in rivo et in toto circuitu ville S. Ambrosii, et in castro Castignluni medietatem omnium testamentorum, et de ecclesia S. Andree similiter, et de ecclesia S. Salv(at)oris silicet duas partes et vestimentum totum, et ecclesiam S. Miniati totam in disposicionem ecclesie S. Ambrosii, et de ma(n)so Sifnithelli decimas, de omnibus rebus et de toto tenimento quoddam fuit Rainerii de Pra(t)ho, et de toto tenimento Iohannis de Azzo, et de tenimento quod habuit Petrus faber de Castagneba a domo Malavolte, et de cappo Honesti, et de toto eo quod habuerunt Preitoni et Petrus faber de Cruce in cappo S. Miniati et in Insula de Monte, et de tenimento quod habuit Petrus da Castelare im Monsoplici, et Acabertoli, et de tenimento Iohannis de Tusano, et de tenimento Petri Pilani (?) de monte Commizani, et de tenimento de Fame quod habet vicolus in vico Barnasino, et de tenimento Goizoli, et omnes decimaciones quas habebant Manaldus de Plancaldolo et Rainucinus et Bernardus et Guizardus in Forzata, et decimas de toto tenimento Minaboves, et de toto eo quod habet Benzus in vico Barnasino, et quod habent in Valle Bruna Guido et Benzus, et de eo quod Aglaese dedit ecclesie S. Ambrosii pro redencione anime sue, et toto eo quod habebat ab ea Albertus de Monte in la Rocca, et Bennolus de Cagneto in Pendula similiter et in monte Commizuno, et in omnibus locis ubicumque sit de sorte illa, et totum tenimentum Bausathi de Tussano in valle Casille et in valle Ulmi, et duo castagnaria, unum in Cumugnlala et aliud in Tasinano. Et hoc concedimus vobis et omnibus vestris successoribus in ecclesia S. Ambrosii in perpetuum comorantibus,

et subponimus vobis omnibus alias ecclesias de toto circuitu Masse in disposicione et ordinacione. [1] Et promitto vobis pro me et pro meis successoribus auctoriare et firmum tenere in perpetuum; et ordinacionem et disposicionem aliarum ecclesiarum tocius Masse secundum antiquum usum et consuetudinem ecclesie S. Ambrosii cum consensu et voluntate canonicorum.

Que omnia scripsi ego Ganducius Immolensis notarius.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 51. - Orig., mm. 385×245. Charta aliquantum lacera est.

[1] *Verba* et subponimus - ordinacione *deleta sunt. Quod subsequitur adiectum est in margine inferiore.*

325.

Imolae, 14 octobris 1181.

Testamentum Ubaldini Dienze.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXXI, temporibus Lucii pape et Federici inperatoris, die quarto decimo intrante mense octubris, Immole, indicione XIIII. Ego quidem Ubaldinus Dienze in Christi nomine quia intestatus decedere nolui idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. In primis relinquo pro anima mea canonicis S. Cassiani totam illam terram quam emi a Parmesano; idest quicquid Martinus Martoli habuit et tenuit a domo Parmesani; cetera mea relinquo Ugolino fratri meo; mobilia et immobilia et iterum si aliquid michi pertinet per falcidiam filii mei, totum relinquo fratri meo Ugolino. Et sic volo, sic iudico, sic est mea ultima voluntas. Si quis vero meorum propinquorum vel aliorum contra hoc meum iudicium ire vel agere vel infringere et non observare tentaverit, solvat penam meam ultimam volutatem observantibus; idest sit tacitus de eo quod ei posset pertinere de meo aliquo modo: et si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli valeat. Quod scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Vestra auctoritate liceat vobis prehoccupare possessionem.

Testes ad hoc rogati fuerunt Albuinus, Surianus, Peppolus Cresencii, Ugo de Pagana, Albertinellus Petri de Boneldis, Stenperatus, Marutus, Iohannes de Zanzone.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 50b. - Cf. notas n. 322.

326.

Ad portam S. Petri, 8 decembris 1181.

Stevolus Tuso concedit in emphytheusim unam petiam arvi in valle de Alberico sitam.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo primo, VIII die intrante decenbris, indictione XIIII. Petitionibus emphiteoticarius annuendo. Ego quidem Stevolus hoc emphiteosym do, cedo et concedo tibi Tuso tuisque heredibus petiam unam terre aratorie in valle de Alberico cum ingressu et egressu suo usque in via pubblica et cum omnibus supra se et intra se habentem in integrum, confines vero cuius esse videntur: a mane possidet emptor, a meridie ipsemet, a sero possidet Nordillo, vel si qui alii confines sunt. Omnia que intra predictos fines michi pertinent in integrum pro precio X solidorum de Pisa in presenti iure emphiteotico vendo et concedo tibi prenominato emphyteoticario tuisque heredibus ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid exinde tibi placuerit faciendi tuo nomine in possessionem intrandi, salvo iure dominii et eorum heredum, et post sexaginta novem annos peractam huius emphiteosim instrumento hoc modo renovetur. Et huius rei nomine a me vel meis heredibus singulis quibusque indictionibus pensionis nomine denarium unum de Pisa, tu antedictus emphyteoticarius vel tui heredes nobis exibeatis. Ego vero predictam rem ab omni quoque homine legitime defendere et auctorizare omni tempore tibi et tuis heredibus promitto. Et si ego vel mei heredibus predicta omnia firmiter semper observare noluero, pene nomine dupli eiusdem bonitatis et estimationis tibi et tuis heredibus dare promitto. Et insuper hanc emphiteosim incorruptam tenere spondeo. Actum in porta d(e) S. Petri, indictione predicta. Preno m inatus emphiteoticarius instrumentum, ut supra legitur, fieri rogavit.

Isnardus et Ventura et Balbus rogati sunt testes.

Ego Ugo notarius hoc venditionis emphiteosim instrumento, ut superius legitur, scripsi et firmavi.

IV, 52. - Orig., mm. 210×160.

327.

Imolae, 12 decembris 1181.

Hugolinellus filius quondam Bassi Drutolo Panarola vendit unam petiam terrae de fundo Purcilla.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXXI, temporibus pape cuius nomen ignoramùs, et Federici inperatoris, die duodecimo intrante mense decembris, Immole, indicione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Ugolinellus filius quondam Bassi pro me et pro fratribus meis Albertinus et Bazzone et Allesander qui michi preceperunt et iure iurando hanc vendicionem firmam tenere promiserunt in perpetuum in presencia istorum testium Suriani et Ugonis Pagane et Iohannis, do, vendo, transacto ad iura propria in perpetuum tibi Drutolo Panarola emtori pro te et pro tuis filiis et heredibus; idest unam peciam terre positam in fundo qui vocatur Purcilla, curte et plebe S. Cassiani, territorio Immolensi: a primo latere filii quondam Nicole Albuini, a secundo latere Iohannes More, a tercio latere via, a quarto latere rivus Farneti. Quantum infra hec latera designata habeo et teneo cum fratribus meis do tibi pro me et pro eis ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendum ad iura propria in perpetuum. Pro eo vero quia accepimus a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti. Et ab hinc in antea non liceat nobis venditoribus neque nostris heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque litem movere neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, neque in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea pro me et pro fratribus meis supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem iure iurando a me et a fratribus meis corporaliter prestito in perpetuum firma tenere promitto sub pena dupli quod res valet, et pena soluta, hec vendicio maneat firma. Quam scripsi ego Gandueius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi introire possessionem.

Testes ad hoc rogati fuerunt Albuinus, Surianus, Bullius, Lazzathore, Paxolus Antolini.

Notario signo scribit Gaudlucius isto [ST].

IV, 53. - Orig., mm. 314×172.

328.

[Imolae], 6 februarii 1182.

Iuramentum quo Valentinus firmat veritatem testamenti facti ab Albertino Albertinelli filio.

In nomine Domini. Anno Domini MCLXXXII, die sexto intrante mense februarii, indictione XV, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris. Valentinus quidem sub iure iurando supra sacra sancti evangelii firmavit per se et per suos sotios et convicinos, videlicet Guidolottus, Bavosus, Ugolinus Calzolarus, Zanzolus del Tuso, quod Albertinus filius Albertinelli tale testamentum fecit et sua bona disposuit. Ego volo et iudico pro anima mea unam petiam terre in Ronkalle ecclesie S. Cassiani relinquo. In eodem Ronkallo unam petiam terre ecclesie S. Marie in Ducie relinquo; ecclesie S. Salvatoris unam petiam terre dal Querzeto de Astulfo relinquo; ecclesie Casule unam petiam ⟨in⟩ limitu de Remundito, plebi S. Marie Solustre unam petiam terre * *; Melchiore unam petiam terre in lu Vado de la strata relinquo, Sedonie unam petiam terre et vinee in Livalle in Lolivello relinquo, Teuze duas turnaturias terre in Pedrizo relinquo, Imeldine duas turnaturias terre in lu Felegaru relinquo; et meis nepotibus et propinquis unum campum in Farneto; omnes alias res mobiles et immobiles ubicumque sint Bonifredo et suis filiis et heredibus in perpetuum relinquo. Sic volo et sic iudico et sic est ultima mea voluntas. Si quis vero contra iuditium meum, quod iudicavi, ire vel agere vel frangere voluerit et non observare temptaverit, volo ut solvat penam, meam ultimam voluntatem servantibus, tantum c solidos monete lucensis, et post penam, hoc meum iuditium sive testamentum maneat firmum; et si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli valeat. In presentia istorum hominum et mea Guidoli Bennoli, Abelloni, Caroli, Tuscoli et Ugolini Galisterne, Valentinus predictus per se et per alios supradictos quidem sub sacramento firmavit. Ego

Henricus sacri palacii notarius scripsi quod audivi. Et insuper Ioldanelle unam petiam terre que est posita (in) fossato novo relinquo: a duobus lateribus Petrus Frisone, III via, IIII Arduinus, tali quidem condictione si vendere aliqui voluerit, Bonifredo vendat pro minori precio quam aliis, et si contigerit mori sine herede, ante de eo similiter Bonifredo aut suis heredibus relinquat.

IV, 54. - Orig., mm. 185×128.

329.

Imolae, 14 martii 1182.

Bivolus Bonovillano vendit petiam terrae in rivo de Centu.

✝ In nomine Domini. Anno Domini MCLXXXII, indictione XV, die quarto decimo intrante mense marcii, temporibus Lucii pape et Frederici imperatoris. Ego quidem in Dei nomine Bivolus do et vendo tibi Bonovillano et tuis filiis et heredibus im perpetuum ad proprium; idest unam petiam terre que est posita in riu de Centu, infra plebem S. Cassiani in curte Monte Catoni, territorio Corneliensi: primo latere Ugo de Ursello, II Guidotolus Dalesenda, da duobus lateribus comparator et etiam venditor. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus placuerit exinde faciendum. Pro eo vero quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos XX. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem et proprietatem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis heredibus, et si contra hec fecero ego vel mei heredes tibi tuisque heredibus, tunc promitto me meosque heredes daturos tibi tuisque heredibus penam dupli, ut res valet, et post penam solutam, hic contractus venditionis et proprietatis maneat firmus; supradictus michi scribere iussit Immole.

Dominus Ugo canonicus, Albuinus, Aldrevandus, Morandus, Ugolinus, Alesende testes rogati fuerunt.

Ego Henricus sacri palacii notarius scripsi.

IV, 55. - Orig., mm. 275×130.

330.

Imolae, 30 martii 1182.

Canonici S. Laurentii et S. Cassiani Zavarisio Ragonis concedunt in emphytheusim quatuor tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici inperatoris, die penultimo mensis marcii, Immole, indicione XV. Nos quidem in Dei nomine sacerdos Allexius pro me et pro meis confratribus canonicis S. Laurencii et sacerdos Christianus pro me et pro meis confratribus canonicis S. Cassiani concedimus et largimur nomine pacti tibi Zavarisio Ragonis acceptori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest quatuor turnaturias terre quarum tres sunt posite in fundo qui vocatur Frascarum et quarta est posita in fundo qui vocatur S. Stephani, curte et plebe S. Cassiani, territorio Immolensi; in Frascario: a primo [latere uni]us p[eci]e heredes Herri, a secundo Adhalase, a tercio heredes Fuscole, a quarto via; a primo latere s[ecunde] pecie heredes Fuscole, a secundo Adhalase, a tercio via, a quarto * *; in fundo S. Stephani: a primo latere Iohannes Fuscole, a secundo Adhalase, a tercio Mercahante, a quarto strata. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Et si contra fecerimus nos aut nostri successores,

tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, tibi tuisque filiis et heredibus, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi introire possessionem.

Testes ad hoc rogati fuerunt Guido Girardi de Macerata, Iohannes de Fuscola, Petrus Mazzolus.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 56. - Orig., mm. 280×194. In versu, eadem manu Appare Zavarisii Ragonis, II albulos.

331.

Dutiae, 7 iunii 1182.

Canonici S. Cassiani Albertino Girardelli concedunt in emphytheusim sesqui tornaturiam terrae in fundo Solarolum sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici inperatoris, die septimo intrante mense iunii, actum Ducie, indicione quinta decima. Ego quidem in Dei nomine Arduinus diaconus S. Cassiani per communem voluntatem meorum confratrum hic in presenciarum commorancium concedo et largior nomine pacti tibi Albertino Girardelli acceptori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes centum [1] ad renovandum ; idest unam turnaturiam terre et mediam positam in fundo qui vocatur Solarolum, curte Casule, plebe S. Cassiani, territorio Immolensi: a duobus lateribus Palmerius, a tercio filie Auropili, a quarto via. Quantum infra hec latera designata habemus et tenemus et nobis pertinet do tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum cum tuis filiis et heredibus. Ita sane ut inferas michi meisque confratribus et successoribus omni mense marci aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos triginta. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare

et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis confratribus et successoribus. Et si contra fecero ego vel mei successores, tunc promitto me meosque successores daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, tibi tuisque filiis et heredibus cum meis fratribus et successoribus. Quod pactum scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi introire possessionem. Ita sane ut non liceat tibi vendere nec alienare nec in commendacionem ponere neque ullum contractum facere nisi in nobis et in nostris successoribus, si accipere voluerimus, pro duobus solidis minus quam ab alio habere potueris ; si vero accipere noluerimus, da ius tuum cuicumque vis nostra tamen cum licencia.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 57. - *Orig., mm.* 302×180.

[1] Centum *extat inter lineas supra* sexaginta novem *deletum.* — *Manzonius, 113.*

332.

Dutiae, 15 augusti 1182.

Canonici S. Cassiani Albertinello Girardelli concedunt in emphytheusim duas petias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC octuagesimo secundo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, di⟨e⟩ XV intrante mense augusti, in castro Ducie, indicione XV. Nos quidem in Dei nomine Arduinus canonicus S. Cassiani una cum confratribus meis qui modo permanent Ducie, videlicet Isnardus canonicus, Donatus, Ugo Ducie, Gustantinus nomine pacti concedimus tibi Albertinello Girardelli accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum ; idest duas pecias terre laboratorie posite in fundo qui vocatur Carpeneta : ab uno latere pecie est limes, a secundo filia Auropili, a tercio iura S. Petri in Casula, a quarto latere Amirigolus Zanioli ; latera secunde pecie sunt hec : ab uno latere limes, a secundo Guidoranpus, a tercio latere Gracianus, a quarto iura S. Marie in Porto. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad haben-

dum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem II denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis III libras et V solidos. Eo tenore ut non debeas supradictam rem nec vendere neque alienare, nec ullum contractum facere nisi in nos si voluerimus accipere, sin antem noluerimus accipere, debeas vendere quicumque volueris, salva domnica racione. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus nos vel nostri successores aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos cum nostris fratribus et successoribus daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum manead firmum. Quod scripsi ego Bennus castri Imole notarius. Et tua auctoritate introeas possessionem.

IV, 58. - Orig., mm. 250×150. — Manzonius, 113.

333.

Imolae, 31 augusti 1182.

Canonici S. Cassiani Hugolino Guidolini concedunt in emphytheusim unam petiam terrae sitam in fundo Casanova.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici inperatoris, die ultimo exeunte mense augusti, Immole, indicione quinta decima. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus prepositus canonice S. Cassiani cum consensu meorum confratrum concedo et largior nomine pacti tibi Ugoni acceptori pro te et pro Guidolino patre tuo et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum : idest unam peciam terre positam in fundo qui vocatur Casanova, curte et plebe S. Cassiani, territorio Immolensi, computata tur-

naturias tres et duas perticas, si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat: a duobus lateribus Orlandinus Peioli, a tercio latere via, a quarto latere heredes Baldizone de Peiolo. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum tuis filiis et heredibus usque ad supradictos annos ad renovandum. Ita sane ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis solidos quindecim. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto: eo videlicet tenore ut non liceat tibi vendere vel donare, nec alienare, neque ullum contractum facere nisi in nobis et in nostris successoribus, si accipere voluerimus, pro duodecim denariis minus quam ab alio habere potueris, si vero accipere noluerimus, liceat tibi dare cuicumque volueris qui agnoscat eam a canonicis. Si qua vero nostrarum ambarum parcium contra hec, que superius legitur, ire vel agere vel infringere et non observare tentaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene duple, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi introire possesionem.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

IV, 59. - Orig., mm. 287×219.

334.

Imolae, 7 aprilis 1183.

Imila donat canonicis S. Cassiani tres vineae tornaturias.

† In nomine Domini. Anno Domini MCLXXXIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die septimo intrante mense aprilis, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine domina Imila do et dono ecclesie S. Cassiani et vobis presbitero Christiano et domino Ugoni acceptoribus pro vobis et pro vestris

successoribus in perpetuum ad proprium; idest claudam unam vineata, que computatur tres turnaturie, que sunt posite in Casale infra plebem S. Prosperi: primo latere flumen Santerni, secundo latere limes, tercio latere Albertinellus Zanzulli, quarto latere * *. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se sibi pertinentibus, do et dono vobis pro anima mea et mei viri Benagoli nostrorumque parentum ut sit semper pro luminatione eiusdem ecclesie ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid vobis vestrisque successoribus placuerit exinge faciendum pro quinque carinis quas imposuistis pro remedio anime mee. Propterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere promitto vobis vestrisque successoribus cum meis filiis et heredibus, et si contra hec fecero ego vel mei heredes vobis vestrisque successoribus; tunc promitto me meosque heredes daturos vobis vestrisque successoribus penam dupli ut res valet, et post penam solutam, hic contractus donationis maneat firmus. Supradicta michi scribere iussit Imole.

Pedrecinus Basoli, Albertinus Supercli, Drudolus, magister Andrea, Iacobus, Petrus Guidonis Sassi. Vestra auctoritate.

Ego Henricus sacri palacii notarius scripsi.

IV, 60. - Orig., mm. 320×142.

335.

Imolae, 27 augusti 1183.

Canonici S. Cassiani Ioanni Clariello concedunt in emphytheusim unam petiam terrae et vineae de fundo qui vocatur Ippum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXX tercio, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die V exeunte mense augusti, Imole, indictione prima. Nos quidem in Dei nomine presbiter Clarius et presbiter Christianus cum consensu canonicorum ecclesie S. Cassiani confratrum nostrorum nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Iohanni Clariello accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum;

idest unam peciam terre et vinee que est posita in fundo qui vocatur Ippum, computatam tres turnaturias, et si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat; ab uno latere tenent heredes Alberici Pelliciarii, ab alio Pistalentem, a tercio Iohannes Sclavone, a quarto via. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum cum tuis filiis et heredibus in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis libras quattuor et mediam. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Ita ut de ratione predicte canonice nostre adiuvare nos debeas cum tuis filiis et heredibus si necesse fuerit. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

IV, 61. - Orig., mm. 257×146.

336.

Imolae, 3 septembris 1183.

Vivianus Guillarini Drutho Panarole vendit petiam arvi positam in loco qui Porcilla vocatur.

In nomini Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die tercio intrante mense septembris, Imole, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine Vivianus Guillarini pro me et Andulfo fratre meo do et vendo tibi Drutho Panarole emptori pro te et pro tuis filiis et heredibus in perpetuum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo et loco qui vocatur Porcilla: ab uno latere tenes tu emptor, ab alio Albuinus, a

tercio via, a quarto * *. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et cum omni actione et omni pertinentia que michi et fratri meo pertinet, do et vendo tibi ad abendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid tibi tuisque fillis et heredibus in perpetuum placuerit faciendum, si proprium est, ad iura propria habeas et teneas, et si conductitia vel emphiteoticaria apparuerit, licentiam innovandi habeas a iure unde erit. Pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Et ego iamdictus venditor cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere et firmam facere tenere a fratre meo promitto tibi tuisque filiis et heredibus, et si frater meus fecerit tibi litem de aliqua parte supradicte terre et evicerit, tu habeas pro evictione unam turnaturiam de vinea mea de Castilluni cum terra quam occupat ex quacumque parte tollere volueris ad faciendum quicquid tibi placuerit: et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego aut mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas. Testes rogati fuerunt Albuinus, Pepo Cresentii, Bonusvicinus Teucie Rogatere, Bellemolus, Rusticellus de Mazolano.

IV, 62. - Orig., mm. 310×165.

337.

Ad Montem Catonis, 2 februarii 1184.

Conventio circa medietatem unius mansi facta a canonicis S. Cassiani cum Hugone Marathe.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo quarto, temporibus Lutii pape et Federici inperatoris, die secunda intrante mense februarii, indictione tercia, [1] actum in capite pontis de Montis Catonis castro, in presentia

istorum bonorum hominum, videlicet presbiteri Rodulfi de predicto castro, Ugonis de Ursello, et Ugonis, Drutholi Panarole, Tusci, Petri Giberti, Bulli, Pepolimontis, Soldelli, Alioti et aliorum multorum quorum numerum longum est enar⟨a⟩re, et in mea Alberti notarii. Noticia recordationis de conventione quam fecit dompnus Rodulfus presbiter atque prepositus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate fratrum suorum in eadem ecclesia permanentibus cum Ugone Marathe de medio manso de Santerno. Eo videlicet tenore quod predictus Ugo cum suis filiis et heredibus omni anno in Nativitate Domini tribuat amiscere unum de carne cum duabus fugatiis in predicta canonica, et IIII^or sextaria frumenti boni ad sextarium de Montis Catonis castro, tempore messis; qui medius mansus est positus in curia Montis Catonis in pluribus locis, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Hoc totum concessit predictus prepositus Ugoni Marathe ut ipse haberet et teneret cum suis filiis et heredibus pro predicto servitio; et si ipse et sui heredes non facerent predictum servitium bene et optime in predicta canonica, ut superius legitur, promittit se et suos filios et heredes daturos penam decem librarum denariorum in canonica predicta, et pena soluta, omnia supradicta sit firma.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

IV, 70. - Orig., mm. 240×175.

¹ *Indictio III respondet anno 1185.*

338.

Ad S. Cassianum, 15 martii 1184.

Testificatio de concessione emphytheutica facta a canonicis S. Cassiani in favorem ecclesiae S. Iacobi de Volana.

In nomine Domini. Anno MC octuagesimo quarto, tempore Lucii pape et Federici imperatoris, die XV intrante marcio, indicione secunda, in S. Cassiano. Quia petivi a vobis domino presbitero Rodulfo canonico et preposito prefate ecclesie S. Cassiani et presbitero Clario et presbitero Christiano et Ugicione et Arduino et Ugone da Duzia et Lamberto et Isnardo et Gustantino canonici⟨s⟩ cum consensu aliorum fratrum datis per pactum in c

annos ad renovandum michi presbitero Dato recipienti vice et nomine ecclesie et celle S. Iacobi de Volana et pro domino Graciano priore et pro ceteris omnibus aliis confratribus atque successoribus ipsius loci; idest medietatem unius mansi in Guarcinoro, territorio Faventino et plebe S. Agathe: latera tocius prefati mansi, de quo datis medietatem, limes percurrente, Dominicus da Guillarini, li Adalasi, * *. Hanc in quam medietatem datis et conceditis cum omnibus sibi pertinentibus sub pensione omni anno unius denarii lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. In tempore innovationis pro renovatione x solidos lucenses tantum et non plus. Hoc autem facitis pro amore quem habetis in prefatum locum et quia damus vobis quinquaginta solidos lucenses et datis licentiam intrandi in possessionem. Et ita pro vobis et vestris aliis confratribus atque pro vestris et eorum de predicta vestra ecclesia successoribus predicte ecclesie et celle et priori et ceteris nostris confratribus atque nostris exinde successoribus firmum tenere et auctoriare et defendere ab omni homine in iuditio et extra promittitis sub pena dupli de valimento prefate possessionis, et soluta pena, omnia, ut supra leguntur, maneant firma. Manibus Petri causidici et Faventie notarii scribere rogavi et iussione supradictorum canonicorum.

Testes Ysacattus, Clarius cancelerius, Vivianus, Petrus de Monte.

IV, 65. - Orig., mm. 203×120. In versu, manu eiusdem notarii Appare S. Iacobi de Volana.

339.

Ad S. Cassianum, 7 iunii 1184.

Canonici S. Cassiani Ioanni de Nevia et Cassolo Plasenze concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae sitas in fundo de li Brusati.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo IIII, indictione II, tempore Lucii pape et Frederici inperatoris, die VII mensis iunii, in castro S. Cassiani, territorio Corneliensi. Ego quidem in Christi nomine presbiter Rodulfus S. Cassiani prepositus cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie concedo et largior vobis Iohanni de Nevia et Cassolo Plasenze receptores pro Scazato et Petro Bono per car-

tulam pacti in sexaginta et VIIII annos ad renovandum; idest duobus turnaturiis terre, perticis III minus, que sunt posite in fundo de li Brusati infra hec latera: ab uno latere limes, ab alio Dominicus de Sorbano, a tercio et a quarto Iohannes de Ugolino de lo Zanzone: quicquid infra hec latera manet cum introitu et exitu suo et cum omnia supra se et infra se habenti. Pro eo quod dedisti nobis calciarii nomine XXII solidos monete luccensis. Ita sane ut omni anno pensionis nomine denarium I lucensem dare debeatis. Et non liceat vendere vel donare vel aliquo modo alienare nisi nobis vel nostris successoribus, si accipere voluerimus, et pro XII denariis minus, sin autem cui dederitis nostra racio sit salva. Si vero contra hec predicta fecerint, hic contractus sit inanis et vacuus. Et ab hinc in antea promitto pro me meosque successores hanc predictam rem auctoriare et defensare sub pena dupli, et pena soluta, cartula hec maneat firma. Iohannes Nevie manus investitor.

Ego Ugo tabellio S. Cassiani rogatus manu mea scripsi, subscripsi.

IV, 67. - Orig., mm. 275×158.

340.

Imolae, 25 iunii 1184.

Canonici S. Cassiani Morando concedunt in emphytheusim unam petiam arvi de fundo Fontaniguli.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC octuagesimo IIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die VI exeunte mense iunii, Imole, indictione secunda. Nos quidem in Dei nomine presbiter Clarius et Ugo levita canonici ecclesie S. Cassiani cum consensu confratrum nostrorum titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti Morando conductori pro te et pro tuis heredibus et successoribus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias que est posita in fundo qui vocatur Fontaniguli: ab uno latere tenet Zanzolinus de Fulkis, ab alio Vivianus Buduine, a tercio Ildebranducius, a quarto latere * *. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra

se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum cum tuis heredibus et successoribus et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis heredibus et successoribus nomine pensionis omni mense marcii, aut infra indictionem, duos denarios monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque heredibus et succesoribus. Eo tenore ut si aliquem contractum de supradicta re facere volueris tu vel tui heredes vel successores in nobis aut in nostris successoribus, facere debeas pro duodecim denariis minus quam ab aliis habere potueris, si tollere voluerimus, sin autem, liceat tibi dare cum nostra licentia cui volueris, salva tamen nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli de eo quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Vilicus noster sit manus investitor.

Testes ad hec rogati interfuerunt Fantulinus Anne de Pithriolo, Supramanum, Albertinus Lagnaveclam, Guido Orlandini.

IV, 66. - Orig., mm. 255×140.

341.

Solustrae, 16 iulii 1184.

Testamentum Hugonis dal Melo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno Domini MCLXXXIIII tempore Lucii pape et Federici inperatoris, die XVI intrante mense iulii, indicione secunda, Sulustre, in domo Ugonis dal Melo. Quia ego Ugo dal Melo ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico dari pro anima mea VI turnaturias terre in fundo Laude et ab Ubertino meo fidei commissario plebi S. Cassiani et plebi

S. Marie in Sulustra duas petias terre in Cuniastro, a lateribus quarum ipsa ecclesia et Sulustra et Ugicio et cimiterium eiusdem ecclesie et Ubertinus; et ecclesie S. Andree castri unam turnariam terre, et ecclesie S. Nicolai in Bagnarola unam turnaturiam terre, et ecclesie S. Bartolomei in Trentola unam turnaturiam terre, et ecclesiis Ducie duas turnaturias terre, et ecclesie S. Zacharie unam turnaturiam terre; boves et mobilia mea relimquo destribuendum pro anima mea voluntati Ubertini ubi ei melius visum fuerit; et relimquo Canute totum illud tenimentum quod ipsa habebat per cartam a me; relimquo nepoti meo Rambaldino sex turnaturias terre ex illa parte occidentis Sulustre, et Bertramo filio Ubertini relimquo hoc quod habeo Trecenti, et relimquo albergum meum servienti mee que fuit Blancanigi. Omnia alia mea bona iure institucionis relimquo Ubertino ut ipse solvat totum meum debitum. Si quis vero heredum meorum contra hoc meum iudicium, quod iudicavi, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, solvat penam observantibus libram optimi auri, et post penam solutam hoc meum iudicium, quod iudicavi, maneat firmum. Que omnia suprascripta scripsi ego Martinus Imolensis notarius, sicut ipse michi facere precepit et potestatem dedit. Ita scripsi et complevi rogatu et precepto Ugonis dal Melo coram testibus inferius dicendis.

Testes ad hec rogati interfuerunt Albertus archipresbiter et Azatans, Drudolus Saurinus et Geremias et Bennolus et Ginnanus et Pizolus et Ugolinus.

IV, 68. - Orig., mm. 270×162.

342.

Imolae, 27 augusti 1184.

Canonici S. Cassiani Ioanni Baldicionis concedunt in emphytheusim unam petiam arvi de fundo Curanum nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo IIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die V exeunte mense augusti, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani, una cum consensu confratrum meorum canonicorum ecclesie S. Cassiani libellario iure concedimus et largimur tibi Iohanni filio quondam Baldicionis accipienti pro

te et Iulitta uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes viginti et novem ad renovandum; idest tres turnaturias et mediam de terra laboratoria in fundo et loco qui vocatur Curanum: ab uno latere tenetis vos conductores, ab alio Ubertinus Pagane, a tercio Rainucius, a quarto est semita. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis viginti et novem ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno duas mezinas frumenti, sive habueritis ex ea fructus sive non, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare ed defensare et hunc libellum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis neque vestris filiis et heredibus supradictam rem nec vendere nec donare neque aliquem contractum ex ea facere nisi in nobis locatoribus, si tollere voluerimus, pro duodecim denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, tunc cum nostra licentia liceat vobis dare cui volueritis, salva nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli de eo quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis.

IV, 69. - Orig., mm. 277×195. In versu ND *valde lacera.*

343.

Imolae, 16 augusti 1184.

Orlandinus Iohannis Berte Trentino concedit in emphytheusim duas tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo IIII, temporibus Lucii pape et Federici

imperatoris, die XVI mensis augusti, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Orlandinus Iohannis Berte nomine pacti concedo et largior tibi Trentino conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum; idest duas turnaturias terre in fundo qui vocatur * *, et si plus est in eodem contractu permaneat: ab uno latere tenent nepotes mei, ab alio Brocardus, a tercio canonici S. Cassiani, a quarto strada. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas michi meisque filiis et heredibus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem, nomine pensionis, unum denarium monete veronensium, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te pro unaquaque turnaturia quinquaginta sodidos denariorum monete luccensis. Et ego iamdictus locator cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego aut mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli tibi tuisque filiis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas. Testes fuerunt Almericus, Zanioli, Ugolinus Rainerius, Iohannes Petri Zanzolini, Vita de castello Imole, Guido Mercathantis.

IV, 71. - Orig., mm. 274×168.

344.

Veronae, 30 octobris [1184-1185].

Lucius III Guidoni presbytero ecclesiae S. Petri Casulae ius tumulandi fideles in suae ecclesiae coemeterio concedit.

Lucius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Guidoni presbitero ecclesie S. Petri Casulensis salutem et a postolicam bene-

dictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, tibi et ecclesie tue auctoritate apostolica indulgemus ut quicumque in cimiterio prescripte ecclesie sepeliri deliberaverint, eorum devotioni et extreme voluntati, nisi excomunicati sint vel nominatim interdicti, nullus obsistat, salva nimirum iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Verone III kalendas novembris.

IV, 72. - Orig., mm. 175×173, cum sigillo plumbeo. — Gött. Nachr. 1898, p. 37, n. 9; ibi, 1910; Kehr, V, 173.

345.

Imolae, 2 decembris 1184.

Hildebrandus Ioannis de Toranello donat ecclesiae S. Cassiani unam petiam terrae sitam in loco Segalarium dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo IIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die secundo intrante mense decembris, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Ildebrandus Iohannis de Toranello in primis voveo me et reddo meipsum Deo et ad servitium ecclesie B. Cassiani martiris Christi. Subsequenter vero do meipsum in manibus tuis presbiteri Christiani accipienti pro te et pro confratribus tuis canonicis ecclesie S. Cassiani vestrisque successoribus ad serviendum vobis vestrisque successoribus in perpetuum. Et insuper do et dono vobis unam peciam terre quam habeo in loco qui vocatur Segalarium, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani : a duobus lateribus sunt vie, a tercio latere heredes Guidonis Scaldasci, a quarto latere Ste(m)peratus. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono vobis ad habendum, tenendum cum vestris successoribus et in predictam canonicam in perpetuum perma-

nendum. Et abhinc in antea non liceat michi donatori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres et successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submitte(n)dam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea hec omnia auctoriare et defensare et firma tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Que vero omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Petrus de S. Iacobo, presbiter Guido de S. Leonardo, Visinellus, Petricinus Guidolini, Fantinellus Piroli.

IV, 73. - Orig., mm. 264×149. In versu, eadem manu Cartula canonicorum S. Cassiani; *manu saeculi XIII* Hanc habent filii Fiorentini Leonisi. — *Zaccaria, I, 123.*

346.

Imolae, 25 martii 1185.

Canonici S. Cassiani Alberto forbitori concedunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo Arcella.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXV, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die VII exeunte mense marcii, Imole, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter et prepositus canonice S. Cassiani cum consensu canonicorum eiusdem canonice confratrum meorum titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti Alberto forbitori conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre in fundo qui vocatur Arcella computatam tres turnaturias, et si una pertica est plus vel minus, in eodem contractu permaneat; si vero plus est de una pertica, ut comprehenderit pertica, solvere debeas: ab uno latere tenes tu conductor, ab alio est Fossola, a duobus lateribus tenet Signorellus C(i)tti. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum,

possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem, nomine pensionis, unum denarium monete luccensis, tantum, ut dictum est, pensio persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Et nos iamdicti ordinatores et locatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Ita tamen ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam rem nec vendere, neque aliquem contractum facere nisi in nobis aut in nostris successoribus, si tollere voluerimus, pro duodecim denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteris; sin autem, liceat tibi dare aliis, salva nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli de eo quod datur nomine mercedis, et post solutam penam. hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Morandus castaldio. Testes autem fuerunt Alkirolus Montanarius, Ildebrandinus Iohannis Potesta, Petricinus Guidolini, Albertus frater eius.

IV, 75. - Orig., mm. 264×174. In versu, eadem manu Appare filii forbitoris, I denarium.

347.

Ad S. Cassianum, 19 aprilis 1185.

Isnardi testamentum in favorem ecclesiae S. Cassiani suorumque nepotum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo V, temporibus Lutii pape et Federici inperatoris, die duodecimo exeunte mense aprelis, indictione III, actum in castro S. Cassiani, in domo canonicorum. Bonum et utile est ut homo ante diem migrationis sue de hoc seculo in futuro antequam ad repentinam mortem perveniat cunctas suas distribuat facultates ut defunctus inmemor sit quod deesse debeat ac iurgia generentur. Ego quidem in Dei nomine Isnardus quia

ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum in scriptis facere destinavi. Qua propter volo et iudico ut sit datum pro anima mea ecclesie S. Cassiani III turnaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Campus longus: ab uno latere tenet Rainutius de la Serra, ab alio latere via * * * *. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus infra se et supra se existentibus et sibi pertinentibus habeat, teneat, possideat supradicta ecclesia ad iura propria in perpetuum more salario, territorio Corneliensis, plebe S. Cassiani, et XV solidos lucenses habeat pro ex(e)quiis meis, ex quibus debebat michi Garda dare X, et Ugo V. Insuper instituo nepotes meos heredes de tota alia mea possessione que michi pertinet et per equalem portionem, scilicet Presbiterium cum filiis suis in una medietate, filios Novellonis in alia medietate. Si quis vero heredum meorum contra hoc iuditium, quod iudicavi, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, solvat penam duplam meam ultimam voluntatem observantibus, tantum, et post solutam penam, hoc meum testamentum maneat firmum: supradicta vero ecclesia licentiam habeat introeundi in possessionem sua auctoritate. Testes fuerunt in hoc testamento rogati sacerdos Albertus de Mazaincollo, Nigrolus, Deithulfo, Raimundinus de Presbiterio Azone, Iuanellus, Clarinbaldus, Marutus, Guido plebis Selustre.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

IV, 77 - Orig., mm. 169×190.

348.

[Ad S. Cassianum], 27 aprilis 1185.

Canonici S. Cassiani Alberto de Camerato concedunt in emphytheusim unam petiam terrae positam in Campo longo.

† In nomine Domini. Anni Domini MCLXXXV, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die quarto exeunte mense aprilis, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine donnus Rodulfus presbiter et canonicus Dei gratia ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu fratrum predicte ecclesie concedo et

largior tibi Alberto de Camerato acceptori pro te tuisque filiis et heredibus nomine pacti usque ad annos advenientes LX et VIIII ad renovandum: idest unam petiam terre que est posita in Campo longo, in plebe S. Cassiani: I Rainuzus Guarini, II via, III Angelus Trepaldi, IIII iamdictus acceptor. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se, sibi pertinentibus, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum et defensandum et in omnibum meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita tamen quod inferas michi penssionem meisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii vel infra indictionem I denarium lucensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te pro supradicta re mercedis nomine denariorum monete lucensis solidos XXX et II pro turnaturia. Et ego iamdictus locator promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi vendere neque aliquem contractum facere alicui nisi in nos vel in nostra ecclesia, si tollere voluerimus, pro minori precio XII, et si noluerimus, tunc liceat tibi vendere cui volueris, salva vero iusticia domnicata. Et si quis ambarum nostrarum parcium contra hec fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fide⟨m⟩ servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Supradictus prepositus michi scribere iussit in canonica predicte ecclesie cum suis fratribus. Morandus manus investitor, Pax Letoardi, Santernolus et Leonardus testes rogati fuerunt.

Ego Henricus sacri palacii notarius scripsi.

IV, 76. - Orig., mm. 240×142.

349.

Ad S. Cassianum, 26 iunii 1185.

Canonici S. Cassiani medietatem unius possessionis concedunt in emphytheusim Acarisio, aliam vero medietatem filiastro eius.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo quinto, temporibus Lutii pape et Federici inpe-

ratoris, die quinto exeunte mense iunii, indictione tercia, actum in castro S. Cassiani, in curia canonicorum. Ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter atque prepositus S. Cassiani ecclesie, cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie libellario nomine concedo et largior tibi presenti Acarisio medietatem totius possessionis quam habuit Guithotulus de Linare a canonicis suprascripte ecclesie; aliam vero medietatem concedimus filiastro tuo nomine * * eadem conditione. Veruntamen concedo et largior tibi predicto Acarisio integre totam prenominatam possessionem, quod tu habeas, teneas, possideas et nobis debitum servitium fatias donec predictus filiaster tuus pervenerit adultam etatem, et si contigerit eum mori sine filiis, tu habeas, teneas, possideas cum tuis filiis masculis usque ad xx et novem annos ad renovandum, et si non habueris filios masculos deveniat ad unam de filiabus tuis, cui designare volueris, usque ad predictos annos ad renovandum, et si vixerit filiaster tuus, eadem conditione habeat. Hoc totum do vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus xxviiii ad renovandum. Ita sane quod tu inferas nobis nostrisque succesoribus singulis quibusque annis v solidos luccenses denariorum pro teratico panis et vini, et unum amiscerem de pullis in Nativitate Domini, et duas operas manuum, unam in metendo et aliam in triturando, et omni anno comestionem unam duobus canonicis, donec filiaster tuus fuerit in etate, totum prenominatum servitium tecum fatiat. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro suprascripta re xx solidos luccenses denariorum, et no⟨n⟩ liceat vobis neque vestris filiis et heredibus predictam rem nec vendere, nec donare neque comendare neque comutuare neque per aliquem modum vel ingenium alienare nisi in nobis. Et ego iamdictus locator cum meis succesoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis fratribus et succesoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia suprascripta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea et emendavi et scripsi.

IV, 78. - Orig., mm. 302×180.

350.

Ad S. Cassianum, 2 iulii 1185.

Canonici S. Cassiani Nigro et Guidoni renovant emphytheusim quam iam concesserant.

[ST]. In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo octuagesimo quinto, regnante domino Frederico Romanorum imperatore et semper augusto, VI nonas iulii, indictione tercia. Peticionibus libellariis annuendo, ego quidem donnus Rodulfus prepositus ecclesie S. Cassiani presentibus et consentientibus fratribus meis, videlicet presbiter Aldrevandus canonicus et archipresbiter de Aquaviva et presbiter Cristianus canonicus et donnus Donatus canonicus et presbiter et donnus Clarius canonicus et presbiter et donnus Arduinus canonicus et cantor et donnus Costantinus canonicus, presenti die renovationis causa, damus et concedimus vobis Nigro et Guidoni fratri tuo vestrisque heredibus omne quod habetis et tenetis in loco qui vocatur Rossule pro predicta ecclesia S. Cassiani usque ad XXVIIII annos completos, cum ingressu et egressu suo usque in via publica et cum omnia supra se et infra se habentem in integrum. Omnia vero, ut prediximus, in integrum cum omnibus suis confinibus in presenti damus et concedimus tibi prenominato Nigro et Guidoni vestrisque heredibus usque ad predictum terminum ad habendum, tenendum ac possidendum et vestra auctoritate in possessione intrandum, et quicquid vobis exinde placuerit faciendum salvo iure dominii, excepto quod non debetis vendere neque alienare terram de Russole alicui nisi in ecclesia S. Cassiani, si canonici emere voluerint, et pro duodecim denariis minus quam alii, quod si emere noluerint, Nigrus et Guido cum consensu et licentia canonicorum vendere debent cui voluerint iamdictam terram sine omni eorum contraditione; et huius rei nomine liceat nobis et nostris successoribus pensionis gratia singulis annis duos solidos lucenses et decimum predicte terre vos vel vestris heredes in die S. Cassiani exibeatis. Ab omni quoque homine predictam rem legitime defendere et auctorizare semper vobis et vestris heredibus pro-

mittimus; et si nos vel nostri successores predicta omnia, que superius promisimus, observare noluerimus, pene nomine predicte rei duplum vobis et vestris heredibus dare promittimus. Et supradictus Nigrus et Guido promiserunt se observaturos omnia que superius promiserunt iamdictis canonicis; si vero eis observare noluerint, predicta carta sit inutilis et vacua; et insuper hoc libellum renovationis, ut supra legitur, semper incorruptum usque ad terminum tenere spoponderunt.

Actum in castro S. Cassiani sub portico canonicorum, indictione predicta tercia.

Prenominatus Nigrus et Guido hanc aparam libellariam, ut supra legitur, scribere rogaverunt.

Albrigotus, Ugulinellus de Mezadra, Cassolus Alberti Aldrevandi, Cassolus Raimundini Donolla, Guido de Docia, Iacobus de Doza huic apare interfuerunt et testes rogati sunt.

Ego Guido notarius confirmatus a domino Frederico imperatore huic apare libellarie renovationis interfui, ut supra legitur, et eorum rogatu et iussu scripsi.

IV, 79. - Orig., mm. 283×160.

351.

Ad S. Cassianum, 13 novembris 1185.

Canonici S. Cassiani Tonso Palacii consentientibus fratribus hospitalis S. Georgii concedunt in emphytheusim unam petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo V, temporibus Lucii pape et Federici inperatoris, die tercio decimo intrante mense novembris, indictione III, actum in castro S. Cassiani sub porticu canonicorum. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne vergencia temporum oblivioni mandentur ac iurgia generentur. Quapropter nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani una cum consensu fratrum ospitalis S. Georgii, videlicet Nichole et Parisii, nomine pacti concedimus et largimur tibi Tonso Palacii accipienti pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum; idest duas turnaturias et

mediam terre, si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, que sunt posite * *: a primo latere via, a secundo Petrus Zamboni, a tercio Iohannes Zanzoni, a quarto * *, territorio Corneliensi et S. Cassiani plebe. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi Tonso ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus ad renovandum. Ita ut inferas pensionem hominibus comorantibus in ospitale S. Georgii cum tuis filiis et heredibus omni mense martii, aut infra indictionem, denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus tibi mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete luccensis xxxx et tres solidos. Nos vero iamdicti locatores pro nobis et pro nostris successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Ita sane ut non liceat tibi neque tuis heredibus suprascriptam rem nec vendere, nec donare neque ullum contractum ex ea facere nisi in nos vel in nostros successores, si tollere voluerimus, pro xii denariis minus quam ab aliis habere potueris, si tollere noluerimus, cum nostra parabola liceat tibi dare aliis qui nobis eam iamdictam pensionem persolvat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli de eo quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Licentiam autem introeundi tua auctoritate habeas. Testes rogati fuerunt Maluscompater, Vivolus, Menzonus.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

IV, 81. - Orig., mm. 420×115.

352.

Ad S. Cassianum, 4 ianuarii 1186.

Canonici S. Cassiani Guithotolo eiusque consobrinis concedunt in emphytheusim quatuor tornaturias arvi et vineae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo sexto, temporibus Urbani pape et Federici in-

peratoris, die quarto intrante mense ianuarii, indictione quinta, [1] actum in castro S. Cassiani, in curia canonicorum. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus presbiter atque prepositus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate fratrum meorum concedimus et largimur in libellario nomine tibi Guithotolo acceptori pro te et pro consobrinis tuis, videlicet Bene et Martino, in una medietate dicendo rei, et tu Guithotolus in alia medietate vestrisque filiis masculis, et si filios masculos non habueritis, deveniat a filiabus vestris quibus designare volueritis usque ad annos advenientes XX et VIIII ad renovandum; idest quattuor turnaturias terre laboratorie et vineate, si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat, que sunt posite in loco qui dicitur Mazerata: a primo latere Farulfus episcopi, a secundo flumen, a tercio Brachius, a quarto predicti canonici, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus ad renovandum. Ita ut inferratis terraticum omni anno tempore vendemie IIII^or^ sextaria boni vini dum erit vinea, et si esset expleta predicta vinea, alico in tempore nobis deferatis pro eodem terratico II mezinas grani, et in Natale Domini amiscere unum de carne cum duabus fugatiis; vecta omnia hec per vos usque in domum nostram. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete luccensis solidos X. Ita sane ut non liceat vobis neque vestris filiis et heredibus iamdictam terram nec vendere nec donare, neque comutuare, neque comendare, nec aliquem contractum facere sine nostra licentia. Et ego iamdictus prepositus cum meis fratribus et succesoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hic libellus maneat firmus. Manus investitor fuit Morandus vilicus.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi et emendavi.

IV, 83. - Orig., mm. 239×155.

[1] *Indictio V respondet anno 1187.*

353.

Ad S. Cassianum, 27 martii 1186.

Canonici S. Cassiani Iulittae Milani uxori concedunt in emphytheusim unam petiam terrae de fundo qui Curanus vocatur.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo quinto, temporibus Urbani pape et Federici inperatoris, die quinto exeunte mense martii, indictione quarta,[1] actum in castro S. Cassiani. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne vergentia temporum oblivioni mandentur ac iurgia generentur. Qua propter ego quidem in Dei nomine dompnus Rodulfus presbiter atque prepositus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate fratrum meorum concedimus et largimur tibi Iulitta uxori Milani nomine pacti tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas turnaturias terre et perticas duas et duos pedes que sunt posite in fundo qui vocatur Curanus : a primo latere Albuinus et frater eius, a secundo * * * * * *, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi Iulittae ad abendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii aut infra indictionem denarios duos monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete luccensis solidos xxxx. Ita sane ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam rem nec vendere, nec donare neque ullum contractum ex ea facere nisi in nos sine nostra licentia tibi data, licentia data a nobis, potestatem habeas dandi quicumque volueris, salva dompnica ratione. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum meis fratribus et succesoribus. Si quis vero nostrarum ambarum

partium contra fecerit et omnia suprascripta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Morandus vilicus.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

IV, 74. - Orig., mm. 276×165.

[1] *Indictio IV ac pontificatus Urbani III respondent anno 1186.*

354.

Veronae, 27 maii [1186-1187].

Urbanus III Gerardo Ravennatensi archiepiscopo munus committit dirimendi quaestionem inter episcopum Imolensem et monachos de Volcina ac moniales S. Mariae in Diaconia exortam.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri G(erardo) Ravennati archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Proposuit nobis venerabilis frater noster Immolensis episcopus quod prior et fratres de Volcina, abbatissa et moniales S. Marie in Diaconia quasdam ecclesias et possessiones alias ecclesie sue iniuste detinent et reddere contradicunt: unde fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audias hinc inde proposita, et super ecclesiis et possessionibus illis fatias, appellatione cessante, iustitiam exhiberi, cogens partes quod decreveris observare. Datum Verone VI kalendas iunii.

IV, 82 b. - Exemplar sacculi XII; cf. notam n. 356. — Gött. Nachr., 1898, p. 38, n. 12; ibi, 1910; Kehr, V, 164, n. 9 et 170, n. 1.

355.

Veronae, 27 maii [1186-1187].

Urbanus III Gerardo archiepiscopo Ravennatensi munus committit compellendi abbatem S. Apollinaris in Classe ut campanam iniuste detentam episcopo Imolensi restituat.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri G(erardo) Ravennati archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Proposuit nobis venerabilis frater noster Immolensis

episcopus quod dilectus filius noster abbas et fratres S. Apollenaris in Classe quandam campanam ecclesie sue irrationabiliter detinere et reddere contradicit. Quo circa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus predictum abbatem et fratres, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas, ut campanam ipsam, si verum est, quod asseritur, ei reddere, pro ut iustum fuerit, non moretur. Datum Verone VI kalendas iunii.

IV, 82 c. - Exemplar saeculi XII; cf. notam n. 357. — Gött. Nachr., 1898, p. 38, n. 13; ibi, 1910; Kehr, V, 164, n. 10.

356.

Veronae, 3 iunii [1186-1187].

Urbanus III Gerardo Ravennatensi archiepiscopo munus committit dirimendi litem inter episcopum Imolensem et fratres hospitalis Ierosolimitani exortam circa quasdam possessiones.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri G(erardo) Ravennati archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Ea pie inter viros ecclesiasticos ad amputandam litigiorum materiam et pacem in posterum observandam provide statuuntur firma debent et illibata consistere, et ne in recidive contentionis scrupulum reducantur, nostro convenit officio providere. Qua propter fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatinus compositionem que inter venerabilem fratrem nostrum Immolensem episcopum et quasdam commissas sibi ecclesias ex una parte, et dilectos filios nostros fratres hospitalis Ierosolimitani ex alia super parochialibus intercessit, sicut de asensu partium sine pravitate facta est et recepta; et in instrumento facto exinde continetur, appellatione remota, per districtionem ecclesiasticam fatias observari. Ad hec quia iamdicti fratres quasdam possessiones ad eundem episcopum eiusque canonicos pertinentes iniuste detinere dicuntur, tu nichilominus eos auctoritate nostra compellas, ut possessiones ipsas restituant vel sub examine tuo, appellatione remota, quod iustitia dictaverit, exequantur. Datum Verone III nonas iunii.

IV, 82 a. - Exemplar saeculi XII, mm. 192 × 196. Subsequuntur in hac charta duae aliae bullae; cf. nn. 354-5. — Gött. Nachr., 1898, pag. 39, n. 14; ibi, 1910; Kehr, V, 164, n. 11 et 171, n. 1.

357.

Ad Montem Catonis, 28 augusti 1186.

Refutatio facta a Gisla in favorem canonicorum S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo quinto, temporibus Urbani pape et Federici inperatoris, die IIII^{to} exeunte mense augusti, indictione IV, [1] actum in castro Montis Catonis, in presentia istorum bonorum hominum, videlicet sacerdotis Rodulfi de predicto loco, Ugonis Urselli Macoli, Guidonis medici, Albertini Bizzi, Romesini, Manici Bernardi et in mea Alberti notarii. Noticia recordationis qualiter domina Gisla de filiis Benni relicta ab Uguitionis de Alburio cum consensu et voluntate filiorum suorum fecit refutationem et diffinitionem in perpetuum in manu presbiteri Christiani et Tebaldi levite canonicorum ecclesie S. Cassiani, receptores pro se et pro illorum fratribus et successoribus permanentibus in eadem ecclesia; idest de omni eo quod habebat et tenebat et causabat ac possidebat aliquo modo vel titulo de manso Santerni ut de cetero habeatis, teneatis, possideatis cum vestris succesoribus in perpetuum sine aliqua contradictione vel mea molestia meorumque filiorum et heredum. Et abhinc in antea non liceat michi refutatrici neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de suprascripta re facere questionem, repeticionem, causationem aut litem movere contra vos neque contra vestros succesores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea omnia suprascripta firma et rata habere et tenere vobis vestrisque successoribus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia predicta non observavero ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam x librarum luccensium, et pena soluta, hic contractus refutationis et transactionis in perpetuum maneat firmus.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi et emendavi.

IV, 80. - Orig., mm. 244×205.

[1] *Indictio IV ac pontificatus Urbani III respondent anno 1116.*

358.

Veronae, 28 septembris 1186.

Urbanus III in suam protectionem suscipit monachos S. Salvatoris in Simano eisque iura et privilegia quamplurima concedit.

Urbanus ėpiscopus servus servorum Dei dilectis filiis Alberico abbati monasterii S. Salvatoris in Simano eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regolarem vitam professis in perpetuum.[1] Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis presertim cum petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium S. Salvatoris in Simano in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri et Lucii Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo monasterium vestrum situm est cum omnibus pertinentiis suis, castrum . . .[2] quod est in monte qui dicitur . . .[2] cum pertinentiis suis et cum capella eiusdem cast[ri], castrum Crifolii cum capella eiusdem castri et alii[s] pertinentiis suis, castrum Atti cum capella et aliis pertinentiis suis, capellam Rivilati cum suis pertinentiis, capellam Montis Guitonis cum suis pertinentiis, capellam S. Andree in valle S. Victoris cum suis pertinentiis, monasterium Montis Dazi cum suis pertinentiis, capellam S. Martini que est sita in curte Montis Falconis cum pertinentiis suis, capellam S. Fortunati que est in castro Montis Falconis cum suis pertinentiis, hospitale S. Rophilli[3] cum suis pertinentiis, capellam S. Paterniani cum suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum

que propriis manibus vel sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ne ulli fratrum vestrorum post factam in eo loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem discedere; discedentem vero absque comunium literarum cautione nullus audeat retinere. In parrochialibus autem eclesiis quas habetis, liceat vobis clericos vel sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat ita quidem, ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excomunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excomunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbatem vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et [bea]ti Benedicti regulam providerint eligendum. D[ec]imas preterea, quas monasterium vestrum quadr[agin]ta annis sine contraversia possedit et in presentiarum pacifice possidet vobis et successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus, salvis tamen privilegiis Romane Ecclesie. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustaentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis apostolice auctoritate, et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sua dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo

corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus ei hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

R. Ego Urbanus Catholice Ecclesie episcopus subscripsi.[4] BV.

(Aa) † Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.

† Ego Paulus Prenestinus episcopus subscripsi.

† Ego Iohannes presbiter cardinalis tituli S. Marci subscripsi.

† Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tituli S. Susanne subscripsi.

† Ego Laborans presbiter cardinalis S. Marie Transtiberim tituli Calixti subscripsi.

† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tituli XII Apostolorum subscripsi.

† Ego Albertinus presbiter cardinalis tituli S. Crucis in Ierusalem subscripsi.

† Ego Melior Ss. Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tituli Pamachii subscripsi.

† Ego Iacinctus diaconus cardinalis S. Marie id Cosmydyn subscripsi.

† Ego Gratianus Ss. Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Bobo diaconus cardinalis S. Angeli subscripsi.

† Ego Soffredus S. Marie in Via lata diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Rollandus S. Marie in Porticu diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Petrus S. Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Radulfus S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis subscripsi.[5]

Datum Verone per manum Alberti sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, IIII kalendas octubris, indictione V,[6] incarnationis dominice anno M°C°LXXX°VI°, pontificatus vero domini Urbani pape III, anno I.

IV, 85. - Orig., mm. 680×485, cum sigillo plumbeo cuius tamen tantum filum sericum invenitur. Charta lacera est. — Mazzatinti, I, 188; Gött. Nachr., 1898, p. 37, n. 10; ibi, 1903, p. 154, n. 9; Kehr, V, 119, n. 3.

[1] *Haec verba exarata sunt scriptura maiuscula bullatica.* [2] *Verbum abrasum.* [3] philli *exstat supra abrasionem.* [4] *Subscriptio pontificis haud autographa. Rota refert* S. Petrus | S. Paulus | Urba|nus | papa | III ; *nec non verba* Ad te Domine levavi animam meam. [5] *Subscriptiones, manu et atramento diverso exaratae, non omnes autographae videntur.* [6] *Indictio V respondet anno 1187.*

359.

Ad S. Cassianum, 26 octobris 1186.

Canonici S. Cassiani Zurlo braitam da la Russe concedunt.

Die sexta exeunte mense octubris, indictione IIII, actum in castro S. Cassiani, in presentia istorum bonorum hominum, videlicet presbiteri Andree, Morandi castaldi, Girardini Guillule, Manfredi, Gratiani. Breve recordationis qualiter dominus Rodulfus prepositus S. Cassiani ecclesie cum consensu et voluntate fratrum suorum dedit braitam da la Russe ad laborandum Zurlo et filiis suis usque ad XX annos. Eo videlicet tenore quod Zurlus et filii sui bene debeant eam laborare et cultare et omni anno XXX civerias letaminis debeant mittere in iamdicta terra : canonici vero omni anno debeant mittere VI mezinas et mediam de maiori semine, de minori terçiam partem ; et Zurlus cum filiis suis totum aliud semen, quod fuerit necesse, in suprascriptam terram mittere debeant. Et si predictus Zurlus et filii sui predictam terram non bene laboraverint et omnia iamdicta non observaverint, sint daturi penam XX solidorum luccensium canonicis, si enim dare nolu[er]int ad sensum laboratorum. Et si predicti canonici ante prefinitum tempus tollere temptaverint Zurlo ⟨et⟩ filiis suis, sint daturi eis penam XX solidorum luccensium. Actum sub anno MC octuagesimo sexto.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi et emendavi.

IV, 86. - Orig., mm. 153×120.

360.

[Faventiae], 30 novembris 1186.

Laudum ab episcopo Faventino emissum in controversia inter canonicos S. Cassiani et abbatem S. Reparatae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo C octuagesimo sexto, tempore Urbani pape

et Frederici imperatoris, die ultimo mensis novembris, indictione quarta, in palatio Faventini episcopi. Dum adessem ego Denago Faventinus notarius in predicto palatio, in presentia testium, scilicet presbiteri Iohannis, Rigonis Tholomei, Rodulfi canonicorum maioris Faventine Ecclesie, Bernardi Sapientis, Guidonis Micchi, Vacconis nec non et mei Denago iamdicti Faventini notarii. Dominus Iohannes divina gratia Faventinus episcopus delegatus iudex a domino papa Urbano ad cognoscendam et terminandam causam que vertebatur inter dominum Rodulfum prepositum et canonicos S. Cassiani ex una parte et dompnum Petrum abbatem S. Reparate et suos fratres ex alia super ecclesia S. Laurentii de Saxublaria. Constitutus demum arbiter ex consensu partium in eadem causa de conscilio fratrum suorum arbitrando precepit ut dominus abbas refutaret atque postponeret in manu predicti propositi predictam ecclesiam S. Laurentii, unde litis erat, cum omnibus sibi pertinentibus et cum omni iure, quod in ea habebat vel habere sperabat, excepto iure patronatus, quod et factum est. Postea vero incontinenti similiter arbitrando precepit quod dominus prepositus pro se suisque successoribus concederet suprascripto abbati recipienti pro se suisque successoribus in perpetuum predictam ecclesiam S. Laurentii cum omnibus suis possessionibus omnibusque sibi pertinentibus ut habeat cum suis successoribus plenam potestatem disponendi predictam ecclesiam cum suis pertinentiis, et eligendum sacerdotem quemcumque voluerit sive monachum sive alium. Ita tamen ut ante introductionem in ecclesiam representet eum choro ecclesie S. Cassiani, qui eum confirmari debeant et de ecclesia investire, nisi manifeste ratione delicti vel enormitatis persone talis fuerit qui canonice debeat reprobari, et iuret predictus sacerdos, si monachus non fuerit, fidelitatem ecclesie S. Cassiani secundum morem aliorum sacerdotum eiusdem plebis. Si vero monachus fuerit, per librum et stolam debeat investire prepositum S. Cassiani vel maiorem sacerdotem eiusdem ecclesie, si prepositus ibi non fuerit, quod fideliter hanc diffinitionem seu arbitrium in totum observabit, et bona fide concordiam inter abbatem et canonicos retinebit; et debeat predictus sacerdos sive monachus sive alius omnes reverentias predicte plebi S. Cassiani exhibere, quas alii capellani exhibent. Et medietatem omnium testamentorum et oblationem colligere et predicte plebi dare secundum eam formam quam capella castri Ducie eidem plebi facit. Hoc arbitrium

utraque pars laudavit atque firmavit, et predictam concessionem dominus Rodulfus prepositus pro se suisque successoribus presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet presbitero Uguicione et Hymerio diacono, dompno Petro abbati S. Reparate suisque successoribus fecit in nullo preiudicans pacto sive concessioni quam capelle de castro Ducie fecerat. Hoc autem arbitrium et diffinitionem predictus dominus prepositus de consensu iamdictorum fratrum suorum pro se suisque successoribus firmum tenere et in nullo contravenire, sed potius quod concessit auctorizare et defensare ab omni persona hominum iamdicto abbati suisque successoribus sub pena unius uncie auri promisit. Et dominus abbas presentibus et consentientibus dompno Rainerio camarlengo et dompno Guilielmo pro se suisque successoribus omnia, ut superius legitur, iamdicto preposito suisque successoribus sub eadem pena observare promisit, et pena soluta ab ea parte que contra fecerit, omnia, ut superius legitur, maneant firma in perpetuum. His omnibus suprascriptis ego Denago iamdictus Faventinus notarius interfui, et ut vidi et audivi et a partibus rogatus fui, ita scripsi, complevi et absolvi.

(Aa). Ego Iohannes Faventinus episcopus manu mea subscripsi. Ego Petrus abbas S. Reparate manu mea subscripsi.

I V, 87. - Orig., mm. 285×205. -- Zaccaria II, 130; Kehr, V, 165, n. 2.

361.

Imolae, 30 novembris 1186.

Permutatio unius petiae terrae facta a Terentino cum Brocardo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXVI, tempore * * et Federici imperatoris, die ultimo mense novembris, indiccione IIII, Imole. Ego quidem in Dei nomine Terentinus nomine permutacionis sive cambii do et permuto tibi Brocardo et accipienti pro te tuisque filiis et heredibus; idest duas turnaturias terre positas in Lacuna S. Cassiani canonicorum, extimatas aut plus aut minus, in eodem contractu permaneat: a lateribus eius canonici S. Cassiani et strata Montanaria, et heredes Albertinelli Iohannis Berte, et tu ipse Brocardus. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et

permuto tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid tibi placuerit faciendum cum tuis filiis et heredibus, do tibi licenciam ad dandam pensionem et conveniendi cum dominis quorum iuris est. Et insuper do tibi Brocardo L et unum soldum et medium. Pro eo quia tu Brocardus similiter das michi et permutas unam turnaturiam terre et duas partes alterius terre positas in le Rose de la Cruce de Plegasegale: a lateribus eius Florentinus et ego ipse Terentinus et Iohannes Banbolis et tu ipse Brocardus. Et ego iamdictus permutator hanc permutacionem firmam tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam in placito vel extra placitum, aut quolibet modo, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam centum soldorum lucensium, et post penam solutam, hec permutacio maneat firma. Quam scripsi ego Martinus Imolensis notarius. Et licenciam habeas intrandi in supradicta re.

Testes ad hec rogati fuerunt Agrestolus, Allonerius, Ugo faber, Natalis.

IV, 88. - Orig., mm. 282×143.

362.

Ad S. Cassianum, 12 decembris 1186.

Tethericus abbas S. Donati canonicis S. Cassiani concedit in emphytheusim medietatem possessionis quam habet in Violatha, et usumfructum lignorum de fundo Ramathaello S. Ioannis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo sexto, temporibus Urbani pape et Federici inperatoris, die duodecimo intrante mense decembris, indictione quarta, actum in castro S. Cassiani, in curia canonicorum. Ego quidem in Dei nomine dompnus Tethericus abbas ecclesie S. Donati de castro S. Cassiani cum consensu et voluntate fratrum prefatae ecclesie, causa dilectionis et amoris nomine pacti concedimus et largimur vobis canonicis ecclesie S. Cassiani acceptoribus pro vobis et pro vestris succesoribus in eadem ecclesia permanentibus usque ad annos advenientes centum ad renovan-

dum; idest medietatem totius possessionis quam ecclesia S. Donati habet in Violatha, ubicumque sit, territorio Corneliensi et plebe S. Marie in Solustra; hoc totum concedimus vobis ad habendum, tenendum, fruaendum cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus usque ad annos advenientes suprascriptos ad renovandum. Ita sane quod suprascripti canonici ecclesie S. Cassiani cum illorum succesoribus relincunt prefate ecclesie S. Donati pro pensione singulis quibusque annis candelas et albulos, quos recipiebant in die martis sancte Resurectionis ab eadem ecclesia S. Donati. Et insuper concedimus vobis usufructu lignorum totius fundi de Ramathaello S. Iohannis donec pro silva tenebitur. Pensio vero tantum relinquatur, ut superius legitur, in renovatione dare debeant III solidos veronensium. Promittimus preterea omnia suprascripta auctoriare et defensare vobis vestrisque succesoribus cum meis fratribus et succesoribus sub pena duarum untiarum auri, et pena soluta, hoc totum, ut superius legitur, firmum teneatur. Licentiam autem introeundi vestra auctoritate habeatis.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

(Aa). † Ego Tedericus abbas S. Donati manu mea subscripsi.

† Ego domnus Michael presbiter S. Donati manu mea subscripsi. Ego Iohannes Albus acolitus et monacus S. Donati manu mea subscripsi.

IV, 89. - Orig., mm. 315×220. - IV, 90. - Exemplar saeculi XIII, mm. 227×114.

363.

[Ad S. Cassianum], 20 decembris 1186.

Calvus Drutholo Panarole vendit petiam arvi in fundo Bonzolo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo sexto, temporibus Urbani pape et Federici inperatoris, die duodecimo exeunte mense decembris, indictione quarta, actum in strata Petrosa. Ego quidem in Dei nomine Calvus do et vendo tibi Drutholo Panarole emptori pro te tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest peciam unam terre laboratorie posita in fundo Bonzolo: a primo latere iamdictus emptor, a secundo Guidolus, a tercio via, a quarto * *, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra

se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et in perpetuum habendum cum tuis filiis et heredibus, ut superius legitur. Pro eo quia accepi a te pretium pro iamdicta terra denariorum monete lucensis solidos xviiii et medium. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta terra facere questionem, repeticionem aut litem movere contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam sive in placito vel extra placitum, aut quolibet modo. Promitto me preterea suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc venditionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et pena soluta, hic contractus venditionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Licenciam autem introeundi tua auctoritate habeas. Et si qua lis vel molestia aliquo in tempore de suprascripta terra tibi aparuerit, licenciam habeas introeundi tua auctoritate in duabus turnaturiis terre in canpo meo de Purcilla : a primo latere Farnetus, a secundo suprascriptus Calvus, a tercio Surianus ; et eas teneas quousque iamdicta venditio fuerit expedita meis expensis sine tuo gravamine.

Testes Azatas, Guidolus, Andriolus rogati fuerunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi omnia predicta.

IV, 91. - Orig., mm. 222×137.

364.

[Imolae], 23 februarii 1187.

Donatio quorundam casamentorum quae sunt posita in burgo civitatis Imolae facta in fovorem canonicorum S. Cassiani.

[In nomine] Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo octuagesimo vii, temporibus [Urbani pape et] Federici inperatoris, die vi exeunte mense februarii, indictione v, actum . . . . [in lo]co qui dicitur Castelare. Nos quidem in Dei nomine Iohannes Gattus et Spa . . . . . nus Insigna et Albertinus Valvecle et Gerardus Spottus atque Mercathante . .

[Iohannes] Gise damus et donamus vobis canonicis ecclesie S. Cassiani videlicet . . Uguitioni, et sacerdoti Christiano atque Ugoni levite receptoribus pro vobis [et pro vestris] fratribus et succesoribus in predicta ecclesia comorantibus ; idest casamenta . . . [cu]m domibus et cum eorum pertinentiis que sunt posita in burgo civitatis Imole . . . . . etiam Donati, Iacobi extra portam S. Egidii. Et ego Iohannes Engezellus do vobis [supradicti]s canonicis vestrisque succesoribus ; idest casamentum meum ab inferiori latere strathe. Et ego Guido Bergulli do vobis iamdictis canonicis canpum meum in loco qui dicitur Bergulli, extimatum xxv turnaturias. Eo videlicet tenore damus vobis prenominata casamenta et canpum ut vos et vestri fratres debeatis nobis [nostris]que filiis et heredibus reddere predicta casamenta cum domibus et canpo in pactum centum annorum ad renovandum ; tempore vero renovationis unusquisque nostrum debeat vobis vestrisque fratribus et succesoribus dare pro suo casamento duos solidos luccenses pro renovatione et xii denarios pro pensione. Et ego Bulgarus filius quondam Peregrini de Petro Bulgari do et dono vobis prenominatis canonicis vestrisque fratribus et succesoribus casam meam cum casamento et cum suis pertinentiis que est posita in civitate Imole in hora S. Egidii : a primo latere Ugolus Donundi, a secundo iamdictus Bulgarus et Iohannes Engezellus, a tercio via, a quarto * * ; ea conditione et tenore, sicut superius legitur, et si contigerit me vel filios vel filias meas mori sine filiis, tunc liceat vobis in predictum [casa]mentum et casa vestra auctoritate intrare, et liceat vobis de iamdicto casamento facere quicquid vobis placuerit : hanc autem donationem facimus vobis pro redemptione animarum nostrarum nostrorumque parentum. Promittimus nos preterea iamdicta nostra casamenta et cum eorum pertinentiis ab omni persona hominum auctorizare et defensare vobis prefatis vestrisque fratribus et succesoribus sub pena dupli, et pena soluta, hic contractus maneat firmus. Iamdictus Iohannes Gise fecit pro se et mandato et iussione patris sui et fratris. Omnes iamdicti hoc instrumentum scribere iusserunt unusquisque pro se, sicut superius legitur. Testes Gandulfus iudex, Marcolus Brocardi, et unusquisque iamdictorum fuit testis ad factum alterius.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 92. - Orig., mm. 262×156. Charta sinistrorsum lacera est.

365.

Veronae, 23 iunii [1187].

Urbanus III compositionem de sepulturis et oblationibus factam inter canonicos S. Cassiani et praepositum S. Mariae de castro Dutiae ratam habet, ac laudum ab episcopo Faventino latum circa ecclesiam S. Laurentii de Saxoblario confirmat.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis R(odulpho) preposito et canonicis S. Cassiani salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu compositionem amicabilem inter vos et Guidonem rectorem ecclesie S. Marie de castro Ducie et populum ipsius loci de sepulturis et oblationibus, sicut de assensu partium sine pravitate facta est, et hactenus observata, et in scripto autentico continetur, ratam habemus eamque auctoritate apostolica confirmamus. Sentenciam quoque quam venerabilis frater noster I(ohannes) Faventinus episcopus ex delegatione nostra pro vobis super ecclesia S. Laurencii de Saxoblario contra abbatem S. Reparate protulit, sicut ab eo canonice lata est, nec legitima appellatione suspensa, et ipsius episcopi autentico scripto firmata, duximus nichilominus confirmandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incorsurum. Datum Verone IX kalendas iulii.

IV, 84. - Orig., mm. 160×195, cum sigillo plumbeo. Cf. n. 360. — Manzonius, 119; Zaccaria, I, 129; JL. 15878; Kehr, V, 165, n. 3 et 173, n. 1.

366.

Imolae, 3 iulii 1187.

Consules et rectores Imolae Henrico episcopo Corneliensis Ecclesiae donant possessionem positam in loco qui dicitur Montale.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXVII, tempore Urbani pape et Fede-

rici imperatoris, die tercio intrante mense iulii, indiccione quinta, Imole, in choro ecclesie S. Marie in Regula. Nos quidem in Dei nomine Bonzus de Martignanis et Savarisius Ragonis et Expectatus legis peritus et Gamdulfus iudex et Nordilus et Iacobus Baldizonis et Aimelginus consules Imole et rectores pro nobis et pro sociis nostris et pro tocius comuni honore et proficuo nostre civitatis cum consempsu et presemcia tocius consilii predicte civitatis damus et donamus vobis domino Henrico Dei gratia sancte Imolensis Ecclesie episcopo accipienti pro vobis et pro cimiterio predicte sancte Imolensis Ecclesie et pro canonicis vestris et pro domorum vestrorum edificatione seu edificiorum vestrorum, que ibi facere volueritis, atque pro ipsa ecclesia sancta et pro successoribus vestris et pro ibi Deo servientibus et commorantibus ad iura propria in perpetuum ; idest quandam possessionem, que est posita in loco qui dicitur Montale, in qua concordati vobiscum fuimus, et eam aperticavimus ad ecclesiam episcopatus in ea faciendam : primo latere strata S. Donati, secundo latere fosatum antique civitatis, tercio latere fosatum burgi de S. Iacobo, quarto latere homines de S. Cassiano. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus vobis accipienti pro vobis et pro canonicis vestris et pro cimiterio sancte ecclesie et pro successosibus vestris, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, possidendum cum vestris confratribus et successoribus eiusdem ecclesie et in predicta ecclesia, seu pro predictis rebus ad iura propria in perpetuum more salario permanendum ; et pro irarum remedio et iniquitatum seu discordiarum nostrarum que huc usque fuerunt inter nos et homines S. Cassiani. Et ideo quia debemus ibi edificare et facere episcopatus ecclesiam ad Dei honorem et eius matris beate Marie Virginis atque beati Casiani martiris Christi et aliorum sanctorum Dei : legibus enim cautum est quod semel datum vel concessum fuerit in sancto vel venerabili loco, nullo modo revocetur. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare racioni et vi, et hanc donacionem firmam tenere vobis vestrisque canonicis et successoribus vestris eiusdem ecclesie cum nostris successoribus et filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecerimus et omni(a) supradicta, que superius legitur, non observaverimus nos aut comunum nostre civitatis vel nostri sucessores, aut per aliquam personam a nobis submissam vel

submittendam sive in placito vel extra placitum, neque quolibet modo, tunc promittimus nos cum nostris filiis et heredibus et successoribus propter comunum nostre civitatis daturos penam centum librarum luccensium vobis et canonicis vestris et successoribus vestris eiusdem ecclesie permanentibus, et post penam solutam, hic contractus donacionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Martinus Imolensis notarius. Et vestra auctoritate in suprascriptam rem intrate.

Testes ad hec rogati fuerunt Iohannes Rambertinus, Ungarellus et Ugolinus Donne et Rainucius Serre et Ungarucius et Ugolinus Ubertini, et Liuterius et Laffius Alferii et Balbus Gisaltrude et alii quorum non est numerus et in presencia tocius Imole consilio afirmante omnia supradicta.

IV, 93. - Orig., mm. 385×259. In versu extat nota uti n. 10. — Manzonius, 123; Alberghetti, II, 97; Zaccaria, II, 62; Mazzatinti, I, 188.

367.

Imolae, 12 augusti 1187.

Canonici S. Cassiani Hugoni concedunt in emphytheusim unam petiam arvi sitam in loco qui Fossole appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo septimo, temporibus Urbani pape et Federici inperatoris, die duodecimo intrante mense augusti, indictione V, actum Imole. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ob hoc necese est scripture vinculis anotari ne vergentia temporum oblivioni mandentur ac iurgia generentur. Quapropter ego quidem in Dei nomine presbiter Rodulfus atque prepositus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate fratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Ugoni acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum ; idest peciam unam terre laboratorie que est posita in loco qui dicitur Fossole : a primo latere Guido Melior, a secundo riolus Fossole, a tercio * * * *, territorio Corneliensi et plebe S. Marie in Solustra. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut

inferas pensionem nobis nostrisque succesoribus cum tuis filiis et heredibus, omni anno in mense martii aut infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete lucensis solidos xxx et tres. Ita sane ut non liceat tibi predictam rem nec vendere nec donare nec aliquem contractum facere, nec alicui dare sine nostra licentia vel nostrorum succesorum, licencia tibi data vel tuis heredibus, liceat tibi dare cuicumque volueris, salva dompnica ratione persolvenda ; et non liceat filiis tuis neque tuis heredibus predictam rem vendere, ut superius legitur. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et succesoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Licenciam introeundi in predicta terra tua auctoritate habeas.

┼ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii ac ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi et emendavi.

IV, 94 - Orig., mm. 230×158. In versu, eadem manu Appare Ugonis calzolarii de Ducia; *manu saeculi XIII* Hanc habet filius Guidonis Melioris.

368.

Imolae, 18 septembris 1187.

Canonici S. Cassiani Ioanni de Albertolis et Alberto Bonaldo concedunt in emphytheusim unam petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo clxxxvii, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die tercio decimo exeunte mense septembris, indiccione v, Immole, iuxta ecclesiam S. Donati. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus Dei gratia ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu et voluntate canonicorum et fratrum meorum eiusdem ecclesie nomine pacti concedo et largior vobis Iohanni de Albertolis et Alberto Bonaldo accipientibus pro vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre que est posita in fundo

qui dicitur Garnarolum, extimatam VIII turnaturias, aut plus aut minus, in eodem contractu permaneat, territorio Immolensi, plebe S. Prosperi: primo latere limes, secundo latere Sgmius, tercio latere homines Muscite, quarto latere iura S. Petri in Sala. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum sexaginta et novem; ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus predicte ecclesie S. Cassiani cum vestris filiis et heredibus omni anno duos denarios lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis nomine mercedis pro unaquaque turnaturia terre XV solidos lucenses, tempore renovacionis nobis dare debeatis pro renovacione XX solidos lucenses tantum et non plus. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus predicte ecclesie suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia, que superius leguntur, non observavero, vel ego vel mei successores aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me cum meis confratribus et successoribus predicte ecclesie daturum penam dupli posesionis vobis vestrisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Martinus Immolensis notarius. Et licenciam habeatis intrandi in possesione nostra auctoritate.

Testes fuerunt rogati Antolinus et Rodulfus et Iohannes Gisaltrude.

IV, 63. - Orig., mm. 260×142.

369.

Imolae, 14 decembris 1187.

Canonici S. Cassiani Hugoni eiusque fratri Albertino concedunt in emphytheusim unam petiam arvi in loco Frascario sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo septimo, temporibus Gregorii pape et Federici in-

peratoris, die quarto decimo intrante mense decembris, indictione v, actum Imole. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necese est scripture vinculis anotari ne vergencia temporum oblivioni mandentur ac iurgia generentur. Qua propter nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur vobis, videlicet Ugo in una medietate dicende rei et Albertino eius fratri in alia medietate, acceptoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum; idest peciam unam terre laboratorie extimata novem turnaturias terre et mediam, que est posita in loco qui dicitur Frascarius: a primo latere filii Guidonis Albertini, a secundo via, a tercio * * * *, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indictionem denarios tres monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete lucensis libras VIII et XIIII denarios. Ita sane ut non liceat vobis neque vestris filiis et heredibus predictam terram nec vendere, nec donare neque ullum contractum facere, nec alicui dare sine nostra licencia vel nostrorum succesorum; licencia vobis data, liceat vobis dare aliis cuicumque volueritis, salva dompnica ratione persolvenda. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum autoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris fratribus et succesoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observavevit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Manus investitor fuit Mo[ran]dus castaldus.

† Ego Albertus Dei gratia imperialis notarius et ecclesie S. Cassiani manu mea scripsi.

IV, 95. - Orig., mm. 229×134. In versu, manu eiusdem notarii Apare filiorum Pagane.

370.

[Ad S. Cassianum, ante annum 1188].

Nota pensionum quas canonici S. Cassiani percipiunt.

Cartula pensionum canonice S. Cassiani hec est.

DE CASTRO S. CASSIANI. Iohannes Guidonis Adami I den. luc.; [1] (Aimaldolus Bricco II den. luc.); [2] Albericus Ricardi II den. luc.; Michilettus Teuzolini I den. luc.; Guido Solustre . . . II (den.) luc.; Cassolinus Guilelmi alb.[1] I; Paulus Martini Balbi I den. luc.; Guidolus Santerni et frater eius IIII alb.; Iohannes Gavelli I den. luc.; Stemperatus Prataline I den. luc.; Ugitus Brignani I den. luc.; Errus I den. luc.; Albertanellus Blancole II den. luc.; Ordelaffus (VII den. luc. pro prato in festivitate S. Martini, et) IIII pro pensione de ter[ra] . . . . (Nichola Albuini I den. luc.); . . . . Albertinus de Bucaforte I den. luc.; presbiter Orlandus . . . . (bertus diaconus I den. luc.); Ugolinus Tusce I den. luc.; Fi . . . . Iuanellus I den. luc.; Farulfolus Rizus I den. luc.; (Petrus Zanzulli I den. luc.); Rodulfus Iohannis Orlandi VI alb.; Albricus Merlus II den. luc.; Petrus Maior I den. luc.; (Albertus Calzaspata I den. luc.; Gracianus Adali) I den. luc.; Orlandinus Peioli IIII den. luc.; Girardus Baldizionis cum fratre eius II den. luc.; Albertus Fulci II den. luc.; Pirolus Fulci I den. luc.; Iacobus Matharassi I den. luc.; Guido Alberti Adalasie III alb.; Madiana filia Guidonis Aquevive VI den. luc.; Girardus Raimundi II den. luc.; Garatonus II den. luc.; Guidolus de Albignano I den. luc.; Girardinus Petri Corvarie de Monte Catonis I den. luc.; Brandolus domine Imelde I den. luc.; Hospinellus et frater eius Episcopellus filii Bonifacii III luc. et I alb.; Pepolus Attoli et Guascone [con]sobrinus eius I den. luc.; Nichola Albuini et Petrus Zanzulli I den. luc.; Marsibinia de Petro Mainardi . . . den. luc.; Gibertinus tabelio I den. luc.; Girardus Bassalance III alb.; Uguitio Adalasie . . . . [den.] luc.; Petrus Vetulus cum fratribus suis II den. luc. et medium; Guido Tasathuri I luc. et . . . . Albrigotus I luc. et II alb.; Iohannes Bonus et Engelicia II luc. et medium; Bassus . . . . . mmellus II den. luc.; filii Iohannis R . . . . . dolus I den. et II alb . . . . Spetolus I

den. luc.; .... I alb.; Mar .... et II alb.; Iohannes de .... den. luc.; Ugo Portora ..... (mus filius Lambertini I den. luc.); Deganellus II alb.; Zafolus ...... suo I den. luc.; Rusticellus Maglavaca pro cascamento II den. luc.; Basus I den. luc.; ... ei I den. luc.; Casolus Alberti Ildebrandi I den. luc.; filius Cambe Fulsi I den. luc. et medium; Vivianus Gue.. us I den. luc.; Spersonatus I den. luc.; Orlandinus de Nevia I den. luc.; Vitalitus de Campione I den. luc.; Ugolinus de S. Vitale I den. luc.; Gido de Baldolo I den. luc.; Aldebrandolus de Bonagente II den. luc. et dimidium; Iohannes Potestas pro casamento II den.; Afamacaballum I den.; Primatizus II alb.; Ugo de Onorato II den.; Ganitone cum consobrino pro casamento II den. luc. et II abulos * *; Gido da Medicina I den.; Dominicus de Bonagente II den. luc. pro casamento, et duos pro terra; Ugolinus de Guidone Guithiti I den. luc.; filii Pauli de Mascerata III den. luc.; Albertus de Celola I den. luc.; Iohannes Clariellus I den.; Achirolus de Ortodonico I den.; Morandolus Bodoine I den.; Descazatto filius Petenarii I den.; Leonese IIII den. luc.; Aginulfus II den. luc.; Salamon de Vithiloni I den.; Ugo Pagane IIII den. luc.; Tonsus de Pallazo I den. luc.; Benagolus de Farneto I den. luc.; Martignone I den. luc.

IN CURTE DUCIE. Guido Rigi IIII den. luc. inter episcopum et canonicos; Muttus filius eius II den. luc. inter episcopum et canonicos; presbiter Gerardus I den. luc.; Gerardus nepos eius VI alb.; Girandinus Marutte I den. luc. et IIII alb.; Cavalcabos I den. luc.; Petrus de Fresone cum fratre suo I den. luc.; Ugo faber I den. luc. et II alb.; Ugizio massarius I den. luc.; Anchebene cum fratribus suis II den. luc; Ubaldinus de Lanfranco I den. luc.; Tortilianus et Ildebrandus IIII libras olei in initium Quadragesime; Pithircinus filius Iohannis Boni I den. luc.; Superbus Astolfi I den.

IN VITHILUNI. Petrus de Casale I den.

IN CIVITATE IMMOLA.[3] Peregrinus Bulgari[4] VIII alb.; Bulgarus cum Bretramo[5] de Alberto Bulgari VIII alb.; Iohannes Ranbertini IIII alb.; Bulgarellus cum fratribus suis IIII alb.; Ildebrandus Sedonie VIII den. luc.; Petrus de Runco I den. luc.; Rodolfinus Urse cum Nigrolo et Ugone de Martignano et Bellaina et Iohanne de Roza consortibus suis[6] II den. luc.; Guilla Zamboni I den. luc.; Deustesalvi I den. luc.; Divisia I den. luc.; Guido Petri Brice I den. luc.; Balbus Ugonis Gisaldrude cum

fratre et cum nepote I den. luc.; Ugo Gasdie nepos eius I den. luc.; Almiriculus [7] Zambonelli I den. luc.; Rozerius Martignani IIII den. luc.; Iohannes Auca I den. luc.; Iacobus Guidonis Micci cum nepote II den. luc.; Ugo Guiduze et Villanus et Presbiter fratres eius III den. luc.; Iohannes Capellus I den. luc.; Isnardus Aveline I den. luc.; Santernus Gatti I den. luc.; Nichola de Brithonibus I den. luc.; heredes Guidonis Bovis I den. luc.; Guilelmus [8] Petri Albici I den. luc.; Clemenzolus [9] et Paganella soror eius I den. luc.; Archirolus et Agrestolus et Orlandinus filii Gandulfi Poteste VI den. luc.; Albertinus Iohannis Blànci II den. luc.; Petrozinus [10] de Cafarello et Zambonellus Gisulfus [11] cum consortibus suis IIII den. luc.; Guilelmus Peruberti I den. luc.; filius Orabone Rodulfi Macerate I den.: Prethella [12] uxor Bennonis Pagani I den. luc.; Sansolinus [13] de Vitale et Iohannes de Bonosavere I luc.; Isacattus de Martino de Leticia [14] I luc.; Alkirolus Potesta I den. luc.; Scavolus [15] IIII alb.; hospitale de Silice I den.; hospitale de Tilgno I luc.; Brucardus Matharaso IIII luc.; Nigrolus Petri Albertelli II alb.;[16] Palmerius et Ugo de Selustria [17] II luc [18] Biccus [19] II alb.; Martignone Iohannis Bricie [20] II den. luc.; Lanzolinus de Gais III alb.: Alfirolus de Fantone I den. luc.; filius Ranfredoli Aviline I den. luc. pro terra Puell[e]; Thomas faber I den. luc.; Ildebrandus frater presbiteri Alberti de S. Michaele I den. luc.: [21] « sacerdos Ug[o] de fratre Spanii I den.; Albertus Forbispatas I den.: Ugolinus Donzi I den. luc.; pro terra domine Dapie * *; Storarii de Capite Silicis, scilicet Iohannes et Petrus et Albertus fratres debent canonice dare o[mni] anno pro pensione in principio Quadragesime maioris XX pisces et IIII albulorum pro mansione in qua habitant, pisces dant pro duabus partibus . . . eius . . . mansi qui est positus in fundo qui dicitur Metatum vetus: Bonusfilius Iohannis ca . . . . . tercia parte supradicti mansi debet dare decem pisces in inicio Qu[adragesime] . . . pro quodam manso qui est in Villa Prate, que dedit Odo . . . . . . canonice S. Cassiani quam tenebat Bonzius de Argent[ea . . . . ne]pos eius supradictus Bonzius omni anno dabat canoni[ce] . . . . . . in principio Quadragesime XX pisces, et nepos eius dece[m] . . . . . .; Brusatus filius Tusci de Fabriaco pro uno manso terre quem h . . . . . mea debet dare XXX pisces in vigillia S. Cassiani »; [22] Guaibanellus II den. luc.; Bonusmartinus de Belladonna II den. luc.; Petrus Barutellus I den. luc.; Iohannes Cignanus II den. luc.; Santernolus Occobella I den.

luc.; « Rainacharius cum fratre XII den. luc.; Martinellus beccarius I veronensem; Iacobus Brunitti I veronensem »; ecclesia Ortodomnici XXIIII den. luc. « et IIII den. pro pensione de terra quam dedit domina Daria pro anima sua et suorum parentum canonice S. Cassiani, supra quam terram habitant homines Ortodonici; ecclesia Vitilionis IIII sol. ».

IN CASTRO IMMOLE. Kimbolus II den. luc; Ugo Iohannis Zaniti II den. luc.

IN MACERATA. Zanboninus I den. luc. et duas optimas tincas; « Zanbonus et frater eius II den. luc. ».

IN MAZANCOLLO. Monaca IIII alb. De Monte Catonis: Gidottus cum fratribus suis filiis Alisinde II obulos.

IV, 72. - Orig. fragmentarium, mm. 500×390. Charta in duas columnas divisa est. Tam in marginibus quam in textu quamplurimae occurrunt lacerationes. = IV, 116. - Exemplar saeculi XII, mm. 295×105. In margine inferiore huius chartae eadem manu scriptum est de Alberto, *inferius* dicto Alberto Albrici = *IV, 117. - Aliud exemplar saeculi XII, mm. 243×123. In margine inferiore* ...... Albertelli I den. luc. *In iis duobus exemplaribus, quae solum continent notam pensionum quas canonici in civitate Imolae percipiebant, nonnullae variationes et additiones inveniuntur: primum exemplar litera A, alterum litera B designatur.*

[1] den. luc. = denarium, os luccensem, es; alb. = albulum, os [2] *Verba relata inter duas parentheses ( ) abrasa sunt.* [3] *Initium secundae columnae et aliorum duorum exemplarium.* [4] *B habet* Palmerius Peregrini *et omittit* IN CIVITATE IMMOLA. [5] *A* Bertramo [6] *In A sequitur* cum consortibus suis [7] *A* Aimirigolus [8] *A, B* Guilgemus [9] *A* Clementolus [10] *A* Petrocinus [11] *A* Gisulfi [12] *A* Preitella [13] *A* Sasolinus [14] *A* Letitia [15] *A* Sclavolus [16] *In B sequitur* Azo medicus I alb. [17] *A* Selustra [18] *B* den. luc. [19] *B* Biccus Alberti Alberici [20] *A* Briciȩ [21] *Hic desinit exemplar A; in exemplari vero B sequuntur haec verba, alia manu saeculi XII, que etiam reperiuntur in orig. (cf. p. 451 in fine)* Gaibanellus I den. luc.; Bonusmartinus de Belladonna II den. luc.; Petrus Barrutellus I den. luc.; Iohannes Cinanus II den.; Santernolus Occlobello I den. luc. [22] *Verba relata inter signa « » alia manu saeculi XII scripta sunt.*

371.

[Ad S. Cassianum, ante annum 1188].

Nota pensionum quas canonici S. Cassiani percipiunt.

Hic denotantur pensiones quas canonici S. Cassiani accipiunt.

IN PRIMIS IN S. CASSIANO. Iohannis Guidones Adami I den. luc.[1]; Petrus Briccus II luc.; filius Ugitti de Brignano I luc.;

Gratianus Athali I luc.; Guido Santerni IIII alb.; Seraphinus II alb.; Albericus Merlus II luc.; Mikelettus II luc.; Farulfus Ritius I luc.; Ugo Apesapanem II alb.; Ugo Tuscię I luc.; Albertinus Calzaspatam I luc.; Rodulfus Iohannis de Orlando VI alb.; Stemperatus I luc.; Albertinus de Fulcis I luc.; Pirolus I luc.; filię Ravignetti I luc.; Paulus Iohannis Balbi I luc.; Cassolinus Bonę I alb.; Teucia Rogateria IIII luc.; Iuanellus I luc.; Errus I luc.[2]

IN IMOLA. Bulgarus et Bretamus VIII alb.; Peregrinus similiter; filii Petri de Bulgaro similiter, Brocardus IIII luc.; Isnardus Avilinę I luc.; Clemenzolus I luc.; Fringuilli III luc.; Iohannes Capellus I luc.; sotius eius similiter.

IN MACERATA. Albertinus Zanboni I luc. et duas tincas; Zanbonus et frater eius II luc.

IN DUCIA. Ugo faber I luc. et II alb.; Rodulfus Friso I luc.; Girardinus Mariettę I luc. et II alb.; Cavalcabovem I luc.; Ugicio massarius I luc.; presbiter Gerardus I luc.; Girardinus nepos illius VI alb.; Ubaldinus de Lanfranco I luc.; Puella I luc.

IN MAZAINCOLLO. Monacha IIII alb.

IV, 115. - Orig., mm. 350×125. In versu, eadem manu Cartula pensionis.

[1] *Cf. notam n. 370.* [2] *Sesqui linea omnino abrasa, quatuor linearum spatio interiecto, sequitur.*

372.

Ad S. Cassianum, 22 februarii 1188.

Concessio unius casamenti in Montale positi facta ab Henrico episcopo Imolensi in favorem Ioannis Trefortie.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo, temporibus Urbani[1] pape et Federici inperatoris, die octavo exeunte mense februarii, indictione V,[2] actum in castro S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dompnus Henricus Imolensis episcopus nomine pacti concedo et largior tibi Iohanni Trefortie acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes centum ad renovandum; idest casamentum unum positum in Montale: a primo latere Valenza, a secundo Iohannes Strathe, a tercio via, a quarto * *, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omni-

bus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, comutuandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas michi meisque succesoribus cum tuis filiis et heredibus in annis iamdictis centum transactis finiti [3] pro pensione duodecim denarios monete luccensis, et pro renovatione solidos duos tantum. Hoc do et concedo tibi pro solo amore et dilectione quem in te habeo; et licentiam habeas iamdictum casamentum vendere et donare atque comutuare, ut superius legitur, salva dompnica ratione. Et ego iamdictus locator cum meis succesoribus iamdictum casamentum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Tua auctoritate introeas et possideas.

Testes dominus Tedericus abbas monasterii S. Donati, archipresbiter Moises, presbiter Michael, Leuterius consul Imole, Pizolus notarius rogati fuerunt.

Iamdictus vero dominus episcopus michi Alberto notario scribere iussit in presentia multorum hominum de castro S. Cassiani.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia iamdicta manu mea.

IV, 96. - Orig., mm. 277×129. *In versu, eadem manu* Cartula Iohannis Striche.

[1] *Praecedit* Clementis *abrasum.* [2] *Pontificatus Urbani III et indictio V respondent anno 1187.* [3] *Ita habet originale.*

373.

Imolae, 2 aprilis 1188.

Canonici S. Cassiani Salamoni concedunt in emphytheusim unam petiam terrae sitam in Campo Gentili.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MC octuagesimo octavo, temporibus Clementis pape et Federici inperatoris, die secunda intrante mense aprilis, indictione VI, actum Imole, in canonica S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Salamoni accipienti pro te tuisque filiis et heredibus

usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum; idest peciam unam terre extimatam tornaturiam unam et dimidiam, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, positam in Ca(m)po Gentili: a primo latere Bulgarelli, a secundo iamdictus Salamon, a tercio Bernardus, a quarto Fossole, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum et in omnibus meliorandum in annis suprascriptis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii, aut infra indictionem, denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro iamdicta terra denariorum monete lucensis solidos XII. Ita sane ut non liceat tibi predictam terram vendere, nec donare, nec aliquem contractum facere nec alicui dare sine nostra licencia, licencia tibi data, liceat dare aliis salva dompnica persolvenda. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Morandus castaldus. Testes Sulimanus, Farulfolus.

✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani ⟨scripsi⟩ manu mea omnia predicta.

IV, 97. - Orig., mm. 207×132. In versu extat nota uti n. 10.

374.

Ferarolae, 14 maii 1188.

Hugolinus de Maruti vendit Drudolo de Panarola unam petiam arvi positam in loco Lungara nuncupato

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXVIII, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die XII intrante mense madii, plebe S. * *, territorio Corneliensi. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus de Maruti do et

vendo tibi Drudolo de Panarola emptori pro te tuisque filiis et heredibus ad iu(ra) propria in perpetuum; idest pecia una terre aratorie posita in loco qui dicitur Lungara: ab uno latere rivum predicte Lungare, a secundo latere via, a tercio latere possidet Panzolus, a quarto latere possidet Artusius de Fantinello. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum medietatem fructuum de olivis que super ea et super illa que tenetur, pro herede Uguizoni est, que cum illa dividitur, et cum omnibus sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et tuo nomine in possessione intrandum et possidendum ad iura propria in perpetuum. Pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete lucensis libras hocto et XII denarios. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut aliquam litem movere neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, neque in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fe(ce)ro et omnia supradicta, que superius legitur, non observavero, vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quod res valet, tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus.

Actum in loco qui dicitur Ferarola. Predictus venditor michi scribere mandavit.

Testes ad hoc rogati interfuerunt Ugo Urselli, Guido medicus, Petrus Giberti, Lasius.

Et ego Guido Alboriensis notarius interfui et scripsi.

IV, 89. - Orig., mm. 271×137.

375.

Imolae, 3 septembris 1188.

Rambaldus vendit Drutolo petiam terrae in Balana sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo, temporibus Clementis

pape et Federici inperatoris, die tercia intrante mense septembris, indictione VI, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine Rambaldus do et vendo, cedo, trado nec non perpetualiter transacto tibi Drutholo emptori pro te tuisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest peciam unam terre que est posita in Balana: a primo latere Rozerii, a secundo iamdictus emptor, a tercio via, a quarto habet ecclesia S. Salvatoris, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et ad iura propria in perpetuum habendum cum tuis filiis et heredibus. Pro eo quia accepi a te precium pro iamdicta re denariorum monete lucensis solidos XXX. Et abhinc in antea non liceat michi vendictori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de suprascripta re facere questionem, repeticionem, causationem aut litem movere contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc venditionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia suprascripta non observavero ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et pena soluta, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Licenciam autem introeundi in iamdicta terra tua auctoritate habeas.

Testes Spersonatus, Guido de Racco, Clarimbaldus, Guidobonus, Ugo Urselli rogati fuerunt. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 99. - Orig., mm. 312×144.

376.

Imolae, 25 maii 1189.

Laudum emissum in causa canonicorum S. Cassiani cum Tederico S. Donati abbate.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo octuagesimo nono, temporibus Clementis

pape et Federici inperatoris. die septimo [exeun]nte mense madii, indictione VII, actum Imole. Nos quidem in Dei nomine videlicet dompnus Guido presbiter ecclesie S. Egidii et Albertus Bonziti atque Drutholus Saurini et Melandolus electi laudatores et cognitores de lite, que vertebatur inter canonicos ecclesie S. Cassiani ex una parte et abbatem Tedericum [de S. Donat]o cum fratribus suis ex alia parte, pronunciamus et dici[mus atque la]udamus ut iamdictus dominus abbas cum fratribus et suc[cesoribus suis] persolvant omni anno in festivitate S. Andree [quinque solidos] monete luccensis iamdictis canonicis et illorum [fratribus et succesoribus in perpetuum et] in festivitate S. Petri de iunio [ali]os quinque [solidos de iam]dicta moneta. Eo videlicet tenore ut prefati vero [canon]ici pergant in vigilia S. Donati ad vesperas apud S. Petrum in Pitulum vel apud aliquam ecclesiam quam prefatus dominus abbas vel sui succesores habuerint in civitate Imole et burgorum, et in die festivitatis ad missam maiorem cum omnibus hominibus [et] mulieribus quos ipsi ducere poterint amonendo. Hec omnia iamdicta dicimus et firmamus. Et si aliqua pars venerit contra aliam ullo unquam in tempore sive in placito, aud extra placitum aud quolibet modo de suprascripta laude et pronuntione, quam superius diximus, sit una pars ad aliam in pena decem libras luccenses, et pena soluta, hic contractus pronuntionis [et] laudis in perpetuum maneat firmus. [Utr]eque partes firmaverunt predictam laudem in presentia [istorum tes]tium, scilicet Recordathi clerici, Grimaldi, Orlan[di de Tauxin]iano, Morandi et in mea Alberti notarii facta a suprascriptis [laudatoribus].

[† E]go Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie [S. Cassiani interfui ad omnia] iamdicta et manu mea scripsi ut utreque partes [et prefati laudatores michi iusserun]t.

(Aa). † Ego Tedericus presbiter et monachus adque abbas S. Donati manu mea subscripsi.

Ego Michael presbiter et monachus manu mea subscripsi.

Ego Iohannes monachus presbiter subscripsi.

IV, 101. - Orig., mm. 382×130. Charta pluribus in locis sinistrorsum arrosa est. Pro restitutionibus sequenti exemplari usi sumus. = IV, 102. - Exemplar saeculi XIII, mm. 277×242. Charta attrita est in margine dextero; authenticationem refert a notariis factam qui sunt Bonmercatus quondam Ugolini Floriti filius, Porphyrius de Bocca Guillelmi, Iohannes quondam Iacobi de Pidiano.

377.

Imolae, 26 maii 1189.

Charta donationis facta a Rodulpho de Hugolo in favorem fratris sui magistri Hugolini.

In nomine Domini. Anni Domini MCLXXXVIIII, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die sexto exeunte mense madii, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine Guido quondam filius Rodulfi de Ugolo facio cartam donationis inter vivos et cessionis et concessionis tibi magistro Ugolino fratri meo receptori pro te tuisque filiis et heredibus in perpetuum : idest de medietate omnium possessionum emptarum, quas possessiones comparavi et emi a Benno de Gualfredo, et Guidotto de Duza et eius nepotibus, positas in Rebezano et Vincareto, et quas emi ab Ugone de Collina et Atethelgardo filio Viviani : quarum possessionum mediedatem do, dono, cedo atque trado tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus exinde placuerit faciendum in perpetuum : que possessiones sunt site in Mazancollo et curte, territorio Imolensi, et plebe S. Savini, quantecumque sint et ubicumque sint cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus. Pro eo vero quia recepi a te tempore emptionum predictarum possessionum XXXVIII solidos lucenses ad medietatem supradictarum possessionum comparandam. Propterea ego recognoscens me male fecisse, cum pro te et per te, sicut pro me et per me debebam comperare et instrumenta recipere, hanc donationem tibi facio. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus pro me meisque filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero ego, vel mei heredes tibi tuisque filiis et heredibus, tunc promitto per me meosque filios et heredes daturum tibi tuisque filiis et heredibus penam dupli, quod res valet, et post solutam penam, hic contractus donationis maneat firmus. Supradictus Guido michi scribere iussit Imole sub porticu canonice S. Agathe. Presbiter Aldrevandus, Albertus de

Bulgarello, Ugitio Aldrevandini de Mazancollo, Arardus de Mazancollo, Arpinellus, Petrus scolaris de Vulterra, Iohannes romanus et alii multi testes rogati fuerunt.

Ego Henricus sacri palacii notarius scripsi et interfui.

IV, 100. - Orig., mm. 318×167.

378.

Imolae, 16 iunii 1189.

Testamentum factum ab Adhalina.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXVIIII, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die XVI intrante mense iunii, Imole, indicione VII. Quapropter ego quidem in Dei nomine Adhalina quia ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico pro anima mea quod ecclesia S. Casiani habeat servicium quod michi debet facere Vivianus. Si quis meorum heredum contra hoc meum iudicium, quod iudicavi, ire, vel agere, vel infringere et non observare tentaverit, solvat penam meam ultimam voluntatem observantibus x libras monete lucensis, et post solutam penam, hoc meum iudicium, sive testamentum sine scriptis maneat firmum; et si non iure testamenti valet, iure tamen codicilli vel ultime voluntatis valeat.

Quam scripsi ego Gido Imolensis notarius ut vidi et legi in protocollo, quod Ildebrandus medicus Imolensis notarius scripsit et fecit. Testes rogati fuerunt ad hec Petrus Ioachim, Matheus Follis, Girardinus Iohannis Gatti, Andreas rasor, Levandinus et eius filius, Auliverius, Tuscus, Gido frater Calandre.

IV, 103. - Exemplar saeculi XII, mm. 210×125.

379.

[Imolae], 13 iulii 1189.

Donatio a Ioanne Rambertino canonicis S. Cassiani facta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo nono, tempore Clementis pape et Federici imperatoris, die tertio decimo intrante mense iulis, indictione septima. Ego quidem in Dei nomine Iohannes Ram-

bertinus do et dono vobis videlicet sacerdoti Christiano et presbitero Ugutioni et Arduino diacono atque Tebaldo d i acono accipientibus pro vobis et vestris fratribus et succesoribus permanentibus in canonica vel in ecclesia S. Casssiani in perpetuum; idest tertiam partem thotius tenimenti cum arboribus, quam michi pertinet per aliquem modum vel titullum de silba que dicitur Vialada. Quantum infra confines predictarum rerum iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et sibi pertinentibus do et dono vobis prenominatis accipientibus pro iamdicta canonica, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, possidendum cum vestris fratribus et succesoribus eiusdem canonice, et in predicta canonica im perpetuum more salario permanendum. Predictam vero donationem vobis fatio pro remissione anime mee et filiorum meorum et patris mei et nepotum meorum. Eo videlicet tenore quod nulli (s) ali i s tribuere debeatis nec aliquem contractum cum aliquo facere, et homines de Casula semper adiuvare debeatis in negotio silve et bannum illut, quod homines de Casula posuerint de iamdicta silva, cum vestro consilio tenebitis, sicuti cum aliis dominis. Et ego suprascriptus donator iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promitto, et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque fratribus et successoribus eiusdem ecclesie in perpetuum. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia suprascripta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam xx solidos luccenses, et pena soluta, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus.

Albertus Dei gratia notarius sacri pallatii et ecclesie S. Cassiani condidit predicta instrumenta.

IV, 104. - Exemplar saeculi XIII, mm. 240×97.

380.

Imolae, 3 septembris 1189.

Ubertinus Hugolini Ubertini vendit canonicis S. Cassiani casamentum positum in fundo qui vocatur S. Stephani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXVIIII, temporibus Clementis pape et Federici

imperatoris, die III intrante mense settembris, Imole, indicione VII. Quapropter ego quidem in Dei nomine Ubertinus Ugolini Ubertini mandato Adhaline que licenciam et potestatem michi dedit in presencia Petri Ioachim, Mathei Follis, Girardinis Iohannis Gatti, Andree rasoris, Levandini et eius filius do et vendo vobis presbitero Ugicioni et presbitero Cristiano et Ugoni levite receptoribus pro canonica S. Casiani et pro vobis et pro vestris fratribus et successoribus ad iura propria in perpetuum; idest unum casamentum quod est positum in fundo qui vocatur S. Stephani: a primo latere tenet Burga, II strada, III Superclus, IIII via. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo vobis ad habendum, tenendum, vendendum, donandum ad iura propria in perpetuum habendum cum vestris fratribus et successoribus. Pro eo quia accepi a vobis precium pro suprascripta re denariorum monete lucensis solidos xxv, et quantum plus valet, pro redencione anime Adhaline et suorum parentum habeatis. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros fratres et successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submitendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere vobis vestrisque fratribus et succesoribus eiusdem canonice cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli vobis vestrisque fratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus.

Quem scripsi ego Gido Imolensis notarius. Testes rogati fuerunt ad hec Ugolinus Ubertini, Albertus notarius, Ugo Barocius, domna Calandra, Cecilia. Et vestra auctoritate introeatis et possideatis.

IV, 105. - Orig., mm. 280×174.

381.

[Imolae], 20 augusti 1190.

Donatio ab Inguelsia in favorem S. Cassiani facta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXX, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die XII exeunte mense augusti, indictione VIII. Et ideo ego quidem in Dei nomine Inguelsia do et dono vobis in Christi nomine dompno preposito de ecclesia S. Casiani memet cum filio meo in manu vestra cum omni iure et accione quam habeo et teneo et michi pertinet vel filio meo per aliquem modum vel titulum et investituram pono supra altare S. Casiani acceptori pro vobis et pro aliis vestris fratribus et successoribus in perpetuum permanentibus in predicta ecclesia; hanc autem donacionem facio pro remissione anime mee, promitto non venire contra, nec ego nec mei filii. Et ab hinc in antea non liceat michi donatrici nec filiis meis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem, aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel succesores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo vel ingenio. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donacionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et succesoribus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero, omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel filii mei vel heredes, tunc promitto me meosque filios vel heredes daturos penam x libras lucenses vobis vestrisque confratribus et succesoribus, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus.

Quem scripsi ego Guido Imolensis notarius ut vidi et legi in protocollo quod Albertus sacri pallazii et ecclesie S. Cassiani notarius scripsit et fecit. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus, Grimaldus, Matheus, Bencarus ostiarius, Rainaldus, Ugo clericus. Et vestra auctoritate introeatis in predictam rem et possideatis.

IV, 109. - Exemplar, mm. 258×166. In margine inferiore huius chartae alia assuta est (mm. 69×120) in qua documentum in compendium redigitur veluti sit ND *quae nec a Guidone neque ab Alberto notario scripta est.*

382.

Imolae, 28 augusti 1190.

Canonici S. Cassiani Athalasiae concedunt in emphytheusim petiam vineae in Isola cava sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo, temporibus Clementis pape et Federici inperatoris, die quarto exeunte mense augusti, indictione VIII, actum Imole in curia canonicorum. Ego quidem in Dei nomine dompnus Albertus prepositus ecclesie S. Cassiani una cum canonicis et fratribus meis nomine pacti concedimus et largimur tibi Athalase acceptrici pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et VIIII ad renovandum; idest peciam unam terre vineate posita in Isola cava: a primo latere Boncus de Martignanis, a secundo iamdicta Atalase, a tercio braita S. Marie, a quarto Petrus Polenta, territorio Corneliensi et plebe S. Laurencii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te nomine mercedis denariorum luccensium solidos x. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus iamdictam rem vendere sine nostra licencia nostrorumque successorum; si tollere voluerimus pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteris, si tollere noluerimus, liceat dare aliis, salva dompnica ratione. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat

firmum. Tua auctoritate introeas in iamdictam rem. Iamdictus dompnus Albertus prepositus cum fratribus suis hoc instrumentum pacti scribere rogaverunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 108. - Orig., mm. 290×168. In versu, eadem manu Appare Athalasie uxoris Burzisii.

383.

Imolae, 3 iunii 1191.

Canonici S. Cassiani presbytero Philippo ac Zanbono pro se aliisque accipientibus concedunt in emphytheusim sex petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die tercia intrante mense iunii, indictione VIIII, actum Imole, in curia canonicorum ecclesie S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi presbitero Filippo acceptori pro te et pro Rainaldo et Paganello et Beneincasa, et tibi Zanbono acceptori pro te et fratre tuo vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et novem ad renovandum; idest quattuor petias terre que sunt extimate VI turnaturias, due quarum sunt posite in loco qui dicitur Fontanella: a primo latere prime pecie heredes Talavazi, a secundo Zizus, ab aliis duobus via; a primo latere secunde pecie: Ildebrandolus, a secundo Martignonus, ab aliis duobus via; tercia pecia est posita in loco qui dicitur Menetha: a primo latere Ugulinus Sulimani, a secundo Tusci, ab aliis duobus via; quarta pecia est in loco qui dicitur Lama: a primo latere via, a secundo Tusci, a tercio Guithuzolus, a quarto heredes Guidonis Rodulfi, territorio Corneliensi, et plebe S. Savini de Mazaincollo. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aut

infra indictionem denarios duos monete Venetie; et omni anno in festivitate S. Cassiani nobis tribuatis similiter VIII denarios monete luccensis pro opera, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos VIIII. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare vel comutuare neque comendationem facere, neque loco pignoris ponere, neque per aliquem modum vel ingenium alienare nisi in nobis vel in nostris succesoribus, vel inter vos. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis in predictam rem.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 111. - Orig., mm. 308×136.

384.

Imolae, 3 iunii 1191.

Canonici S. Cassiani Martignoni et Guidoni de Zaulo concedunt in emphytheusim duas petias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesino centesimo nonagesimo primo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die III intrante mense iunii, indictione VIIII, actum Imole. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Martignoni acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest duas turnaturias terre et mediam inter terram et vineam que sunt posite in loco qui dicitur Fontanella: a primo latere prime pecie Zanbonus, a secundo Ailina, a tercio stratha, a quarto * *; a primo latere secunde pecie via, a secundo Girardus, a tercio filii Guidonis Rodulfi et Tebaldi, a quarto * *. Item concedimus et largimur tibi Guidoni de Zaulo tuisque filiis et heredibus ad predictum pactum, idest duas turnaturias terre, duas perticas minus, posite

in loco qui dicitur Lama: a primo latere iamdictus Zanbonus, a secundo filii Tusci, a tercio Rainuzolus, a quarto via, territorio Corneliensi et plebe S. Savini. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem denarium unum monete luccensis, et IIII denarios pro opera in festivitate S. Cassiani, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos V et V denarios. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare vel comutuare neque commendationem facere neque loco pignoris ponere neque per aliquem modum vel ingenium alienare nisi in nobis vel in nostris succesoribus, vel inter vos. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 112. - Orig., mm. 295×138.

385.

Imolae, 4 iunii 11[91].

Orlandinus Peioli pro illuminatione animae uxoris suae donat canonicis S. Cassiani medietatem unius petiae terrae in Casanova.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo [nonagesimo primo],[1] temporibus [Cle]mentis pape et Henrici * *, die quarto intrante mense iunii, indictione VIIII, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine Orlandinus Peioli do et vendo vobis presbitero Uguitioni et presbitero Cristiano accipientibus pro ecclesia S. Cassiani et pro fratribus et successoribus in eadem ecclesia comorantibus in perpetuum: idest

medietatem unius pecie terre quam habeo et michi pertinet que est posita in Casanova: a primo latere iamdicte terre heredes Wuillelmi, a secundo heredes Azatantis et Zufoli, a tercio Petrus faber, a quarto via, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra predicta latera designata habeo et michi pertinet cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono vobis acci[pien]tibus pro supradicta ecclesia et pro ibi servientibus et commorantibus, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, [possidendum] cum vestris confratribus et succesoribus predicte ecclesie. Hanc autem donationem vobis fatio pro remisione peccatorum meorum et pro eterna iluminatione anime uxoris mee, quam donationem promitto vobis et vestris fratribus et succesoribus in predicta ecclesia comorantibus firmam tenere et non venire contra neque per me neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea iamdictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare vobis vestrisque fratribus et succesoribus cum meis heredibus. Et si contra fecero ego vel mei heredes et omnia predicta non observavero ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes daturos penam LX solidos lucenses vobis et vestris fratribus et succesoribus, et pena soluta, hic contractus donationis maneat firmus. Vestra auctoritate introeatis in predictam rem.

Testes Iohannes Fuscole, Petrus de la Tusca, Loscus, Uguicio rogati fuere.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani iamdicte donationi interfui et iussu predicti Orlandini scripsi manu mea.

IV, 107. - Orig., mm. 250×166. Charta arrosa est.

[1] *Annus 1191 ab indictione IX desumitur.*

386.

[Imolae], 24 augusti 1191.

Sententia a iudice Gandulfo lata in favorem canonicorum S. Cassiani contra Athalasiam Palironis uxorem.

[In nomi]ne Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Gandulfus iudex ex delegatione c[omit]is Malvicini Imole pote-

st[atis] . . . querimonie facte canonicis ecclesie S. Cassiani nomine ecclesie de Athalasia, que fuit u[xo]r Palironis, de duabus turnaturiis terre veneate quas iniuste tenet, ea vocata et venire nolente et in contumatia perseverante, pronuntio iamdictos canonicos esse mittendum in pos(se)ssionem iamdicte rei, ei reservato etiam legitimo auxilio. Iamdicta vero sententia data fuit a iamdicto Gandulfo in presentia Guidonis Filiraldi, Petri Pagani, Ugonis Campoflori, Expectati iudici, Iohannis Pauli, Ruzeri, Manfrethini, presbiteri Guidonis et aliorum, et in mea [Al]berti notarii sub anno millesimo centesimo nonagesimo I, indictione VIIII, die VIII exeunte mense augusti. † Ego Albertus Dei gratia notarius scripsi omnia iamdicta ex mandato comitis Malvicini manu mea.

IV, 113. - Orig., mm. 125×220. Charta aliquantulum lacera est.

387.

Imolae, 15 septembris 1191.

*Gerardinus donat canonicis S. Cassiani petiam vineae ea tamen lege, ut sibi, vita comite, usus*fructus *eiusdem concedatur.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XV intrante mense septembris, indictione VIIII, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine Gerardinus Guillule simpliciter do et dono vobis archipresbitero Ildebrando et presbitero Clario canonicis ecclesie S. Cassiani acceptoribus pro vobis vestrisque fratribus et succesoribus in canonica ecclesie S. Cassiani comorantibus in perpetuum ad proprium, si proprium est; idest unam peciam terre vineate cum introitu et exitu suo et cum omnibus suis pertinentiis que est posita in fundo qui dicitur Pastenetholus : a primo latere heredes Spetoli, a secundo heredes Gregorii, a tercio Auliverius, a quarto Athalasia, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, sicut superius legitur, do et dono vobis ad abendum, tenendum, donandum et ad iura propria in perpetuum habendum, sicut dictum est superius, cum vestris

fratribus et successoribus, tamen habito et retento michi usufructu predicte vinee, tempore vite mee; post mortem meam iamdictam vineam cum terra habeatis ad fatiendum quicquid vobis placuerit; hanc autem donationem fatio vobis pro remissione peccatorum filiorum meorum et pro eterna illuminatione anime mee et uxoris mee Guille. Et ab hinc in antea non liceat michi donatori neque meis heredibus de predicta re facere questionem, repeticionem, causationem aud litem movere contra vos neque contra vestros fratres vel succesores, neque per me neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea predictam rem ad omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque fratribus et succesoribus. Et si contra fecero ego vel mei heredes, tunc promitto me meos (que) heredes daturos penam dupli, quantum res valet, vobis vestrisque fratribus et succesoribus, et pena soluta, hic contractus maneat firmus. Vestra auctoritate introeatis in iamdictam rem.

Iamdictus Gerardinus hoc instrumentum donationis scribere rogavit in presentia presbiteri Christiani et Dominici diaconi et Girardi subdiaconi. Testes Sigizus, Petrus Cresentii, Visinellus, Paganus rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta et emendavi manu mea.

IV, 114. - Orig., mm. 319×165.

388.

[Imolae, 1191-1197].

Canonici S. Cassiani Peppolo Barutelli concedunt in emphytheusim vineae tornaturiam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini .... pape et Henrici inperatoris[1] die .... Nos quidem in Dei nomine canonici [ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et larg]imur tibi Peppolo Barutelli [cum tuis filiis et heredibus usque ad] annos advenientes sexxagin[ta et novem ad renovandum; idest unam turna]turiam vinee que est

posita in pr . . . . . [a secundo latere] Martinelli Cafarini, a tercio Gaibanel[lus . . territorio Corneliensi, ple]be S. Laurentii. Quantum infra h[ec latera designata iacet cum introitu et exi]tu suo et cum omnibus sibi pertinentibus con[cedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum], defensandum et in omnibus meliorandum [in annis iamdictis advenientibus] ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem [nobis nostrisque fratribus et succesoribus] cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense m[artii aud infra indictionem] . . . . lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro [eo quia accepimus a te mercedis nomine] denariorum monete luccensis solidos VIII. Et nos iamdicti [locatores] cum nostris f[ratribus et] succesoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare pro[mittimus] tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis he[redibus supradictam] rem vendere nec donare neque alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo f[acere sine] nostra requisitione; nobis requisitis, liceat tibi dare aliis qui nobis eam obed[iant. Si quis ve]ro nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observave[rit, det pars] parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, [hoc pactum maneat] firmum.

Manus investitor fuit Petrus Cresentii; testes Aliot[tus] . . . . Martinus Bresanus, Faber Albasie rogati fuerunt. ✝ Ego Alber[tus Dei gratia notarius] sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 110. - Orig. fragmentarium, mm. 255×150. Charta dextrorsum fere tota arrosa. In versu manu eiusdem notarii Appare Petri Barrutelli.

[1] *Hoc documentum confectum fuit post diem 14 aprilis anni 1191 in quo Henricus VI imperator coronatus fuit, et ante diem 28 septembris anni 1197, qua die imperator obiit.*

389.

[Imolae], 11 februarii 1192.

Canonici S. Cassiani Hugoni Leccato concedunt in emphytheusim petiam terrae de loco Campo longo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXX secundo, tempore Celestini pape et

Hemrici imperatoris, die xi intrante mense februarii, indiccione x, in porticu domus canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Cristianus Dei gratia canonice S. Cassiani presbiter et sindicus cum consensu et voluntate fratrum meorum eiusdem canonice nomine pacti concedo et largior tibi Ugoni Leccato conductori pro te et pro uxore tua Berta vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre estimatam duas turnaturias, tres perticas minus, positam in loco qui dicitur Campus longus, territorio Imolensi, plebe eadem supradicta : a lateribus eius heredes Basuini et tu ipse conductor. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis lx novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus predicte canonice omni anno unum denarium lucensem cum vestris filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te nomine mercedis pro unaquaque turnaturia xxx et iiii solidos lucenses, sicut compreendit, et eo tenore ut non habeatis licenciam vendendi, donandi, nec in comendacionem alicuius mittendi, neque ullum contractum faciendi, nisi in nobis, si tollere voluerimus, sin autem, una requisicione facta omnium nostrorum a maioris partis a vobis in nobis, liceat vobis eam dare cui volueritis, salva pensione nostra. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et successoribus iamdicte canonice supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus, et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei fratres seu successores predicte canonice aut per aliquam personam a nobis submisam vel submittendam, tunc promittimus nos cum nostris fratribus et successoribus predicte canonice daturos penam dupli quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Martinus Imolensis notarius. Et licenciam habeatis intrandi.

Testes fuerunt ad hec rogati Gandulfus legisperitus, presbiter Iohannes, Salamon, Aldrevandus, Agrestolus, Pepolus Cresemcii.

IV, 118. - Orig., mm. 277×158.

390.

Imolae, 12 martii 1192.

Canonici S. Cassiani Martignoni vineae tornaturiam in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XII intrante mense martii, indictione x, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine dompnus Albertus prepositus ecclesie S. Cassiani una cum canonicis eiusdem ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Martignoni acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest unam tornaturiam vinee que est posita * * * * * * * * * * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas nobis pensionem nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis libras v, IIII solidos minus. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi predictam vineam vendere nec donare nec alicui dare sine nostra requisitione; nobis requisitis, liceat tibi dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Manus investitor fuit Petrus Cresentii. Iamdictus dompnus Albertus prepositus cum canonicis scribere rogaverunt. Testes Bernardus faber, Mazolus, Petrus rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 119. - Orig., mm. 267×210.

391.

Imolae, 12 aprilis 1192.

Canonici S. Cassiani Benagolo concedunt in emphytheusim duas tornaturias terrae sitas in loco qui Scugetus dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo II, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XII intrante mense aprilis, indictione X, actum Imole. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Benagolo acceptori pro te et uxore tua Honoratha vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et XIIII ad renovandum; idest duas turnaturias terre que sunt posite in loco qui dicitur Scugetus: a duobus lateribus via, a tercio Plegasegali, a quarto iamdicti canonici, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis libras VI. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus iamdictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis iamdictam terram vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisitione; licencia vobis data, liceat vobis dare aliis cuicumque volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit * *. Testes Albertinus Zellule, Disalbergatus, Cassolus, Petrus de Runco rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 121. - Orig., mm. 257×145.

392.

Imolae, 18 aprilis 1192.

Canonici S. Cassiani Mariae concedunt in emphytheusim petiam terrae sitam in loco qui Carpenetha nuncupatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XIII exeunte mense aprelis, indictione X, actum Imole. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Marie acceptrici pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Carpenetha : a primo latere ius hospitalis, a secundo Lamberti, a tercio stratha, a quarto * *, territorio Corneliensi et plebe * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii, aud infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis solidos XV. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam (rem) ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi predictam rem vendere nec donare nec alicui dare sine nostra requisitione ; nobis requisitis, liceat tibi dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum

res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Tua auctoritate introeas in iamdictam rem.

Testes presbiter Clarus de Mazaincollo, presbiter Simeon, Albertinus Ranpus rogati fuerunt. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 122. - Orig., mm. 249×114. In versu, eadem manu Appare Marię presbiteri Gerardi.

393.

Imolae, 27 aprilis 1192.

Canonici S. Cassiani Bonomartino concedunt in emphytheusim terrae petiam in loco qui Prathure dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die IIII exeunte mense aprelis, indictione X, actum Imole. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Bonomartino acceptori pro te et pro uxore tua Gaudenza vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest unam peciam terre que est posita in loco qui dicitur Prathure: a primo latere iamdicti canonici, a secundo heredes Scufoni, a tercio via, a quarto Silicis, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem denarios duos monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos XXX. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare vobis vestrisque filiis et heredibus promittimus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis iamdictam rem vendere nec donare nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra requi-

sitione; nobis requisitis, liceat vobis dare aliis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Petrus Cresentii. Testes Bonzius, Gandulfus iudex, Savarisius, Iohannes Paulus rogati fuerunt. ┼ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 120. - Orig., mm. 314×182. In versu, manu eiusdem notarii Appare Bonimartini de Zanne de Bonadonna, II denarios.

394.

Imolae, 4 maii 1192.

Canonici S. Cassiani Artuso concedunt in emphytheusim decem tornaturias terrae quas antea pater eius eodem possederat titulo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die IIII intrante mense madii, indictione X, actum Imole in canonica ecclesie S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani libellario nomine concedimus et largimur tibi Artuso acceptori pro te tuisque filiis masculis et si filios masculos non habueritis, deveniat uni filie tue usque ad annos advenientes XX et VIIII ad renovandum; idest decem turnaturias terre, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, que sunt posite in curte S. Cassiani, in fundo Casanove et in Segalario, et in Valle Alberici, quas predictas X turnaturias terre pater tuus habuit et tenuit a nobis, territorio Corneliensis et plebe S. Cassiani. Quantum infra confines predictarum iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita sane ut tu inferas nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis, sicut dictum est, omni anno in Natale Domini amiscerem unum de carne, spallam vel ossum cum duabus fugatiis, et in festivitate S. Martini XXVIII denarios monete luccensis pro omnibus aliis redditibus et ser-

vitiis que nobis fatiebas pro iamdicta terra. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi iamdictam rem vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hic contractus libelli maneat firmus.

Manus investitor fuit Petrus Cresentii. Iamdictam terram concedimus tibi. Pro eo quia accepimus a te nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos x. Testes Agrestolus, Rainerius, Roddulfolus rogati fuerunt. Iamdicti canonici hoc instrumentum scribere rogaverunt. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea et emendavi.

IV, 123. - Orig., mm. 302×146.

395.

Romae ad S. Petrum, 25 maii 1192.

Caelestinus III approbat constitutionem a Rufino S. Praxedis presbytero cardinali factam in favorem canonicorum S. Cassiani.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis (Alberto) preposito et capitulo Ymolensis Ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Que in ecclesiis Dei ratione previa statuuntur futuris temporibus fideliter observanda, ne temeritate qualibet violentur, de suscepti officii debito confirmare tenemur. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam B. martiris Cassiani quam speciali quadam affectione diligimus et personas vestras sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et constitutionem, quam bone memorie Rufinus S. Praxedis presbiter cardinalis Ariminensis episcopus apostolice Sedis legatus inter vos ex una parte et clericos S. Laurentii et capellanos per Ymolensem civitatem constitutos ex altera fecisse dinoscitur, sicut in presenti pagina subnotatur, auctoritate apostolica confirmamus, videlicet ut clerici S. Laurentii et capellani civitatis predicte ecclesie vestre

tamquam matrici honorem debitum impendentes in precipuis festivitatibus post expleta in suis ecclesiis missarum sollempnia, pro celebranda missa maiori aliisque divinis officiis ecclesiam vestram secundum Ravennatis provincie consuetudinem cum reverentia debita visitare procurent, et in canonicis horis semper indicium tintinnabuli episcopalis expectent. Vos tamen studiosi et solliciti, quod ad vestrum officium pertinet, exequamini, ne de négligentia vestra iuste possit scandalum generari. Preterea vobis illud auctoritate apostolica confirmamus ut antiquos parrochianos ecclesie S. Cassiani, qui cum ipsa ecclesia suà domicilia transtulerunt, et in eadem parrochia commorantur, ad cotidiana officia, aut in maioribus sollempnitatibus nullus recipere quacumque temeritate presumat. Antiquas quoque ac rationabiles ecclesie vestre consuetudines hactenus observatas vobis perpetua stabilitate firmamus et ut pubblicas penitentias, sicut ante translationem a castro habuistis, sic integre habeatis. Volumus insuper ecclesiam vestram ea libertate et immunitate potiri quam retrohactis temporibus rationabiliter noscitur habuisse, et adhuc optinere, nec liceat cuiquam ipsam ecelesiam indebitis exactionibus et vexationibus perturbare vel eius possessiones auferre, seu ablatas, in eius iniuriam retinere, salva Sedis apostolice auctoritate et Ravennatensis archiepiscopi canonica iustitia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum, VIII kalendas iunii, pontificatus nostri anno secundo.

IV, 124. - Orig., mm. 318×335, cum sigillo plumbco cuius tamen tantum filum sericum invenitur; in versu nota uti n. 10. — Manzonius 130; Zaccaria, I, 131; Mazzatinti, I, 188; JL, 16882; Kehr, V, 166, n. 5.

396.

Imolae, 1 augusti 1192.

Canonici S. Cassiani Trocco concedunt in emphytheusim quatuor arvi tornaturias in duobus locis sitas.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anni Domini MC nonagesimo II°, temporibus Celestini pape et Henrici impe-

ratoris, kalendis augusti, actum Imole, in canonica S. Cassiani, indictione x. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculum anotari ne vergentia temporum oblivioni mandentur ac iurgia generentur. Quapropter ego quidem in Dei nomine Ugizio presbiter atque canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate confratrum meorum in eadem ecclesia existentium et commorantium concedo et largior tibi Trocco acceptori pro te tuisque filiis et heredibus nomine pacti de hinc ad LX et VIIII annos ad renovandum; idest IIII turnaturias terre laboratorie, quarum tres sunt posite in Roncaliis: a primo latere Gibertus, a II Boiolus, a III via, a IIII Pizolus de Bibano; alia vero tornaturia est posita in loco qui vocatur Riolus cagadinari: ab uno latere tu receptor, a II via, a III nos locatores, a IIII * *. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec latera designata concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad raenovandum, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus; ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus omne mense martii aut infra indictionem II denarios lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete lucensis XXI solidos et dimidium. Promittimus nos preterea prescripta omnia ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus; ita tamen ut non liceat tibi iamdictam possessionem vendere nec donare nec aliquo modo contrahere, nisi nobis vel nostris successoribus, et pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteris, si tollere voluerimus, alioquin liceat tibi dare cuicumque volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

Testis et manus investitor Pepolus Cresentii, Nicholaus, Rainerius, Nomai testes rogati fuere.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius scripsi.

IV, 125. - Orig., mm. 260×150.

397.

Imolae, 20 septembris 1192.

Persadea filia quondam Pacis de Letoardo canonicis S. Cassiani vendit partem unius casamenti.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Dòmini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XI exeunte mense septembris, indictione decima, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine Persadea filia quondam Pacis da Letoardo do et vendo vobis canonicis ecclesie S. Cassiani vestrisque fratribus et succesoribus ad iura propria in perpetuum; idest V pedes unius casamenti in frontibus et in longitudine sicut trait a strata Regalis usque ad fossatum burgi: a primo latere istius casamenti habet Guido Tartagnus filius Guidonis furbithori, a secundo iamdicta Persadea, a tercio predicta strata, a quarto fossatum burgi. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo vobis ad habendum, tenendum et ad faciendum quicquid vobis et vestris fratribus et succesoribus placuerit. Hanc vendicionem vobis facio pro eo quia accepi a vobis precium denariorum monete luccensis libras decem, quas confiteor a vobis recipisse. Et abhinc in antea non liceat michi venditrici neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere contra vos neque contra vestros fratres vel succesores, neque per me, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare vobis vestrisque fratribus et succesoribus cum meis filiis et heredibus, et promitto predictam vendicionem firmam tenere et quod non veniam contra ocasione minoris precii, nec alia qualibet ocasione. Et si contra fecero ego vel mei heredes et omnia predicta non observavero, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quantum res valet, vobis vestrisque fratribus et

succesoribus, et pena soluta, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Vestra auctoritate introcatis.

Iamdicta Persadea hoc instrumentum vendicionis michi Alberto notario scribere iussit, et in hac vendicione renunciavit senatus consulto vel aiano et omni alii legum adiutorio. Testes Bonusinsigna, Petrus Cresenzii, Rainerius ustiarius, Saraphinus frater, notarius rogati fuerunt. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani iamdicte vendicioni interfui et rogatus a Persadea iamdicta scripsi manu mea.

IV, 126. - Orig., mm. 309×154.

398.

Dutiae, 24 septembris 1192.

Hugolinus Ioannis canonicis S. Cassiani et Azoni presbitero S. Mariae de Dutia cedit duas arvi petias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eiusdem incarnatione MC nonagesimo II, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, VIII kalendas octubris, Dutie, indictione X. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus Iohannis cum consensu et voluntate patris mei Iohannis de Petrizano do et concedo vobis Ugoni diacono et ecclesie S. Cassiani canonico et presbitero Azoni Dutiensis Ecclesie receptoribus pro vobis vestrisque confratribus atque successoribus in predictis ecclesiis commorantibus iure proprietatis in perpetuum; idest totum illud quod patruus meus Auliverius habuit et tenuit et sibi pertinuit de duabus petiis terre laboratorie, quarum una est posita in loco qui vocatur Gazum, territorio Bononiensi, plebe Buite: ab uno latere ego dator, ab alio heredes Iohannis Pizuti, a III Tonsus de Laureta, a IIII Dominicus Liuzus; alia vero petia est sita in loco qui vocatur la Pelosa, curte Dutie, plebe S. Cassiani: ab uno latere ego dator, ab alio rivus, a III Bertolottus, a IIII via percurrens. Quantum infra hec latera designata prefatus patruus meus habuit et tenuit, do et concedo vobis suprascriptis receptoribus ad habendum, tenendum et quicquid vobis vestrisque confratribus atque successoribus placuerit in perpetuum exinde faciendum. Promitto me preterea suprascripta omnia firma tenere vobis vestrisque confratribus atque successoribus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia, que superius leguntur,

non observavero vel ego vel mei heredes, aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum, seu quolibet alio modo, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli, quod suprascripta res valet, vobis vestrisque confratribus atque successoribus, et soluta pena, hoc instrumentum proprietatis in perpetuum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis et possideatis predicta omnia. Predictus Ugolinus scribere mandavit pro remissione peccatorum Auliverii patrui sui et Litię uxoris sue. Et nos iamdicti receptores promittimus tibi Ugolino quod si quo tempore predictam terram vendere voluerimus, tibi dabimus pro XII denariis minus quam ab aliis habere potuerimus, si tollere volueris, alioquin faciemus quicquid nobis placuerit. Testes rogati et vocati ad hec interfuere Ugo Barotius, Guarinus, Ubaldus, Amicus Panzo, Torsellus.

† Ego Michael sacri palatii notarius scripsi et emendavi omnia suprascripta.

I V, 128. - Orig., mm. 269×191.

399.

Imolae, 21 octobris 1192.

Canonici S. Cassiani concedunt in emphytheusim vigintiseptem terrae tornaturias harum quartam partem obtineat Balduinus, reliquas Bona eiusque successores.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XI exeunte mense octubris, indictione X, actum Imole, in curia canonicorum. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani libellario nominae concedimus et largimur tibi Bone tuisque filiis masculis vel uni filie tue cui designare volueris, qui nobis eam obediant, in tribus partibus dicende re(i); in quarto vero parte tibi Balduino tuisque filiis masculis vel uni filie tue, sicut superius legitur, usque ad annos advenientes XX et VIIII ad renovandum: idest totum illud tenimentum et possesionem quam Guido Donelle et Tethelgardus olim habuerunt a nobis in loco qui dicitur Aquaviva et in Pithriolo et de Ponte ruto, que possessio est estimata XXVII tornaturias, et si plus est, in eodem contractu permaneat, ter-

ritorio Corneliensi et plebe S. Cassiani et plebe Aquevive. Quantum infra confines iamdictarum possessionum iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et filiabus, sicut dictum est, omni anno in festivitate S. Cassiani IIII[or] mezinas frumenti, et in festivitate S. Martini IIII solidos lucenses, minus IIII denarios, et in Natale Domini amiscerem unum de carne, ossum vel spallam cum duabus fugatiis, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos XXX. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus sub pena dupli vobis vestrisque filiis et filiabus, sicut superius dictum est. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis iamdictam rem vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra parabola nisi inter vos; et si non feceritis et omnia iamdicta non observaveritis, hic contractus libelli sit inanis et vacuus.

Manus investitor fuit Petrus Cresentii. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea et emendavi.

IV, 127. - Orig., mm. 305×156.

400.

Imolae, 30 decembris 1192.

Canonici S. Cassiani Calvo concedunt in emphytheusim vineae tornaturiam de fundo Meletholi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo II, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die II exeunte mense decembris, indictione X, actum Imole in curia canonicorum. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Calvo acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et VIIII ad renovandum; idest tornaturiam unam terre cum vinea supra se habente, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, que est

posita in fundo Meletholi : a primo latere Bernardus faber, a secundo Martignonus, a tercio * * * *, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aud intra indictionem denarium unum monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis libras v, minus IIII solidos. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus iamditam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi iamdictam rem vendere nec donare nec alicui dare nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licentia et requisitione, nobis requisitis, et licencia tibi data, liceat tibi dare aliis cuicumque volueritis, salva dompnica ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Marcolus castaldus. Testes Visinellus, Petrus de la Tusca, Zanzolinus, Ubaldinus Mateldole rogati fuerunt. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi manu mea.

IV, 129. - Orig., mm. 240×153.

401.

Imolae, 2 ianuarii 1193.

Bencevene Ildebrando presbytero vendit casamentum in Montale positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die II intrante mense ianuari, indictione XI, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine Bencevene do et vendo tibi archipresbitero Ildebrando tuisque heredibus in perpetuum : idest casamentum unum in Montale : a primo latere via, a se-

cundo iamdictus archipresbiter, a tercio Ubaldus Cormare, a quarto Ugolinus Fuscolus, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, ten(en)dum, vendendum, donandum et in perpetuum habendum cum tuis heredibus cum omni iure et actione quam in eo habeo, et licenciam habeas innovandi ad iura unde est ; hanc autem venditionem fatio tibi pro eo quia accepi a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis solidos XXIII. Et abhinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta re facere questionem, repetitionem, causationem aud litem movere contra te neque contra tuos heredes, neque per me neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc venditionem firmam tenere tibi tuisque heredibus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero ego vel mei heredes et omnia predicta non observavero, tunc promitto me meosque heredes daturos penam dupli tibi tuisque heredibus, et pena soluta, hic contractus venditionis in perpetuum maneat firmus. Tua auctoritate introeas in iamdictam rem. Et insuper ego prenominatus Benzevenne iuro supra sancta Dei evangelia iamdictam venditionem firmam tenere tibi tuisque heredibus cum meis heredibus in perpetuum.

Iamdictus Benzevene hoc instrumentum scribere iussit. Testes Ugo Pagane, Uguitio Bagnare, Petrus Cresentii, Bugolus, Fithanza rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 131. - Orig., mm. 254×166.

402.

Imolae, 14 ianuarii 1193.

Canonici S. Cassiani Iacobo de Brunitis concedunt in emphytheusim terrae sesqui tornaturiam de loco Crusi ferie dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XIIII intrante mense ianuarii, indictione XI, actum Imole in curia canonicorum. Nos quidem in

Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedimus et largimur tibi Iacobo de Brunitis acceptori pro te et fratre tuo Framisino vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest unam tornaturiam terre et mediam, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat, que est posita in loco qui dicitur Crusi ferie: a duobus lateribus Manfrethinus, ab aliis duobus via, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii, aud infra indictionem veronensem unum, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos IIII. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis iamdictam terram vendere nec donare nec alicui dare sine nostra requisitione, nobis requisitis, liceat vobis dare aliis cuicumque volueritis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis in iamdictam rem.

Iamdicti canonici hoc pactum scribere iusserunt. Testes Ugo Planus, Iohannes Barutellus, Guererius, Paulus Ugolini Bretonis rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi manu mea.

IV, 132. - Orig., mm. 240×163.

403.

[Ad Montem Catonis], 6 martii 1193.

Rodulphus rector ecclesiae S. Salvatoris Drudolo Panarole concedit in emphytheusim arvi petiam in Balena sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eius MCLXXXXIII, tempore Celestini pape et Henrici impe-

ratoris, die VI intrante mense martii, actum sub porticu canonicę S. Salvatoris, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus presbiter et rector ecclesie S. Salvatoris nomine pacti concedo et largior tibi Drudolo Panarole acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad LX et VIIII annos ad renovandum; idest unam petiolam terre laboratorie positam in Balena iuxta ripam montis ecclesie, et habet per longum perticas XII, in texta unam et dimidiam: ab uno latere ego locator, ab omnibus aliis tu receptor, territorio Imolensi, plebe S. Cassiani. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi prefato Drudolo ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum; ita sane ut inferas pensionem michi meisque successoribus omni mense martii aut infra indictionem I denarium veronensem cum tuis filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi mercedis nomine pro iamdicta re X solidos lucenses. Et ego iamdictus locator supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Tua auctoritate tuoque nomine liceat tibi ingredi predictam rem.

Testes interfuerunt Bergunzinus, Guido Guidottoli, Dominicus, Iffredus.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius scripsi.

IV, 133. - Orig., mm. 220×150.

404.

Dutiae, 7 aprilis 1193.

Testamentum Guidonis de Sasso.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini MCLXXXXIII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, VIII idus aprelis, actum in castro Dutie, indictione XI.

Divinis et umanis legibus utile et rationabile esse dignoscitur ut homo antequam rebus excedat humanis ita suis rebus disponere studeat, ut post suum obitum de suis bonis inter superstites iurgium generetur nequaquam. Et quoniam ego Guido de Sasso intestatus decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico ut ecclesia S. Cassiani et illa de Dutia habeant totum illud quod habeo et teneo et michi pertinet in loco qui vocatur Paganelli, in fundo Rebezani, et unam petiam terre in eodem fundo iuxta braitam Ramberti positam. Hec omnia habeant et teneant iure proprietatis ita tamen ut non habeant licentiam vendendi nec aliquo modo contrahendi nisi Giberto et Peppo atque Virdiane, et eis pro XXIIII denariis minus quam ab aliis habere possint de unaquaque petia, si tollere voluerint, alioquin faciant quod eis placuerit. Unam petiam terre relinquo Giberto et Virdiane ut faciant exinde expensas pro anima mea, que est posita prope Domum XXX boum: uxori mee Tarsie quicquid Atti et Raimundolus Brignanus habent et tenent a me, et unam petiam terre que est sita ubi stetit Gandulfus Montanarius, hec omnia habeat in vita sua, post mortem vero eius aveniat Peppo: et insuper relinquo tibi totum fructum terre et vinee quam habiturus eram in hoc anno, et totum meum masaraticum et domum meam in vita sua, post mortem eius volo quod habeat ecclesia Dutie, et faciat unam casellam super arcam patris mei; et casamentum remaneat Peppo: fratribus meis, videlicet Ugoni et Baiotto, unam meam vineam in Villa Montis positam, ita tamen ut non habeant licentiam vendendi nisi Giberto et Peppo et Virdiane, et eis pro VIII libris lucensibus. Et insuper relinquo fratribus meis quicquid michi pertinet ex parte matris mee: Albertino et Itole quicquid Amicus Randi habet a me, et campum meum de Fosola, ita tamen ut non habeant licentiam vendendi nisi cum consensu et voluntate Giberti et Peppi atque Virdiane: et totum illud quod michi pertinet ex parte prefati Albertini nepotis mei Giberto et Pepo atque Virdiane; de omnibus aliis bonis instituo Peppum heredem michi, ita tamen si Peppus vel eius filii obierint sine filiis, quod illud de quo instituo ipsum heredem michi, revertatur ad Gibertum et Virdianam vel eorum heredibus. Et volo quod Gibertus sit meus fideicomissarius. Sic volo et sic iudico, et hec mea ultima est voluntas. Si quis vero heredum meorum contra hoc meum iudicium venire et non observare temptaverit, solvat penam

meam ultimam voluntatem observantibus x libras lucenses, et post solutam penam, hoc meum iudicium sive testamentum in suo robore consistat, quod si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli valeat.

Testes is omnibus suprascriptis rogati fuerunt Girardus Grassus, Guidottus, Ugo de Campoflore, presbiter Azo, Ugo Barotius, Bavosius, Ugo Ieremie, Thebaldus.

✝ Ego Michael sacri palatii notarius his omnibus suprascriptis interfui et scripsi.

IV, 134. - Orig., mm. 247×195.

405.

Dutiae, 7 aprilis 1193.

Gibertus de Dutia fideicommissarius Guidonis de Sasso canonicis S. Cassiani et ecclesiae Dutiae donat tres petias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Cristi, amen. Anno ab iusdem incarnatione MCLXXXXIII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, VII idus aprelis, Dutie, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Gibertus de Dutia per preceptum Guidonis de Sasso qui michi plenam potestatem dedit disponendi suis rebus et me fideicommissarium suo ultimo testamento reliquit in presentia presbiteri Azonis, Ugolini de Campoflore, Girardi Grassi, Ugonis Barotii et aliorum multorum, pro remissione peccatorum prefati Guidonis bone memorie do et dono vobis Ugitioni presbitero et ecclesie S. Cassiani canonico, et presbitero Azoni Dutiensis Ecclesie rectori acceptoribus pro vobis vestrisque confratribus atque successoribus in predictis ecclesiis commorantibus ad iura propria in perpetuum; idest tres pecias terre laboratorie in fundo Rebezani positas, quarum due sunt in loco qui vocatur Paganelli: ab uno latere illius petie, que desuper est, possidet Bonaprova, ab alio Federicus, a III Baugolus, a IIII herede Astulfi; ab uno latere illius petie que desuptus est, Federicus, ab alio Solustra, a III Gibertus et Virdiana, a IIII * *; ab uno latere illius petie, que est ibi prope iuxta braitam Ramberti, Girardus et Guidotto, ab alio Berta Ugolini, a III via, a IIII Rambertus. Quantum infra prescripta

latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus. constitutum territorio Imolensi, plebe S. Cassiani et curte Dutie, do et dono vobis prefatis acceptoribus ad habendum, tenendum et quicquid vobis vestrisque confratribus et succesoribus placuerit in perpetuum de iamdicta re rationabiliter faciendum. Ita tamen ut si quo tempore eam alicui locare volueritis, quod michi et Peppo et Virdiane pro vi solidis lucensibus minus quam ab aliis habere potueritis, dare debeatis, si tollere voluerimus, alioquin liceat vobis facere quod volueritis de predictis possessionibus. Promitto me preterea supradicta omnia ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem in perpetuum firmam tenere vobis vestrisque fratribus atque sneeessoribus cum meis heredibus. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum seu quolibet alio modo, tunc promitto me cum meis heredibus daturum penam dupli, quod prescripta res valet, vobis vestrisque successoribus, et soluta pena, hec donatio in perpetuum maneat firma. Vestra auctoritate introeatis possessionem. Testes Girardus Grassus, Guarinus de Medicina, Arduinus, Ugo Barotius, Ugo Ieremie, Rigolus,

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius scripsi.

IV. 135 - Orig., mm. 245 × 168.

406.

Imolae, 3 maii 1193.

Canonici S. Cassiani Scarzulo monasterii S. Mariae in Zagonia syndico concedunt in emphytheusim sex petias arvi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXIII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die III intrante mense madii, Imole, indicione XI, sub porticu canonice ecclesie S. Casiani. Et ideo nos quidem in Dei nomine presbiter Ugicio et presbiter Ildebrandus et presbiter Albertus, et Tobaldus levita et Dominigus levita et Arduinus levita canonici prefate canonice cum consensu nostrorum confratrum eiusdem canonice, nomine pacti concedimus et largimur tibi in Christi nomine Scarzulo sindigo monasterii S. Marie in

Zagonia conductori pro iamdicto monasterio et domino Miliana abbatissa prefati monasterii et pro suis sororibus atque succeptricibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum; idest VI pecias terre laboratorie. Prima pecia est posita in fundo qui vocatur Casanove: a primo latere tenent Iohannes Fuscole et Benagolus, a secundo Iacobus Baldizonis, ab aliis duobus via; secunda pecia est posita in fundo qui vocatur S. Sthephani; a primo latere tenent iura supradicti monasterii, a secundo Millanus et Jacobus Baldizonis, a tertio heredes Iohannis Fantini, a quarto Massarolus; tercia pecia est posita in eodem fundo: a duobus lateribus tenet via, ab aliis Mercathante et Guido; quarta pecia est posita in fundo qui vocatur Tavernule: a primo latere limes, a secundo iura monasterii, a tercio nos, a quarto * *; quinta pecia est posita in eodem fundo: a duobus lateribus via, a tercio heredes Guidonis Albertini et heredes Ugicionis S.Casiani, a quarto Bulgari: VI pecia est posita in limite Cerethi: a primo latere fossa Mullariga, a secundo limes, a tercio iura S. Marie in Porto de Litore maris, a quarto Guido Racci. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Casiani, concedimus et largimur sibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferat pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum suis sororibus et succeptricibus omni mense martii, aut infra indicionem, VI denarios monete lucensis. tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus ab ea mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis V libras, et in tempore renovationis dare debeat pro renovacione XL solidos lucenses, tantum et non plus. Eo videlicet tenore si voluerit rexire de supradicta re, in nobis rexire debeat, pro II solidis lucensibus minus quam ab aliis habere valeat, si tollere voluerimus, et si tollere noluerimus, liceat sibi dare cui voluerit, salva racione nostra. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus sibi suisque sororibus et succeptricibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem

servanti penam dupli per stipulacionem ad invicem ab utraque parte promissa, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Gandulfus iudex, Guido Orlandi, Orlandus Rambertini, Petrus Fallibene, Ugo Pagani, Sturgitus. Et sua auctoritate et nomine introeat in predictam rem et possideat atque teneat.

IV, 136. - Orig., mm. 364×157.

407.

Imolae, 8 iunii 1193.

Canonici S. Cassiani Alesio Petri Mercathi concedunt in emphytheusim petiam terrae sitam in loco qui Crusi ferii dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die octavo intrante mense iunii, indictione undecima, actum Imole sub porticu domus canonicorum ecclesie S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani titulo et nomine pacti concedimus et largimur tibi Alesio Petri Mercathi tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest peciam unam terre estimatam tres turnaturias minus tres perticas, que est posita in loco qui dicitur Crusi ferii: a primo latere filii Rustigelli, a secundo Domnidei, ab aliis duobus via, territorio Corneliensi et plebe S. Laurencii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense marcii, aut infra indicionem, denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro iamdicta terra denariorum monete luccensis solidos XXIIII, quos confitemur a te recepisse. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare tibi tuisque

filiis et heredibus et hoc pactum firmum tenere promittimus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam terram vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere, sine nostra licencia et requisicione, nobis requisitis, et licencia tibi data, liceat tibi dare aliis cuicumque volueris qui nobis eam obediat; et hoc promisit prenominatus Alesius iamdictis canonicis stipulantibus pro se et eorum fratribus firmum habere, et promisit quod solverit eis prenominatam pensionem, sicut superius dictum est, quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt ita silicet: Si qua predictarum parcium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti, penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Tua auctoritate introeas in predictam rem.

Testes rogati fuerunt Agrestolus, Rainerius, Guillelmus, Nicholaus.

✠ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani his predictis interfui et rogatus ab utraque parte scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 137. - Orig., mm. 312×170. In verso, manu saeculi XIII Has tres turnaturias vendidit Rambertinus de Nordiglo Ubertino de Manfredino; idest Ubertinus em[it tres] turnaturias in eodem fundo.

408.

Ad S. Matthaeum, 29 iunii 1193.

Burgisanus Guidoni hospitalis Cereti rectori pro illuminatione animae suae donat petiam terrae in Cereto sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXX tercio, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die penultimo mense iunii, indiccione XI, in burgo S. Mathei. Ego quidem in Dei nomine Burgisanus do et dono vobis domino Guidoni Dei gratia ospitalis S. Iacobi et S. Nicholai et S. Cristofori rectori et domino accipienti pro supradicta ecclesia S. Iacobi et S. Nicholai et S. Cristofori iamdicti ospitalis Cereti et pro ibi Deo servientibus et commorantibus in perpetuum et ad iura propria; idest unam peciam terre positam in Cereto: primo latere via, secundo latere tu ipse dominus. et tercio latere idem ipse loco pignoris, quarto latere buscum

Cereti. Quantum infra hec latera habeo et teneo et michi pertinet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono vobis accipienti pro supradicta ecclesia S. Iacobi et S. Nicholai et S. Cristofori iamdicti ospitalis Cereti, ut superius legitur, ad habendum, tenendum cum vestris fratribus et successoribus eiusdem ospitalis et in predicto ospitali ad iura propria in perpetuum more salario permanendum pro remissione peccatorum meorum et pro eterna illuminacione anime mee meorumque parentum. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donacionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus eiusdem ecclesie cum meis filiis et heredibus in perpetuum; et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam in placito vel extra placitum, aut quolibet modo, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque fratribus et successoribus iamdicti ospitalis, et post penam solutam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Martinus Imolensis notarius. Et licenciam habeatis intrandi in supradicta re et posidendi.

Testes ad hanc donacionem rogati fuerunt Bacalarius, Terminus, Richimbaldus, Flumolus, Ovara, Vivianus, Burgisanus [1].

IV, 138. - Orig., mm. 242×134.

[1] Burgisanus *deletum.*

409.

Imolae, 3 augusti 1193.

Canonici S. Cassiani Petro Zanboni concedunt in emphytheusim duas petias vineae in fundo Pithrioli positas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die III intrante mense augusti, indictione XI, actum Imole sub porticu canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Ymerius prepositus atque canonicus ecclesie S. Cassiani uná cum fratribus meis nomine pacti concedimus et largimur tibi Petro Zanboni tuisque filiis et

heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest duas pecias terre vineate que sunt posite in fundo Pithrioli; a primo latere ius canonici ecclesie S. Cassiani, a secundo Ursa, a tercio via, a quarto rivus Corecli; a primo latere alterius pecie Ildebranducius, a secundo similiter, a tercio iamdicta Ursa et Coreclus, a quarto filii Teuzonis, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo atque cum via vinee et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem denarios duos monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos XL. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et succesoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus iamdictam rem vendere nec donare nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisicione, nobis requisitis, et licencia tibi data, liceat tibi dare aliis cuicumque volueris qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Marcolus castaldus. Testes Iohannes Fuscole, Ildebrandutius, Guido faber rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 139. - Orig., mm. 275×144.

410.

Imolae, 9 augusti 1193.

Canonici S. Cassiani Ioanni Nevie concedunt in emphytheusim petiam terrae in fundo S. Stephani positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape

et Henrici inperatoris, die VIIII intrante mense augusti, indictione XI, actum Imole in curia canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dompnus Ymerius canonicus atque prepositus ecclesie S. Cassiani una cum fratribus meis eiusdem ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Iohanni Nevie tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum ; idest unam peciam terre que est posita in fundo S. Stephani: a duobus lateribus iamdictus Iohannes, a secundo stratha, a quarto Iohannes Trefortie, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indictionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis libras III et tres solidos. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus iamdictam rem vendere, nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisicione, nobis requisitis, et licencia tibi data, liceat dare aliis cuicumque volueris qui vobis eam obediat.[1] Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et succesoribus iamdictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Marcolus castaldus. Testes Ugolinus Bretonis, Passipoverus, Agrestolus, Rainerius ustiarius rogati fuerunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea et emendavi obediat.

IV, 140. - Orig., mm. 255×146.

[1] Obediat *exstat inter lineas.*

411.

[Ad Montem Catonis], 25 augusti 1193.

Drudolus de Panarola Bicco fratri cedit quidquid ipse de iure S. Cassiani tenebat sibi tantum duabus petiis terrae reservatis.

Anni Domini MCLXXXXIII, tempore Celestini pape et Henrici inperatoris, VIII kalendas septenbris, actum in ecclesia S. Salvatoris, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Drodolus de Panarola concedo et largior tibi Bicco fratri meo acceptori pro te tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest totum illud quod ego habebam et tenebam de iure ecclesie S. Cassiani, exceptis duabus petiis terre positis in fundo Bonzi: a I latere egomet, a II heredes Guidonis Rebellin, a III egomet, a IIII Artusius; a I latere alterius petie rius Puzoli, a II Bonvicinus, a III Thomas, a IIII similiter. Tali quidem conditione concedo tibi hec omnia suprascripta ut debeas facere totum servitium quod ego faciebam ecclesie S. Cassiani, et spetialiter de istis duabus petiis terre quas in me retineo. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam LX solidos lucenses, et soluta pena, hec conventio in perpetuum maneat firma. Testes Auramolus, Thasius, Dosolus, Ricardus his omnibus fuere rogati. † Ego quidem Michael sacri palatii notarius scripsi.

IV, 141. - Orig., mm. 235×160.

412.

Imolae, 10 septembris 1193.

Melius Drutholo Panarole vendit petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die X intrante mense septembris, indictione XI, actum Imole in domo Albertini notarii. Ego quidem in Dei nomine Melius Iohannis Cavatorie do et vendo tibi

Drutholo Panarole tuisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest medietatem unius pecie terre que est posita in loco qui dicitur Casula; aliam vero medietatem iamdicto pecie terre vendo tibi prenominato Drutholo tuisque filiis et heredibus in perpetuum cum omni iure et actione quam mea habeo: a primo latere totius pecie via, a secundo Alfretholus et Montiscatone, a tercia Dominicus Batavene et filii Ugonis Ildebrandi, a quarto Maria, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exito suo et cum omnibus supra se et infra se et sibì pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et ad iura propria in perpetuum habendum medietatem iamdicte terre, sicut dictum est; aliam medietatem habeas cum actione quam mea habeo cum tuis filiis et heredibus; hanc autem vendicionem facio tibi, pro eo quia accepi a te pretium pro iamdicta terra denariorum monete luccensis solidos xxx et viii, quos confiteor a te recipisse. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta re facere questionem, repeticionem, causationem aut litem movere contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per me, neque per aliquam personam a me submissam vel submitendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea iamdictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare tainde [1] medietatem iamdicte terre cum actione quam mea habeo, tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus in placito et extra placitum cum meis dispendiis et omnis sumptus litis resarcire tibi promitto. Et si contra fecero ego vel mei heredes et omnia predicta non observavero tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli quantum res valet tibi tuisque filiis et heredibus, et pena soluta, hic contractus venditionis in perpetuum maneat firmus. Tua auctoritate introeas in iamdictam rem.

Iamdictus Melius scribere iussit, et in hoc facto renuntiavit omni auxilio minoris etatis et minoris pretii. Testes Salimpace, Melchiolus, Iohannes eius filius, Paulus rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnĭa predicta manu mea.

IV, 142. - Orig. mm. 265×184.

[1] *Fortasse pro* deinde

413.

Imolae, 17 septembris 1193.

Conventio inter canonicos S. Cassiani et monachos S. Donati et S. Petri in Pitulo circa privilegia et iura invicem observanda.

IV. 149. - Cf. n. 422 ubi instrumentum invenitur.

414.

Imolae, 20 novembris 1193.

Testificatio circa ea quae per testamentum disposuit Engelsia filia quondam Bonifretholi Conti.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XI exeunte mense novembris, indictione XI, actum Imole, in Montale, sub porticu Albertini notarii in presentia istorum testium, videlicet Guidobonis, Albertini Passipoveri, Ugolini Raimundini, Iohannis Savii, Bulgarini, Mathei Gratazeli, Albertini Raini et aliorum multorum et in mea Alberti notarii. Petrus Aimerigi et Iacobus Scarzapelle, Albertinus Drutholi Ramathelli, Iohannes Ormanelli, Ugolinus medici, Iohannes Lignani, Ugolinus Iacobi Scarzapelle isti septem iuraverunt supra sancta Dei evuangelia quod interfuerunt ibi in domo Brunelli ubi Engelsia filia quondam Bonifretholi Conti fecit testamentum in quo testamento reliquid pro anima sua canonicis ecclesie S. Cassiani II solidos luccensis, laborerio ecclesie unam peciam terre in loco qui dicitur Porcilla, hospitali Misellis XII denarios. Alia sua bona mobilia reliquit Imeldine in sua potestate et ipsa tribueret pro anima sua ibi ubi melius ei visum fuerit de rebus suis quas ei reliquid ; uxori Brunelli et Brunello partem suam terre, quam habet in loco qui dicitur Prathalina ; Ugolino Runzano partem suam de Costa Rozoli ; omnes alias suas possesiones reliquid filio Maginaldi et Bonifredo equaliter. Et dixerunt quod fuerunt ibi vocati testes a predicto Brunello.

Iamdicti vero VII testes, qui iuraverunt michi Alberto notario, scribere iusserunt omnia predicta in presentia aliorum testium. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani iamdictis iuramentis interfui et ut michi preceptum fuit, a predictis testibus qui iuraverunt, scripsi manu mea.

IV, 143. - Orig., mm. 265×142.

415.

Imolae, ... 1193.

Tetacapra ex delegatione potestatis Imolae in favorem syndici canonicorum S. Cassiani sententiam dicit contra Petrocinum et Brunellum fratres iniuste quasdam ecclesiae ipsius possessiones detinentes.

In nomine Patris [et] Filii et [Spiritus] Sancti, amen. Ego Tetacapra ex delegatione [domini] Alberti [G]uarini Imolensium potestatis, cognitor querimonie facte a Rainerio sindico canonicorum ecclesie S. Cassiani nomine illius ecclesie de Petrocino et Brunello fratribus, quos dicit iniuste detinere quasdam possesiones ad predictam ecclesiam pertinentes positas in quattuor locis, scilicet in Russe et in Scugneto et in Braita ac in Sartore; eis sepe vocatis et venientibus, sed termino statuto se coram me non remeantibus, prestito sacramento .... a predicto sindico in possesione predictarum quattuor peciarum terre eundem .... suprascripte ecclesie mittendum esse pronuntio, omni legitimo auxilio ab[senti reservato]; hec aserente ipsas possesiones ad iamdictam ecclesiam pertinere.

Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo III, die II exeunte mense ... [indictione] XI, actum Imole sub porticu ecclesie S. Laurentii. [Testes] .. presbiter Ugo, presbiter Santernus, presbiter Simon, Albertinus Feraldus, Martinus ...., Pasarinus, Guidolinus Toranelli et alii plures huius rei voca[ti fuerunt].

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassia[ni] interfui et scripsi manu mea.

IV, 130 a. - Orig., mm. 230×117. Charta arrosa est secundum marginem dexterum; pro restitutionibus cf. n. 416 eidem carthae adnexum.

416.

[Imolae, 1193].

Tetacapra ex delegatione potestatis Imolae sententiam dicit in favorem ecclesiae S. Cassiani contra Gasdiam uxorem Dunoli.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Tetacapra ex delegatione domini [Alberti] Guarini Imolensium potestatis, cognitor querimonie [fa]cte a Rainerio sindico canonicorum ecclesie S. Cassiani nomine [illius ecclesie] de Gasdia uxore quondam Dunoli, quam dicit iniuste detinere quandam peciam terre positam in fundo qui vocatur Tuntola ad ipsam ecclesiam pertinentem, et per decennium servitia et obsequia debita ac teraticum eidem ecclesie non prestitise. Ea sepe vocata et non veniente, et predicto sindico de calumpnia iurante ipsamque terram ad ipsam ecclesiam pertinere adserente suo sacramento, in possessione iamdicte terre et in possesione bonorum ipsius Gasdie valentium xxx solidos luccenses pro servitiis et debitis obsequis ac teratico per decenium retro non prestitis, prefatum sindicum nomine illius ecclesie mitendum esse pronuntio, quia tanti servitia et obsequia ac teraticum suo sacramento exstimavit, omni legitimo auxilio absenti reservato.

***IV*, 130 b. - Orig., manu Alberti notarii; cf. notam n. 415. Annus desumitur ab instrumento praecedenti.**

417.

Imolae, 30 ianuarii 1194.

Canonici S. Cassiani Clariello arvi petiam in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo IIII, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die II exeunte mense ianuarii, indictione XII, actum Imole in curia canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego

quidem in Dei nomine dompnus Albertus Auseliti canonicus atque prepositus ecclesie S. Cassiani una cum fratribus meis eiusdem ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Iohanni Clariello acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et VIIII ad renovandum; idest peciam unam terre laboratorie que est estimata tres turnaturias et VII perticas ad perticam S. Cassiani, que est posita in fundo * *: a primo latere via, a secundo Coreclus, a tercio similiter, a quarto Visinellus, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii, aud infra indictionem, denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis libras X et VIII et VIIII solidos. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et succesoribus iamdictam rem legitime ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum [1] firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus iamdictam rem vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisitione, nobis requisitis et licencia tibi data, liceat tibi dare aliis cuicumque volueris, salva dompnica racione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia predicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Marutus vilicus iamdictorum canonicorum. Predictus dompnus Albertus prepositus cum fratribus suis hoc instrumentum pacti scribere iusserunt. Testes Fugatinus, Iohannes Engezelli, Saraphinus Alberti notarii, Ubaldinus S. Donati rogati fuerunt. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea et rasi et emendavi in uno loco.

IV, 144. - Orig., mm. 278×200.

[1] *Verba* iamdictam - pactum *extant supra abrasionem.*

418.

Imolae, 19 martii 1194.

Canonici S. Cassiani Mateldolae concedunt, donec vixerit, medietatem ususfructus de omnibus possessionibus quas vir eius Rampus habuit in curte S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo IIII, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die XIII exeunte mense martii, indictione XII, actum Imole sub porticu domus canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dompnus Albertus Auseliti Imolensis Ecclesie prepositus uná cum fratribus meis eiusdem ecclesie concedimus et largimur tibi Mateldole; idest medietatem usufructus totius tenimenti et possessionibus quam Presbiter Rampus vir tuus habuit et tenuit a nobis in curte S. Cassiani, eo tenore ut habeas predictam medietatem usufructus toto tempore vite tue, et debeas nobis facere omni anno consueta servitia tempore vite tue; post mortem vero tuam omnia vestra iura predicte medietatis tenimenti ad nos revertatur sine omni tua molestatione et filiorum tuorum Ubaldini et Cassolini et Rodulfoli. Et isti tres promiserunt per stipulationem domino Alberto preposito prenominato stipulatori pro se et fratribus suis et eorum succesoribus quod non fatient eis ullum contrarium nec aliquod inpedimentum de medietate predicti tenimenti et usufructus post mortem matris eorum nec ad vitam, et hoc promiserunt firmum tenere eis et eorum fratribus et succesoribus sub pena x librarum luccensium.

Predictus dompnus Albertus prepositus cum fratribus suis scribere iusserunt. Manus investitor fuit huius rei Marutus vilicus iamdictorum canonicorum. Testes Iohannes Clariellus, Vithale de Puzolo, Raimundinus, Bonusmartinus hostiarius rogati fuerunt; et predicti filii Mateldole scribere iusserunt in illo quod eis pertinuit. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 145. - Orig., mm. 256×138.

419

Imolae, 24 augusti 1194.

Canonici S. Cassiani Bonafillae Hugonis Morethani et Hugolino unum tenimentum in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die VIII exeunte mense augusti, indictione duodecima, actum Imole in curia canonicorum S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dominus Albertus Auselitti ecclesie S. Cassiani prepositus uná cum fratribus meis eiusdem ecclesie libellario nomine concedimus et largimur tibi Bonafille quondam Ugonis Morethani filie in medietate didicende rei et in eo quod pater tuus iure prelegationis de illa terra tibi reliquid; in alia parte que remanet tibi Ugolino pro uxore tua Wualdratha sorore predicte Bonafille acceptori, concedimus et eorum filiis masculis, et si masculos non habuerint, duabus earum filiabus feminis devenire debeat usque ad annos advenientes XXVIIII ad renovandum : idest totum illum tenimentum et possesionem quod et quam Ugolinus Morethani pater earum olim a nobis habuit et tenuit in loco qui dicitur Tuntula et in Maserathura, quod tenimentum extimatum fuit XX turnaturias, territorio Corneliensi et plebe Sancti * *. Quantum intra confines predictarum possesionum iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi Bonafille et sorori tue prefate ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut omni anno nobis dare debeatis teraticum de labore maiori modium septimum sive starium, de minori octavum, de lino manna nona, de vino anforam quartam, et omni anno in Natale Domini amiscerem unum de carne, ossum vel spallam cum duabus fogatiis, et XXI denarios lucenses pro porco et VII pro frisengo et duas operas boum, unam in runpere, aliam in remenare et comestionem unam, ut consuevistis, supra canale vel aream et currum unum de lignis et medietatem alterius amisceri supra canale : et hec

omnia ad canonicam adducere debeatis tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis nomine mercedis denariorum monete luccensis solidos xx, quos confitemur a vobis recipisse. Et ego prenominatus locator cum fratribus meis predictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare tibi Bonafillo et sorori tue vestrisque filiis masculis et filiabus sicut declaratum est, et hunc contractum firmum tenere promittimus ; [1] ea conditione ut non liceat vobis predictam terram vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere, quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars que non observaverit, parti observanti penam decem librarum lucensium, et pena soluta, hic contractus libelli maneat firmus. Vestra auctoritate introeatis.

Testes Melundolus, Ungarellus, Vivianus Petri Spantalupi rogati fuere. ✝ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani interfui et iussu utriusque partis scripsi manu mea.

IV, 146. - Orig., mm. 265×170.

[1] *Verba* Et ego prenominatus - promittimus *adiecta sunt.*

420.

Imolae, 4 novembris 1194.

Hugo Scriptoli vendit rectori hospitalis S. Nicolai et Iacobi in Cereto petiam terrae in Pozonato sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXXIIII, tempore Celestini pape et Hemrici imperatoris, die quarto intrante mense novembris, indiccione XII, Imole. Ego quidem in Dei nomine Ugo Scriptoli do et vendo tibi Guidoni Dei gratia ospitalis S. Nicholai et S. Iacobi de Cereto rectori et domino emptori pro supradicto ospitali S. Nicholai et S. Iacobi in Cereto et pro ibi Deo servientibus et pro vobis et Palmola in medietate rei inferius dicenda, et in alia medietate pro Ugolino Ruibani ad usumfructum cuntis diebus vite vestre prout cuique vestrum acidit pro parte sua, post obitum vestrum pro succesoribus vestris ibi Deo servientibus et ad iura propria in perpetuum ; idest unam peciam terre positam in

Pozonato, territorio Ymolensi, plebe S. Prosperi: primo latere vos ipse emptores ⟨et⟩ archipresbiter, secundo latere rivus Samguenarius, tercio latere Matheus Farulfi episcopi, quarto latere Albertinellus Zanzolini. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo vobis ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et succesoribus eiusdem ospitalis et in predicto ospitali et ad iura propria in perpetuum. Pro eo quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete lucensis libras tres. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros fratres seu successores supradicti ospitalis S. Nicholai et S. Iacobi de Cereto, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam in placito vel extra placitum aut quolibet modo. Promitto me preterea predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et succesoribus supradicti ospitalis in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli vobis vestrisque confratribus et succesoribus supradicti ospitalis Cereti, et post penam solutam, hic contractus vendiccionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Martinus Ymolensis notarius. Et licenciam habeatis intrandi in supradicta re vestra auctoritate. Testes ad hec rogati fuerunt Atendirex Clarielli, Petrus Spantalupus, Matheus Farulfi episcopi, Marriscotus, Ugo clericus, Albertinus Rainerii de Fontana, Aldichinus.

IV, 147. - Orig., mm. 269×171.

421.

Ad Montem Catonis, 23 novembris 1194.

Hugolinus de Maradio Drudolo Panarole vendit medietatem unius tornaturiae vineae, itemque aliam tornaturiam terrae.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCLXXXXIIII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, VIIII kalendas decembris, actum in castro Montis Catonis, indictione XII. Ego quidem in Dei

nomine Ugolinus de Maradio do et vendo tibi Drudolo Panarole emptori pro te tuisque filiis et heredibus iure proprii in perpetuum; idest medietatem unius tornaturie terre vineate que iacet in Garnarolo: a duobus lateribus vie percurrentes, a tercio Leo, a quarto ego venditor. Item unam tornaturiam in eodem fundo positam tribus locis: ab uno latere unius petiole via, ab alio ego venditor, a tertio Leo, a quarto Artusius; ab uno latere alterius pecie Volenterius, ab alio Leo, a tertio Balduini, a quarto Volenterius; ab uno latere tertie petie via, ab alio ego venditor, a tercio Artusius, a quarto via, territorio Imolensi, plebe S. Cassiani, curte Montis Catonis. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et vendo tibi prefato emptori ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, et tua auctoritate tuoque nomine in possessionem intrandum et permanendum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus placuerit in perpetuum exinde faciendum. Pro eo vero quia accepi a te pro suprascripta re VIIII libras bononienses pro deliberato et finito pretio. Et ego iamdictus venditor cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum semper legitime auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere et omne dampnum pati et expensas resarcire promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecero et supradicta omnia non observavero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum, seu quolibet alio modo, tunc promitto me cum meis heredibus iure stipulationis daturum penam dupli eiusdem bonitatis tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus venditionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Huius rei testes fuere Guido medicus, Pirolus, Dalmasettus, Gradolus, Bernardinus. † Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius scripsi.

IV, 148. - Orig., mm. 304×213.

422.

[Romae] ad Lateranum, 26 novembris 1194.

Caelestinus III confirmat conventionem factam inter canonicos S. Cassiani et monachos S. Donati et S. Petri in Pitulo.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alberto preposito S. Cassiani salutem et apostolicam benedictionem. Iustis

petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sicut autem in quodam publico instrumento prospeximus contineri inter Y(smerum) prepositum et dilectos filios Guidonem abbatem et Michaelem presbiterum ac ceteros fratres monasterii S. Donati et S. Petri in Pitulo de communi voluntate super decedentium testamentis et oblationibus, qui apud S. Paulum Ymulensem sepulture fuerint beneficium consecuti ; et aliis quibusdam capitulis prout ex eiusdem instrumenti tenore colligitur amicabilis compositio intervenit, que firmis fuit promissionibus et stipulationibus robarata. Nos igitur eandem compositionem seu institutionem sicut inter illos provide ac sine pravitate facta est et recepta et hactenus observata et instrumento predicto plenarie continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem huius rei notitiam idem publicum scriptum verbo ad verbum inferius duximus adnotandum. In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die quarto decimo exeunte mense septembris, indictione undecima, actum Ymole. Ego quidem in Dei nomine domnus Guido monacus atque abbas monasterii S. Donati et S. Petri in Pitulo una cum presbitero Michaele et monacho eiusdem monasterii et voluntate aliorum fratrum nostrorum promittimus vobis domino Ysmero preposito canonice ecclesie S. Cassiani et vestris fratribus et successoribus quod dabimus vobis quartam partem totius testamenti et oblationis, quod habuerimus pro aliqua persona, que in loco S. Pauli in civitate Ymole sepulta erit, ab illa d[ie] qua ibi sepulta erit usque ad septem dies de omnibus rebus tam de mobilibus quam immobilibus, et quod dabimus vobis omni anno in festivitate S. Cassiani unum cereum de una libra, et medietatem totius oblationis quas habuerimus in festivitate S. Lucie et Sancti Iohannis, Pauli et in translatione S. Donati, si vos ibi venietis in processione. Et promittimus vobis quod nullum contrarium vobis faciemus de personis vestre sepulture vel de aliquibus personis que ad ecclesiam vestram venire voluerint, et quod non accipiemus aliquam personam de parrochia vestra in nostra conversatione sine vestra licentia et requisitione, et quod nec occasione privilegii, quod habemus vel in antea habebimus, non subtraemus ecclesiam S. Donati de subiectione ecclesie S. Cassiani. Et ego

prenominatus abbas cum fratribus et successoribus meis promittimus vobis domino Ysmero et vestris fratribus et successoribus sub nomine stipulationis omnia, que superius leguntur, firma et rata habere et tenere im perpetuum sub pena librarum quinquaginta lucensium, et pena soluta, hic contractus maneat firmus. Et iamdictus abbas promisit se daturum prenominatis canonicis decem solidos lucenses, quos ipsi erant soliti habere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani VI kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

IV, 149. - Orig., mm. 257×256, cum sigillo plumbeo. Cf. n. 413. — Zaccaria I, 208; IL., 17169; Kehr, V, 166, n. 7; 172, n. 2.

423.

Imolae, 30 decembris 1194.

Athalasia uxor Bernardi fabri cum canonicis S. Cassiani transactionem facit circa terram quae fuit Guidonis Oddi; canonici vero Athalasiae eandem terram in usumfructum concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die secunda exeunte mense decembris, indictione XII, actum Imole in tubata canonicorum S. Cassiani. Ego Athalasia uxor Bernardi fabri et quondam Alberigoli Aquilee filia facio finem et diffinitionem nec non perpetualiter transactionem vobis domino Alberto Auxeliti ecclesie S. Cassiani preposito acceptori pro vobis vestrisque fratribus ac succesoribus; idest de omni iure et actione et ratione quam ego habeo vel habebam in terra illa que fuit Guidonis Oddi quam usque nunc tenui in clauda quam habeo in Pastenetholo: a duobus lateribus tocius dicte claude via, a tercio * * * *. Hanc refutacionem vobis vestrisque fratribus et successoribus firmam tenere promitto et quod non veniam contra sub pena x librarum lucensium et ea soluta, hic contractus maneat firmus. In predicta die, in domo Bernardi fabri, Volitiana mater dicte Athalasie et Bernardus vir eius firmaverunt predictam refuta-

tionem et refutaverunt dictis canonicis omne ius quod habebant in dicta terra que fuit Guidonis Oddi et promiserunt non venire contra sub predicta pena, vestra auctoritate introeatis in parte illa que fuit Guidonis Oddi. Eodem die et in predicta tubata canonicorum, ego iamdictus Albertus Imolensis prepositus una cum fratribus meis concedimus tibi Athalasio predicte aceptrici pro te et viro tuo Bernardo fabro et matre tua Voliciana predictam terram que olim fuit Guidonis Oddi in dicta clauda in usufructum toto tempore vite tue et vite predictorum Voliciane et Bernardi, post mortem vestram ad nos partem illam que fuit Guidonis Odi de dicta clauda sine aliqua vestra molestacione et vestrorum heredum revertatur; hanc autem concessionem vobis facimus. Pro eo quia dedistis nobis III libras lucenses, et pro amore quem in vos habemus. Promittimus nos preterea partem illam dicte claude que fuit dicti Guidonis Odi ab omni persona hominum legitime vobis auctorizare et defensare toto tempore vite vestre et hunc contractum firmum tenere, eo modo ut non liceat vobis predictam terram alienare, quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, et omnia predicta observare sub pena X librarum lucensium, et ea soluta, maneat firmus. Vestra auctoritate possideatis et introeatis in dictum modum. Et Ugolinus Macoli de discordia que inter dictas personas de dicta terra erat, arbiter ab utraque parte electus fuit et in dictum modum de illa que fuit Guidonis Odi in dicta clauda arbitratus fuit. Testes ad omnia predicta fuere Milanisius, Salamon faber, Ugolinus ustiarius, Bonusmartinus rogati fuerunt. ┼ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani his omnibus interfui et iussu utriusque partis scripsi manu mea.

IV. 150 - Orig., mm. 280×205. Omittimus n. 151 qui reperitur in fasc. IV eo quod charta ad medietatem saeculi XIII est referenda.

424.

Imolae, 4 aprilis 1195.

Canonici S. Cassiani Caurenello concedunt in emphytheusim vineae petiam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo V, temporibus Celestini pape

et Henrici inperatoris, die quarto intrante mense aprilis, indictione XIII, actum Imole in curia canonicorum ecclesie S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dominus Albertus Auxeliti Imolensis Ecclesie prepositus una cum fratribus meis eiusdem ecclesie titulo et nomine pacti concedimus et largimus tibi Caurenello acceptori pro te et uxore tua Belaflore vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum ; idest peciam unam terre vineate que est estimata turnaturiam unam, et si plus est vel minus in eodem contractu permaneat, posita in loco qui dicitur Prathore ; a primo latere Gaibanellus cum uxore pro predictis canonicis, a secundo Bonusamicus pro iamdicta canonica, a tercio * * * *, territorio Corneliensi et plebe S. Laurencii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense marcii aut infra indicionem denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis calciarii nomine pro iamdicta re denariorum monete luccensis solidos VIII, quos confitemur a vobis recepisse. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis predictam rem vendere, nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisicione nostrorumque succesorum, nobis requisitis, et licencia vobis data, liceat vobis dare aliis cuicunque volueritis, salva dompnica persolvenda. Et hoc promisit predictus Caurenellus pro se et uxore sua prenominato domino Alberto preposito et fratribus suis stipulantibus pro se et eorum fratribus firmum habere et solvere predictam pensionem omni anno, ut dictum est, quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet : Si qua predictarum parcium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis in iamdictam rem. Iamdictus dominus Albertus prepositus cum

fratribus suis michi Alberto notario scribere iusserunt omnia predicta in presencia istorum testium, videlicet Iohannis Guirisii, Bonamigi de Burgo, Gislardi, et testes rogati fuerunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani iamdicto contractu(i) interfui et rogatus ab utraque parte scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 152. - Orig., mm. 345×145.

425.

Imolae, 7 aprilis 1195.

Canonici S. Cassiani Puritino et Nicolao Guidonis Tartagni filiis concedunt in emphytheusim arvi petiam in Campo lungo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo v, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die vii intrante mense aprilis, indictione tercia decima, actum Imole, in cimiterio S. Cassiani. Ego Albertus Auxelicti Imolensis prepositus una cum canonicis et fratribus meis eiusdem ecclesie, titulo et nomine pacti concedimus atque largimur vobis Puritino et Nichole fratribus olim Guidonis Tartagni filiis vestrisque filiis et heredibus ac successoribus usque ad annos advenientes sexxaginta novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie quam habetis ac possedetis in Campo lungo estimatam turnaturias tres minus media pertica: a primo latere vos conductores, a secundo via que dicitur Gambelaria, a tercio * * * *, territorio Corneliensi et S. Cassiani plebe. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus atque largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii, aut infra indictionem, denarium unum lucensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro predicta re denariorum dicte monete lucensis solidos quadraginta quatuor, quos confitemur a vobis rece-

pisse et exceptioni non numerate pecunie renuntiamus. Ab omni quoque persona hominum predictam rem auctorizare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris fratribus et successoribus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis neque vestris heredibus predictam rem vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra nostrorumque successorum licencia et requisitione. Prenominati Puritinus et Nichola fratres dictam pensionem prefato domino preposito suisque fratribus et successoribus cum eorum heredibus annuatim dare promiserunt et alia predicta observare. Quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti ⟨penam⟩ dupli ut res valet, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis.

Testes Gratianus, Ugolinus Buccatorta, Wuazettus, Zanellus episcopi rogati fuere. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani interfui et rogatus scripsi manu mea.

IV, 153. - Orig., mm. 267×175.

426.

Imolae, 15 aprilis 1195.

Canonici S. Cassiani Albinae concedunt in emphytheusim arvi petiam in Laguna lunga positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo v, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die xv intrante mense aprilis, indictione XIII, actum Imole in ecclesia S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani, videlicet presbiter Ildebrandus, presbiter Clarius, presbiter Albertus, Arduinus diaconus, Gerardus diaconus, Rodulfus canonicus, Albertus Guidonis Ranpi canonicus cum consensu et voluntate aliorum nostrorum fratrum nomine pacti concedimus et largimur tibi domine Albine acceptrici pro te et filiabus tuis vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum; idest peciam unam terre laboratorie quam vir tuus Ildebrandus

Bilinelli pater filiarum tuarum emit a Iohanne Raınbertini, que est posita in Laguna lunga et est computata VI tornaturie, et si plus est vel minus, in eodem contractu permaneat: a primo latere heredes Iohannis Arsi, a secundo Guido Petri Bonzi, a tercio Dumalda cum genero, a quarto Ganbelara. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum filiabus tuis et cum vestris heredibus omni anno in mense marcii, aut infra indictionem, denarios duos monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pro te et filiabus tuis denariorum monete luccensis solidos XL pro iamdicta re nomine mercedis. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus iamdictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus tibi et filiabus tuis vestrisque heredibus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque filiabus tuis neque vestris heredibus predictam terram vendere nec donare, nec alicui dare nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra requisicione, nobis requisitis, liceat vobis dare aliis cuicumque volueritis, qui nobis obediat. Et hoc promisit domina Albina pro se et filiabus suis prenominatis canonicis stipulantibus pro se et eorum fratribus firmum habere et solvere pensionem omni anno, ut dictum est, quem contractum ambe partes ad invicem firmum tenere inter se promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum parcium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum.

Manus investitor fuit Bonusmartinus ustiarius. Iamdicti vero canonici michi Alberto notario scribere iusserunt in predicto loco, et dominus Ugo canonicus et levita in eadem die et in domo Alberti notarii scribere iussit.

Testes Iacobus Iohannis Brize, Nivaldus, Rodulfus Bonfanti, Ugolus Donusdei, Orlandulus Bazurus, Leonardus. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palacii et ecclesie S. Cassiani rogatus ab utraque parte scripsi manu mea.

IV, 155. - Orig., mm. 355×156.

427.

Imolae, 23 aprilis 1195.

Hugolinus Runzanus Albertinello Drutholi vendit tenimentum in Ferneto situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo v, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die VIII exeunte mense aprilis, indictione XIII, actum Imole sub porticu Albertini notarii. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus Runzanus do et vendo tibi Albertinello Drutholi tuisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest totum illud tenimentum et possesionem quam ego as habeo a superiori latere Ferneti in fundo et costa Ferneti: a duobus lateribus ecclesia S. Salvatoris, a tercio via Ferneti, territorio Corneliensi et S. Cassiani plebe. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus vel si qui alii affines sunt do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et ad iura propria in perpetuum habendum cum tuis filiis et heredibus. Pro eo quia accepi a te precium pro iamdicta re denariorum monete lucensis solidos decem et VIII, quos confiteor a te recipisse. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta re facere questionem, repeticionem, causationem aut litem movere contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per me, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito, neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea predictam rem ab omni persona hominum semper letigitime auctorizare et defensare tibi tuisque heredibus cum meis heredibus, et hanc venditionem firmam tenere. Et si contra fecero ego vel mei heredes et omnia predicta non observavero vel inferenti litem consensero aud contra quemlibet agentem legitimam defensionem non exibuero, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, ut res valet, tibi tuisque filiis et heredibus, et insuper omne dampnum et litis expensas resarcire promitto, et pena soluta, hic

contractus maneat firmus. Tua auctoritate introeas in predictam rem. Testes Ugolinus Morethani, Iohannes Paulus, Ubertellus becarius rogati fuere. ┼ Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani interfui et scripsi manu mea.

IV, 154. - Orig., mm. 262×160.

428.

Imolae, 10 iulii 1195.

Canonici S. Cassiani Bonoamico et Orabone concedunt in emphytheusim petiam terrae in Prathore sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo v, temporibus Celestini pape et Henrici inperatoris, die decimo intrante mense iulii, indictione xiii, actum Imole in ecclesia S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine dominus Albertus Auxeliti Imolenensis Ecclesie prepositus uná cum fratribus meis eiusdem ecclesie titulo et nomine pacti concedimus et largimur vobis Bonamico et Orabone vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et viiii ad renovandum ; idest petiam unam terre * * que est posita in loco qui dicitur Prathore : a primo latere via, a secundo Faber Albasie, a tercio Caurenellus et Gaibanellus cum uxore pro predictis canonicis, a quarto Zambonellus de la Tubata, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii, aut infra indictionem, denarium unum monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro iamdicta re denariorum menete luccensis solidos xx, quos confitemur a vobis recipisse. Et ego prenominatus prepositus cum fratribus meis predictam terram ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et here-

dibus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis predictam rem vendere nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra licencia et requisitione et nostrorum succesorum, licencia vobis data et requisitione facta, liceat vobis dare aliis quibuscumque volueritis, salva dompnica ratione. Et hoc promiserunt predictus Bonusamicus et Orabona prefato domino preposito et suis fratribus stipulantibus firmum habere et solvere pensionem omni anno, ut declaratum est superius, quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti penam dupli quantum res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis in predictam rem.

Testes Nichola Guidonis Tartagni, Deuteguardi, Santernolus Iohannis Gati, Albertinus Alcheri rogati fuere.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani iamdicto contractui interfui et rogatus ab utraque parte scripsi omnia predicta manu mea.

IV, 156. - Orig., mm. 290×175. In versu, eadem manu Appare Boniamici et nepotis, I denarium pensionis; *exstat etiam nota uti ad n. 10.*

429.

Imolae, 19 augusti 1195.

Canonici S. Cassiani Guiberto de Dutia concedunt in emphytheusim medietatem petiae terrae in Rebezano sitae.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo V, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die XIII exeunte mense augusti, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti Dei gratia Ymolensis Ecclesie prepositus uná cum consensu et voluntate fratrum meorum in predicta ecclesia existentium nomine et iure pacti concedo et largior tibi Giberto de Dotia receptori pro te et pro Virdiana nepte tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad LX et VIIII annos ad renovandum; idest medietatem unius petie terre posite in Rebezano, territorio

Ymolensi, plebe S. Cassiani : ab uno latere via, ab alio Girardus Grassus, a tercio et quarto Rambertus vel si qui alii affines sunt. Quicquid infra hec latera designata iacet et michi pertinet, videlicet medietatem predicte petie terre concedo et largior tibi predicto conductori et nepti tue Virdiane ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum cum vestris filiis et heredibus, ita sane ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus omni mense martii, aut infra indictionem, II denarios, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo verò quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re VII libras lucenses. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis fratribus atque successoribus; ita vero ut non habeatis licentiam contrahendi predictam rem cum aliquo nisi nobiscum vel cum nostris successoribus, et pro XII denariis minus quam ab aliis habere possitis, si tollere voluerimus ; alioquin liceat vobis dare cui volueritis, salvo iure nostre ecclesie. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testis et manus investitor Maruitus, Iohannes Giberti, Rainerius, Abel, Bonusmartinus. Actum in civitate Imola.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et scripsi.

IV, 157. - Orig., mm. 270×180.

430.

[Imolae], 10 septembris 1195.

Canonici S. Cassiani Azoni abbati S. Zacharie in Trecentis concedunt hospitale Stenperati cum omnibus bonis sibi pertinentibus, nonnullis tamen appositis oneribus et clausulis.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anni Domini MC nonagesimo V, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die X intrante mense septenbris, actum in canonica S. Cassiani, indictione XIII. Iustis petentium desideriis facilis est prebendus

consensus et ea que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Quapropter ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti Dei gratia Ymolensis Ecclesie prepositus ad honorem Dei et beati Cassiani martiris et aliorum sanctorum Dei una cum consensu et voluntate confratrum meorum in eadem ecclesia existentium divine pietatis intuitu concedo et largior tibi donno Azoni venerabili abbati de monasterio S. Zacharie in Trecentis receptori pro te tuisque confratribus et successoribus in perpetuum; idest hospitale Stenperati cum omnibus posses-s[ionibus] et rebus mobilibus sibi pertinentibus, cuius vocabulum est ecclesia S. Georgii. Hec omnia suprascripta concedo et largior tibi prefa[to abbati] ad habendum, tenendum, restaurandum, defensandum et in omnibus meliorandum cum tuis fratribus et successoribus in predicto monasterio commorantibus in perpetuum ad hoc ut secundum illius loci possi(bi)litatem pauperibus subsidium et hospilitatem conferre, et in rogationibus et baptismatibus nostre ecclesie reverentiam exhibere, et nullus hominibus vel mulieribus a nobis interdictis divinum offitium impendere, et nullos de nostra sepultura in vestra sepultura recipere, et nullos nostros manentes sine consensu et voluntate nostri ad conversionem recipere debeatis, et si quis homo vel mulier, que nostre ecclesie servitium vel aliquos redditus facere consuevisset, ad vos causa conversionis declinare voluerit, vobis recipere concedimus salvo servitio et redditu quod nostre ecclesie primitus facere consueverat, et ut non habeatis licentiam distraendi vel alienandi vel aliquem contractum faciendi de possessionibus suprascripti hospitalis nisi pro utilitate eiusdem hospitalis, et hoc semper cum consensu et voluntate prepositi S. Cassiani et eiusdem ecclesie canonicorum, et ut nobis nostrisque fratribus et successoribus nomine pensionis omni anno in festo S. Cassiani x solidos lucenses et duas libras cere inferre debeatis cum tuis fratribus et successoribus, et si contigerit vos per biennium pensionem tenere, non obsit vobis, set totum restituere quod tenuissetis, tamen ea que superius dicta sunt observentur et persolvantur. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra ea, que superius leguntur, litem vel molestiam generare presumpserit, et suprascripta omnia non observaverit, vel contra quemlibet agentem legitimam defensionem non exhibuerit, det pars parti fidem servanti penam xx librarum lucensium, et soluta pena, hec omnia suprascripta in perpetuum maneant firma. Predictus

prepositus cum consensu et voluntate suorum fratrum scribere mandavit, et tradidit in manus predicti abbatis Girardum diaconum et canonicum, et presbiterum Symonem de S. Laurentio ut mitterent in possessionem de predicto hospitali et eius possessionibus. Testes his omnibus suprascriptis rogati et vocati fuere archipresbiter Petrus de S. Prospero, presbiter Ugo de S. Laurentio, Gandulfus iudex, Albertus Bolgarelli, Dux Martignonis, Iohannes Clarielli, Maruitus, Tavianus, Desalbergatus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius his omnibus suprascriptis interfui et ab utraque parte rogatus scripsi.

(Aa). † Ego Albertus Auxelitti Ymolensis Ecclesie prepositus manu mea subscripsi. Ego presbiter Christianus manu mea subscripsi. Ego Ildebrandus presbiter manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius Imolensis Ecclesie canonicus manu mea subscripsi. Ego Arduinus diaconus manu mea noa [1] subscripsi. Ego Gerardus diaconus et canonicus manu mea subscripsi. Ego Rodulfus canonicus subscripsi. Ego Albertus presbiter et canonicus manu mea subscripsi. Ego Expectatus canonicus S. Cassiani subscripsi. Ego Albertus canonicus subscripsi. Ego Andreas canonicus subscripsi.

IV, 158. - Orig., mm. 351×270. Charta arrosa est. = IV, 159. - Aliud orig., mm. 332×262. Charta sinistrorsum arrosa est, et caret subscriptionibus canonicorum.

[1] *Orig. ita refert.*

431.

Imolae, 8 octobris 1195.

Canonici S. Cassiani Zanettolo et Pirolo filiis Sordelli concedunt in emphytheusim quinque arvi tornaturias de fundo Russe.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MC nonagesimo V, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die VIII intrante mense octubris, Imole, sub porticu canonice ecclesie S. Cassiani, indictione XIII. Nos quidem in Dei nomine Ildebrandus et Christianus presbiteri et ecclesie S. Cassiani canonici cum consensu et voluntatae fratrum nostrorum eiusdem ecclesie canonicorum nomine et iure pacti concedimus et largimur vobis presentibus in Christi nomine Zanettolo et Pirolo filiis quondam Soldelli receptoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad

LX et VIIII annos ad renovandum; idest V tornaturias terre laboratorie, posite in fundo Russe: ab uno latere possidet Nigrolus, ab alio heredes Guidonis Albertini, a tertio Bernardus faber, a quarto Brunellus et Petrocinus frater eius, vel si qui alii affines sunt, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis prefatis conductoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et successoribus omni mense martii, aut infra indictionem II denarios lucenses, et in tempore renovationis, pro ipsa renovatione, XXX solidos bononienses, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia recepimus a vobis mercedis nomine pro iamdictis V tornaturiis terre XXIX libras lucenses. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus; ita vero ut non habeatis licentiam vendendi nec aliquem contractum faciendi de predicta re nisi nobiscum, et pro XII solidis minus quam ab aliis possitis, si tollere voluerimus, alioquin liceat vobis dare cui volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testis et manus investitor Maruitus, Ugo Donne, Nigrolus et filius eius, Matheus Gratacelum, Gratianus, Girardus de Porcatizo testes rogati fuere omnibus suprascriptis.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et a predictis locatoribus rogatus scripsi.

IV, *160. - Orig., mm. 260×180.*

432.

Bononiae, 16 octobris 1195.

Palmerius de Imola canonicis S. Cassiani vendit quartam molendini portionem positi in Cavanna de Avexe.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Anni Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo XCV, regnante domino

Henrico Romanorum rege et semper augustus, XVII kalendas novembris, indictione XIII. Constat me quidem Palmerium de Immola hoc venditionis instrumento in presentiarum perfecto dominii et proprietatis ac possessionis iure vendidisse et huius rei gratia tradidisse vobis domino Alberto Ocelecti prepositi ecclesie S. Cassiani recipienti ad honorem Dei et eiusdem ecclesie vestrorumque fratrum [1] ac successorum in perpetuum quarta porcione unius molendini positum in Cavanna de Avexe a latere superiori in flumine Salterni, in quo molendino habet partem Boncius et hereditas Alberti et hereditas Trintini, et cum ingressu et egressu suo usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem et in integrum, et cum omnibus rebus predicte quarte partis molendini pertinentibus. Omnia, ut predixi, in integrum in presenti pro precio XL librarum lucensium a vobis emptori pro predicta ecclesia michi venditori, bene soluti, vendo, trado, transfero vobis prenominato emptori vestrisque fratribus ac successoribus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et vestra auctoritate in possessione intrandum, et quicquid vobis vestrisque fratribus ac successoribus deinceps vestro nomine placuerit faciendum ; ut nullam litem nullamque controversiam predicte rei nomine a me prefato venditore, nec a meis heredibus aliquo modo quolibet in tempore vos prenominatus emptor vel vestri successores de cetero sustineatis ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defensare et auctorizare vobis vestrisque fratribus et successoribus promitto. Et si ego vel mei heredes predicta omnia firmiter semper observare noluero, pene nomine per stipulationem duplum predicte rei eiusdem bonitatis et estimationis dare omneque rationabile dampnum et dispendium, quod vobis acciditur, vobis vestrisque fratribus ac successoribus resarcire promitto. Et insuper hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, semper incorruptum conservare spondeo.

Actum in civitate Bononie in porta S. Proculi sub porticu domus filiorum domini Manfredini de Lugarello, indictione predicta.

Prenominatus venditor hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, scribere rogavit. Dominus Hospinellus et dominus Petrus Lovelli et dominus Iacobus de Bernardo et Godescalcus frater eius et Guidoctus de Maio et Rolandus Manfredini et Aulixerius et Caravicta et Beldemandus et Marutus castaldus canonici S. Cassiani et aliorum quamplurium rogati sunt testes.

Ego Bonusfantinus quondam Federici imperatoris notarius hoc venditionis instrumentum, ut supra legitur, scripsi et subscripsi et emendavi vestrorumque fratrum.

IV, 161a. - Orig., mm. 409×172. In eadem charta exstat n. 433.

[1] *Interscripta verba* vestrorumque fratrum *supra* vestrisque fratribus *deleta.*

433.

Imolae, 18 octobris 1195.

Luchese uxor Palmerii eiusque filius Pelegrinus ius molendi canonicis S. Cassiani a Palmerio datum confirmant.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anni Domini nostri Iesu Christi MCXCV, actum in civitate Imola, XV kalendas novenbris, indictione XIII, in presentia testium nominatim ad hoc rogatorum et vocatorum, videlicet Ravignani, Dominici de Sorbano et Petri Barutii et Orlandi Barutii et Maruiti ecclesie S. Cassiani castaldionis. Accesserunt presbiter Clarius et presbiter Christianus et Girardus diaconus ecclesie S. Cassiani canonici ad domum domini Palmerii coram domina Luchese uxore eius et Pelegrino filio eorum postulantes et deprecantes predictam dominam Lochesem et Pelegrinum filium eius quatinus super instrumento molandi superius nominati et scripti per manum Bonifantini notarii suam auctoritatem et confirmationem precarent. Illa vero cum predicto filio suo predictorum canonicorum precibus leto animo et alacri vulto aquiescens, instrumentum molandi, quod dominus Palmerius prefate ecclesie fecerat, coram predictis deligenter audivit testibus et ratum et firmum totum illud, quod in predicto instrumento continetur, habere et tenere promisit sub pena dupli, quod predictum molandinum valet, et soluta pena, instrumentum in perpetuum firmum tenere; et renuntiavit omni iuri et actionibus quas habebat in predicto molandi sive causa donationis propter nuptias, seu quolibet alio modo, et insuper renuntiavit senatus consulto vel aiano. Et hec omnia prescripta predicta domina Luchese et Pelegrinus filius eius scribere mandaverunt, et per se et per suos heredes sub nomine predicte pene firma tenere in perpetuum.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

IV, 161b. - Cf. notam n. 432.

434.

[Imolae], 21 octobris 1195.

Canonici S. Cassiani Zanettolo et Pirolo concedunt in emphytheusim unam petiam terrae in loco Russe dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnationis MC nonagesimo V, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, XII kalendas novembris, actum in canonica S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Christianus ecclesie S. Cassiani canonicus cum consensu et voluntate fratrum meorum in predicta ecclesia commorantium concedo et largior vobis Zanettolo et Pirolo receptoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus nomine pacti dehinc ad LX et VIIII annos ad renovandum; idest duas turnaturias terre laboratorie II pedes minus, que iacent in loco qui vocatur Russe, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere vos receptores, ab alio Bernardus faber, a tertio Brunellus, a quarto heredes Ugolini Iacobi, vel si qui alii affines sunt. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis prefatis conductoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus omni mense martii aut infra indictionem I denarium bononiensem cum vestris filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a vobis mercedis nomine pro iamdicta re XII libras lucenses XXVIII denarios minus. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Ita vero ut non habeatis licentiam contrahendi predictam rem cum aliquo nisi nobiscum, et pro II solidis minus quam ab aliis habere possitis, si tollere voluerimus, alioquin liceat vobis dare cuicumque volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam

dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testis et manus investitor Maruitus, Nigrolus et Girardus filius eius.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius a predicto locatore et eius fratribus rogatus scripsi.

IV, 162. - Orig., mm. 250×170. In versu, eadem manu Appare Zanettoli et Piroli Montis Catonis.

435.

Imolae, 11 novembris 1195.

Canonici S. Cassiani Brunello et Petrocino concedunt in emphytheusim duas et sesqui tornaturias arvi de fundo Russe.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anno dominice incarnationis MC nonagesimo V, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XI intrante mense novembris, Imole, sub porticu canonice S. Cassiani, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine Albertus Ausilitti Dei gratia Ymolensis ecclesie prepositus una cum consensu et voluntate confratrum meorum in eadem ecclesia existentium nomine pacti concedo et largior tibi Brunello receptori pro te in una medietate dicende rei, in alia vero medietate pro Petrocino fratre tuo vestrisque filiis et heredibus usque ad LX et VIIII annos ad renovandum ; idest IIII tornaturias terre laboratorie et mediam tornaturiam pro vobis et pro Zilia uxore Brunelli per equalem partem : ab uno latere predictarum rerum via percurrens, ab alio Bernardus faber, a tertio heredes Soldelli, a quarto Rago faber, vel si qui alii affines sunt, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani et loco qui vocatur Russe. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis prefatis conductoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus omni mense martii aut infra indictionem IIII denarios lucenses cum vestris filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a vobis mercedis nomine pro iamdictis rebus XV solidos lucenses. Et

ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus supradictas res ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Ita vero ut non habeatis licentiam contrahendi cum aliquo de predictis rebus nisi nobiscum, et pro II solidis minus quam ab aliis habere possitis, si tollere voluerimus, alioquin liceat vobis dare cui volueritis, salvo iure nostre ecclesie in omnibus. Et si quis enim nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Predictus locator scribere mandavit et licentiam dedit Maruito castaldo ut iret cum predictis conductoribus et mitteret eos in possessionem predicte rei.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et a predicto locatore rogatus scripsi.

IV, 163. - Orig., mm. 305×226.

436.

Imolae, 15 februarii 1196.

Canonici S. Cassiani Ioanni Paulo concedunt in emphytheusim arvi tornaturiam de fundo Arcelle nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XV mensis februarii, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine donnus Ildebrandus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Iohanni Paulo receptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad LX et novem annos ad renovandum; idest unam tornaturiam terre laboratorie positam in fundo Arcelle, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: a duobus lateribus Rodulfinus de Ponzano, a tertio via, a quarto Lambertus Vitalis, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi prefacto conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omni-

bus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem michi meisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii aut infra indictionem I blancum, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re X solidos bononienses. Et ego iamdictus ordinator una cum meis fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Ita vero ut non habeas licentiam vendendi, nec aliquem contractum faciendi de predicta re cum aliquo, nisi nobiscum, et pro XII denariis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, si tollere voluerimus, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et do tibi licentiam intrandi in possessionem predicte rei per Maruitum castaldum nostrum. Predictus locator et eius fratres omnia, ut supra leguntur, scribere mandaverunt.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius scripsi et emendavi omnia supradicta.

IV, 164. - Orig., mm. 264×172. In versu, eadem manu Hec est cartula Iohannis Pauli; pensio albulum.

437.

Dutiae, 29 aprilis 1196.

Bertolottus Drudolo Panarole vendit arvi petiam in Runzano.

† In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini MCLXXXXVI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die II exeunte mense aprilis, Dutie, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Bertolottus do et vendo tibi Drudolo Panarole emptori pro te tuisque filiis et heredibus ed iura propria im perpetuum; idest petiam unam terre laboratoria que est posita in funto qui dicitur Runzano, territorio Imole et curte Montis Catonis et plebe S. Cassiani: a duobus lateribus viis, a III Comites, a IIII Bullius. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu

et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus exinde placuerit ad fatiendum. Pro eo quia accepi a te pretium pro suprascripta re denariorum monete bononiensium et ferariensium libras XVI pro deliberato et finito pretio. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repetitionem, aut litem movere contra te, neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito, vel extra placitum, aut quollibet modo. Promitto me preterea suprascriptam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare, et hanc venditionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito, vel extra placitum, aut quollibet modo, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quod res valet, tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus venditionis et proprietatis in perpetuum manead firmus.

Tua auctoritate introeas et possideas predictam rem.

Testes ad hec rogati fuerunt Zanboninus, Bonusvicinus, Bastardus, Tololus, Iohannos Aglisie, Bene de Casale, Iohannos Aurisie.

Et ego Bonusamicus sacri palatii et communis Dutie notarius omnia, que superius leguntur, manu mea scripsi et emendavi.

IV, 165. - Orig., mm. 258×158.

438.

Imolae, 16 maii 1196.

Lombardinus et Paganus Albertinello Drudoli refutant iura et actiones quas habent supra petiam terrae in villa Casulae.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno Domini MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XVI mensis madii, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Lombardinus pro me et pro Pagano fratre meo diffinio et refuto tibi Albertinello Drudoli receptori pro te

tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest omne ius et actiones quod vel quas habebam vel habere sperabam in una petia terre qua(m) emisti a Bertolotto de Doza, que terra posita est in villa Casule, curte Montis Catonis, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: a duobus lateribus vie percurentes, a tertio Plumazolus, a quarto Bulius. Quantum iuris et actionis habeo vel habere spero infra hec latera designata, diffinio et refuto tibi trasactionis nomine ad habendum, tenendum, et tua auctoritate in possessionem intrandum, et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus placuerit in perpetuum exinde faciendum. Pro eo vero quia accepi a te pro iamdicta re xx solidos bononienses pro deliberato et finito pretio. Et ego iamdictus refutator cum meis filiis et heredibus suprascriptam rem ab omni persona hominum semper legitime auctorizare et defensare, et hanc refutationis cartulam in perpetuum firmam tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia suprascripta non observavero, vel ego vel predictus frater meus vel nostri heredes, aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, sive in placito, vel extra placitum, seu quolibet alio modo, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos pene nomine XL solidos bononienses, et soluta pena, hec refutationis et transactionis cartula in perpetuum maneat firma. Quam predictus refutator, ut supra legitur, scribere mandavit. Testes rogati interfuerunt Guido Bonzi, Zanzolus Aurisii, Orzola, Calvus.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et scripsi.

IV, 166. - Orig., mm. 258×160.

439.

Bagnariae, 22 iulii 1196.

Dota refutat canonicis S. Cassiani omnia iura et actiones quas habebat supra decem terrae tornaturias de fundo Scogniti.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die X exeunte mense iulii, indicione XIIII. Dum adessem ego Peregrinus no[tarius] in Bagnaria, in casa Azoli, ibique mecum aderant viri bone opinionis et laudabilis fame

quorum nomina hec sunt: In primis presbiter Iohannes et presbiter Guido sacerdotes Bagnarie, Monscasalis, Iohannes Bernardi, Guidolus de Gandulfolo, Damianus. In istorum omnium presencia et mei iamdicti tabelionis accesit Dota et accebit baculum in manu sua et misit in manu presbiteri Christiani S. Casiani ecclesie canonicus et dixit: Hen ego refuto, difinio, postpono, transsigo, cedo et do tibi omne ius et omnes acciones et excepciones et peticiones et defensiones quascumque habeo vel habere spero in una pecia terre x turnaturias extimata, posita in fundo Scogniti, a duobus lateribus sunt vie, ab aliis duobus lateribus iura predicte ecclesie, et est sita territorio Corneliensi * *. Hec inquam, refuto vobis vestrisque fratribus vel successoribus pro me meisque filiis et heredibus sine dolo et fraude observare et nullo modo contravenire, neque per me neque per meos heredes neque per sumissam vel sumittendam a me personam in placito, vel extra. Set immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in perpetuum sub pena dupli, ut res valet, et soluta pena, hec refutacio maneat firma. Hoc fuit factum in presencia canonicorum, videlicet Gibertini et Redolfini et Andree. Et insuper ego Peregrinus notarius sicut vidi et audivi et intellexi et rogatus fui a predicta refutatrice, ita scripsi et complevi, ut hoc perpetuo memorie retineatur in presencia predictorum testium.

IV, 167. - Orig., mm. 258×135.

440.

Imolae, 29 augusti 1196.

Canonici S. Cassiani Fantulo eiusque uxori Berthae concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo Bolognigus.

In Dei nomine. Anno Christi nativitatis MC nonagesimo sexto, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris et regis Sicilie, die tertio exeunte mense augusti, indictione XIIII, actum Imole in tubata canonicorum B. Casiani. Unus quidem locationis modus est qui vulgariter pactum solet appellari. Quaproptrer nos quidem in Dei nomine Ildebrandus canonicus ac archipresbiter plebis Aquevive et presbiter Christianus, et presbiter Clarius ac Arduinus diaconus per voluntatem omnium nostrorum fratrum damus et concedimus nomine pacti tibi presenti Fantulo accipienti

pro te et Berta uxore tua vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad annos venientes sexaginta et novem ad renovandum; idest petiam unam terre laboratorie, que est posita in fundo Bolognigus * * et teritorio Corneliensi, plebe Solustra et computata VIII turnaturias et dimidiam, et si plus inveniatur secundum emptionem inferius scriptam, pretium augeatur, et si minus inveniatur, tantum de pretio subtraatur: ab uno latere possidet Zambonus, ab alio latere possidet Orlandus de Rambertino, ab alio latere comes Albericus possidet, a quarto latere est limes Petreficte. Quamtum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, et concedimus et damus vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus nos cum vestris filiis et eredibus omni mense martii aut infra indictionem IIII[or] lucenses, tunc pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro suprascripta re denariorum bononiensium libras V et dimidium. Ideo damus vobis investitorem Ugolinum castaldum de Casula qui de predicta re corporaliter vos investiad. Si vero ullo unquam in tempore vos vel vestri heredes alienare volueritis, prius nos requiratis, et si emere voluerimus, pro duobus solidis minus vobis dare debeatis quam alicui alii, et si noluerimus emere, habeatis licentiam vendendi et alienandi cuicumque volueritis, qui nobis eam obediat. Et nos iamdicti locatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta non observaverimus nos vel nostri successores aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Et nos receptores cum nostris filiis et heredibus promittimus pensionem solvere et omnia supradicta observare sub eadem pena.

Testes interfuere Ugolinus et Zacaria et Ugolinus castaldus de Casula manus investitor.

Et ego Nicolaus Dei gratia sacri palatii notarius manu mea scripsi et emendavi.

IV, 168. - Orig., mm. 310×147.

441.

Imolae, 22 septembris 1196.

Canonici S. Cassiani Calvinello concedunt in emphytheusim arvi tornaturiam in Casanova existentis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eius millesimo c nonagesimo vi, indictione xiiii, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die xxii mensis septembris, Ymmole. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti Ymmolensis Ecclesie prepositus cum consensu et voluntate omnium fratrum meorum in eadem ecclesia existentium, nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Calvinello conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest unam tornaturiam terre laboratorie existentis in Casanova in duobus locis: ab uno latere unius petie possides tu emptor, ab alio Petrus faber, a tertio heredes Acharisii de Bernardo, a quarto est via; ab uno latere alterius petie possident heredes prefati Acharisii, ab alio Rebecca, a tertio Petrus faber a quarto est via, et si alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus constitutum territorio Ymmolensi, plebe S. Cassiani, concedo et largior tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum cum tuis filiis et heredibus. Ita sane ut inferas pensionis nomine michi meisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii aut infra indictionem i bononiensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro suprascripta re xx solidos bononienses; ab omni quoque homine predictam rem legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis fratribus atque successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis et heredibus predictam rem vendere vel donare seu commutuare vel aliquo modo alienare sine mea vel meorum successorum licentia et parabola; et si

tollere voluerimus pro XII denariis minus quam ab aliis habere poteritis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum quod datur nomine mercedis, stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et tua auctoritate liceat tibi ingredi predictam rem et possidere. Testes rogati interfuerunt Iohannes de Fosola, Bernardus faber, Artusius murator, Mercatant, Bazonus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et ab utraque parte rogatus scripsi et subscripsi.

IV, 169. - Orig., mm. 244×174. In calce eadem manu scriptum ex opposito versu sequens nota quae difficulter interpretatur. Confitetur Ugolinus Basoli iurare (?)... credit panzeriam de qua lis est esse Milanensis, ideo quia Milanensis dicit. *In versu, manu saec. XIII* Hanc habent Horabone.

442.

Imolae, 7 octobris 1196.

Canonici S. Cassiani Gerardo diacono et canonico concedunt in emphytheusim tres et sesqui tornaturias arvi positi in Cordatello.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione millesimo centesimo nonagesimo VI, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die VII intrante mense octubris, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu et voluntate omnium fratrum meorum in prefata ecclesia existentium nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Gerardo diacono dilecto filio nostro predicte ecclesie canonico conductori pro te tuisque heredibus et successoribus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest quattuor tornaturias terre laboratorie et dimidiam que iacet in Cordatello, teritorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere predicte rei via, [1] a duobus Guido Polente, a quarto Rolandus Rambertini, et si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi prefato

conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionis nomine omni mense martii aut infra indictionem duos denarios bononiensis monete in predicta ecclesia cum tuis heredibus atque successoribus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re VIIII libras bononienses, quos a te michi solutos, et in utilitatem predicte ecclesie conversos esse confiteor, et renuntio exceptioni non numerati pretii, et omni alii exceptioni et legum auxilio. Ab omni quoque homine prescriptam terram cum meis fratribus et successoribus tibi tuisque heredibus et successoribus legitime auctorizare et defensare, et hoc pactum firmum tenere et nullo modo contra venire promitto. Ita vero ut non liceat tibi neque tuis heredibus facere aliquem contractum de predicta terra cum aliquo sine mea vel meorum successorum licentia et parabola; et si tollere voluerimus, pro II solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum, quod datur nomine mercedis, stipulatione ad invicem inter nos promissum, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Iamdictus prepositus et omnes eius fratres hoc pactum, ut supra legitur, scribi mandaverunt; et accipientes Maruitum castaldum per manus tradiderunt eum prefato Gerardo ut mitteret eum in possessionem predicte terre.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et scripsi et cancelavi ab alio iura predicte ecclesie.

IV, 170. - Orig., mm. 277×165.

[1] *Sequuntur deleta* ab alio iura predicte ecclesie

443.

Imolae, 7 octobris 1196.

Canonici S. Cassiani Christiano presbytero concedunt in emphytheusim tres arvi tornaturias in Curano positas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die VII intrante mense octubris, actum in civitate

Ymole, sub porticu canonice S. Cassiani, indictione xiiii. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti Ymolensis Ecclesie prepositus cum consensu et voluntate fratrum meorum in eadem ecclesia existentium, videlicet Clarii et Alberti atque Ildebrandi presbiterorum, et Arduini et Girardi diaconorum, et Gibertini et Andree subdiaconorum, et Rodulfi et Alberti clericorum et canonicorum nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine dilecto fratri nostro presbitero Christiano receptori pro te tuisque heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest tres tornaturias terre laboratorie positas in Curano, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere Nicholaus, ab alio Ugo Pagane, a tercio Rainutius, a quarto semita, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi iamdicto conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem in predicta ecclesia omni mense martii, aut infra indictionem, iiii denarios lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te pro iamdicta re, mercedis nomine xl solidos bononienses, et renuntio exceptioni non numerati pretii, et predictos denarios in utilitatem ecclesie B. Cassiani conversos esse confiteor. Et ego iamdictus concessor uná cum meis fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque heredibus. Ita vero ut non habeas licentiam vendendi nec aliquem contractum faciendi de predicta re cum aliquo nisi nobiscum, et si tollere voluerimus, pro duobus solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum; et tua auctoritate introeas et possideas predictam rem. Predictus dominus prepositus et omnes eius fratres omnia, ut supra legitur, scribere mandaverunt michi Michaeli notario.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius huic pacto interfui et rogatus scripsi.

IV, 171. - Orig., mm. 220×188.

444.

Imolae, 18 octobris 1196.

Canonici S. Cassiani Attendiregi Clarielli concedunt in emphytheusim arvi tornaturiam in loco qui Vidhiluni dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XVIII mensis octubris, Imole, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Ildebrandus et Christianus ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate omnium fratrum nostrorum in prefata ecclesia existentium nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Attendiregi Clarielli conductori pro te tuisque filiis et heredibus dehinc ad LX et IX annos ad renovandum; idest unam tornaturiam terre laboratorie, extimatam tornaturiam I, si plus vel minus est in ho⟨c⟩ contractu permaneat, sita in Vidhiluni, territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere via, ab alio tu emptor, a tertio Guido Rachi et Sulimanus, a quarto uxor Bonfantis et Bonzus, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, deffensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem in predicta ecclesia omni mense martii aut infra indictionem I denarium bononiensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te pro iamdicta re mercedis nomine IIII libras bononienses et II solidos, quas renunciando exceptioni non numerate pecunie in utilitatem prenominate ecclesie conversas esse confitemur. Et nos iamdicti concessores cum nostris fratribus et successoribus predictam rem ab omni persona hominum semper legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus facere aliquem contractum de predicta re cum aliquo sine nostra licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam

ab aliis habere possis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Maruitus castaldus testis et manus investitor huius rei.

Testes rogati interfuerunt Ungarellus, Iohannes Foscole, Iohannes de Treforza.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et a predictis canonicis rogatus scripsi et emendavi.

IV, 172. - Orig., mm. 256×172.

445.

Imolae, 23 octobris 1196.

Canonici S. Cassiani Nigro, Ubaldino, Matthaeo et Hugolino concedunt in emphytheusim viginti tornaturias terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XXIII mensis octubris, Imole, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Christianus et Albertus ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate omnium fratrum nostrorum in eadem ecclesia existentium libellario nomine concedimus et largimur vobis presentibus in Christi nomine Nigro et Ubaldino nepoti tuo et tibi Matheo et Ugolino fratri tuo conductoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad XXVIIII annos ad renovandum; idest medietatem unius mansi positi tribus locis, extimatam tornaturias XX; una petia iacet in Maceratura: ab uno latere possident Gauzi pro nobis, ab alio Bonafilia pro nobis, a tertio est via, a quarto Maria. Alie due petie sunt posite in Tontola: ab uno latere unius petie est Mezale, ab alio heredes Asperandi, a tertio Matheus Follis, a quarto Albina: ab uno latere alterius petie via, a II Guido Breze, a tertio Vinzolus, a quarto Bonafilia, vel si qui alii affines sunt, territorio Ymolensi, plebe S. Prosperi [1]. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis prefatis conductoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus

suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut omni anno in festo S. Martini IIII solidos lucenses pro servitio nobis dare debeatis pro iamdicta re, et pro omni servitio quod nobis quondam exinde facere consuevistis, quod servitium tale erat: In festo S. Martini XXVIII lucenses pro porco et fresengo, teraticum panis et vini cum commextione una, et medietatem unius enxenii in Natale Domini, et medietatem alterius enxenii supra aream, et medietatem alterius supra canale et unum plaustrum lignorum et unam operam boum in braita nostra, sed ex novo contractu tantum IIII solidos lucenses, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis pro iamdicta re mercedis nomine V libras bononienses et dimidiam. Et nos predicti concessores predicta omnia ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus; eo videlicet tenore ut non liceat vobis vendere nec aliquem contractum facere de predicta re cum aliquo sine nostra licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro II solidis minus quam ab aliis habere possitis, nobis dare debeatis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et damus tibi licentiam intrandi in possessionem per manum Maruiti castaldi nostri. Testes rogati interfuerunt Albertinus Feraldus, Gandulfus, Zacharias.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui, et a predictis concessoribus et eorum fratribus rogatus scripsi et rasi.

IV, *173*. - *Orig.*, *mm.* *270×174.*

[1] Prosperi *exstat supra abrasionem.*

446.

Imolae, 15 novembris 1196.

Canonici S. Cassiani Aimerico de Ponzano concedunt in emphytheusim petiam terrae de fundo Cerete.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici

imperatoris, die xv mensis novembris, Imole, indictione xiiii. Ego quidem in Dei nomine Ildebrandus ecclesie S. Cassiani presbiter canonicus cum consensu et voluntate omnium fratrum meorum in eadem ecclesia existentium nomine pacti concedo et largior tibi Aimerico de Ponzano conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest vii tornaturias terre laboratorie, et tres perticas et vii pedes, positas in fundo Cerete: ab uno latere Guido Rachi, ab alio Casolus pro uxore sua, a tertio Poretinus et Scottus, a quarto Ugo Rochus, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani, concedo et largior tibi prefacto conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem michi meisque fratribus et successoribus omni mense martii aut infra indictionem ii bononienses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re vii libras bononienses et xiii solidos. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et herenibus cum meis fratribus atque successoribus; eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus vendere vel aliquo modo alienare predictam rem sine nostra licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro duobus solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, sin autem, liceat tibi dare cui volueris qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Testis et manus investitor Maruitus.

Testes rogati interfuerunt Enfangatus, Rustigellus, Deuteguardi, Zacharias.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius a predicto concessore et omnibus eius fratribus rogatus interfui et omnia suprascripta scripsi.

IV, 176. - Orig., mm. 212×173.

447.

Imolae, 26 novembris 1196.

Canonici S. Cassiani Miliano concedunt in emphytheusim terrae petiam sitam in fundo qui Limizuni appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo VI, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die V exeunte mense novembris, Imole, sub porticu canonice ecclesie S. Casiani, indicione XIIII. Et ideo nos quidem in Dei nomine archipresbiter Ildebrandus et presbiter Christianus et presbiter Clarius et presbiter Albertus et Arduinus levita et Girardus levita canonici predicte canonice per mandatum donni Alberti prepositi eiusdem canonice qui hoc nobis precipit et licenciam et parabolam et propriam facultatem et potestatem dedit et cum consensu aliorum nostrorum confratrum eiusdem canonice nomine pacti damus et concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Miliano conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum, idest unam peciam terre computatam XX tornaturias et VII perticas, que est posita in fundo qui vocatur Limizuni: ab uno latere tenent Bulgarelli, a secundo nos datores, ab aliis duobus limites. Quantum infra hec latera descignata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Prosperi, damus et concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense marzii aut infra indicionem IIII^or^ denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascripta re XV libras et mezam bononienses et VI denarios, quod precium solutum fuit in presencia testium qui inferius subscripturi sunt. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere

promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi supradictam rem vendere nec donare nec ullum contractum inde facere nisi in nobis nostrisque confratribus et successoribus pro duobus solidis bononiensibus minus quam ab aliis habere valeas, si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum amba-rum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit sive in placito, vel extra placitum, aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis per stipulationem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Marutus villicus huius rei manus investitor. Testes ad hec rogati interfuerunt Isaccus, Gui-tholinus, Zorzolus, Bonsavire, Ildrebandus, Zacharia. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu utriusque partis et huic pacto interfui et scripsi. Et predictum precium dedimus in uti-litate predicte canonice.

IV, 174. - Orig., mm. 300×159. In versu, eadem manu Apara Mi-liani; *manu saeculi XIII* § Guarnerius filium Ramberti qui fuit filius Mi-liani de Fontanella te[net] illam terram.....

448.

Imolae, 26 novembris 1196.

Canonici S. Cassiani Issacco et Zorzulo concedunt in emphy-theusim terrae petiam de fundo Limizuni.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarna-cione eius MC nonagesimo VI, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die V exeunte mense novembris, Imole, sub porticu canonice ecclesie S. Casiani, indicione XIIII. Et ideo nos quidem archipresbiter Ildebrandus et presbiter Cristianus et presbiter Clarius et presbiter Albertus et Arduinus levita et Girardus levita canonici eiusdem canonice iussu donni Alberti eiusdem canonice prepositi qui hoc nobis precepit et licenciam et liberam et propriam facultatem et potestatem dedit et cum consensu aliorum nostrorum confratrum eiusdem canonice nomine pacti damus et concedimus et largimur vobis presentibus in Christi

nomine Issacco et Zorzulo conductoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum ; idest unam peciam terre computatam XVIII tornaturias et VI perticas, que est posita in fundo qui vocatur Limizuni : ab uno latere tenent Bulgarelli, a secundo limes, a tercio iura S. Laurenzii, a quarto Milianus. Quantum infra hec latera descignata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Prosperi, damus et concedimus et largimur vobis per equalem partem ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense marzii aut infra indicionem IIII or denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re XIII libras et XIIII solidos bononienses, quod precium promittimus dare in utilitate predicte canonice, quod precium fuit solutum in presencia testium qui inferius subscripturi sunt. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis vestrisque filiis et heredibus supradictam rem vendere nec donare, nec ullum contractum inde facere nisi in nobis nostrisque confratribus et successoribus pro II solidis bononiensibus minus quam ab aliis habere valeatis, si tollere voluerimus, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito, vel extra placitum, aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Marutus villicus huius rei manus investitor. Testes ad hec rogati interfuerunt Milianus, Zacharia, Ildrebandus, Bonsavire, Guitholinus. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu utriusque partis et huic pacto interfui et scripsi.

IV, 175. - Orig., mm. 260×198. In versu, eadem manu Apara Issaki et Zorzuli; *manu saeculi XIII* ...... fuit Zorzoli de Funtanella ......

449.

Imolae, 5 decembris 1196.

Canonici S. Cassiani Andreulo et Alberto concedunt dimidiatim possidendam arvi petiam de fundo Limizuni.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici im[peratoris], die V intrante mense decenbris, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine I[ldebran]dus presbiter et canonicus ecclesie S. Cassiani cum consensu et voluntate omnium fratrum meorum [in] eadem ecclesia existentium nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Andreulo . . te in medietate dicende rei et tibi Alberto Guidonis Riossi in alia medietate, receptoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest VIIII tornaturias terre laboratorie, et duas perticas et duos pedes, positas in fundo Limizuni, territorio Ymolensi, plebe S. Prosperi: a duobus lateribus unius petie Imolensis Arpini, a tertio Raimundus Cossus pro uxore sua, a quarto heredes Martini Munsi; ab uno latere alterius petie Rolandus Rambertini, ab alio Vilanellus, a tertio Raimundus pro uxore sua, a quarto Gersantus vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis prefatis emptoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense martii aut infra indictionem IIII denarios bononienses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re VI libras bononienses et XI solidos et V denarios. Et ego iamdictus concessor cum meis fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus eo videlicet tenore ut non liceat vobis vendere vel donare nec aliquem con-

tractum facere de predicta re cum aliquo sine nostra licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro II solidis minus quam ab aliis habere possis nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Predictam rem iamdictus concessor et omnes eius fratres, ut supra legitur, scribere mandaverunt. Testis et manus investitor huius rei fuit Maruitus castaldus canonicorum, Zacharias hostiarius et Lulolus et Zanbonus Petri de Zanbono testes rogati interfuerunt.

† Ego quidem Michael Dei gratia sacri palatii notarius interfui et rogatus subscripsi et emendavi.

IV, 177. - Orig., mm. 260×176. In versu, eadem manu Appare Andręę et nepotis eius de Fontanello, IIII denarios.

450.

Ad plebem de Pasteno, 9 et 10 ianuarii 1197.

Sententia lata in favorem abbatis S. Mariae de Monte Armato in controversia inter ipsum et abbatem de Trecentis circa hospitale de Stenperato, et instrumentum quo praedictus abbas in possessionem eiusdem hospitalis immissus fuit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Ieremias archipresbiter plebis de Pasteno ex delegatione domini pape Celestini iudex et delegatus cause que vertitur inter abbatem S. Marie de Monte Armato ex una parte et abbatem de Trecentis ex alia super hospitali de Stenperato; quia predictus abbas de Trecentis cum prius venisset ad eundem et dixisset se stare in iuditio, postea lite aliquantulum contestata se absentavit et iuditium reliquit. Demum a nobis sepe vocatus et peremptorio citatus, quia venire contempsit, auditis testibus et perspectis instrumentis predicti abbatis Montis Armati, habitoque consilio sapientium, pronuntio ipsum abbatem de Monte Armato in possessionem hospitalis et omnium rerum mobilium et immobilium ad ipsum hospitale pertinentium esse mittendum. Hec sententia data est in claustro plebis de Pasteno anno Domini MC nonagesimo VII,

v idus ianuarii, indictione xv. Presbiter Vivianus, presbiter Ildebrandus, Guido diaconus, Ugolinus subdiaconus, Credentius, Brancaleo, Albertus, dominus Iustinianus, Ubaldinus et Mazolus et alii quam plures ad hanc sententiam audiendam rogati sunt testes. Eodem die et statim post latam sententiam coram istis testibus videlicet presbitero Viviano, Credentio, Iustiniano et Brancaleone, dominus Ieremias archipresbiter plebis de Pasteno ex delegatione domini pape Celestini tercii, datus cognitor de lite que vertebatur inter abbatem S. Marie de Monte Armato ex una parte et abbatem de Trecenti ex alia super hospitali di Stenteperati precepit Ugolino eius subdiacono quot iret cum abbate predicto S. Marie Montis Armati, et eum in tenutam et possessionem predicti hospitalis et omnium rerum mobilium et immobilium ad id hospitale quoquo iure pertinentium mittere deberet. Anno mc nonagesimo vii, iiii idus ianuarii, in presentia Henrici monachi, domini Iacobi, domini Iustiniani, Zacharie, Benni, Rainerii conversi, Rainucini, Gerardi, Guittifredi et mei Cigamige notarii. Ugolinus subdiaconus archipresbiteri plebis de Pasteno delegati, iudicis domini pape super controversia que vertebatur inter abbatem S. Marie de Monte Armato ex una parte et abbatem S. Zacharie de Trecentis ex alia super hospitali de Stenteperato et ipse Ugolinus eius sententie executor misit dominum abbatem de Monte Armato in possessionem et tenutam predicti hospitalis et totius sui iuris. Ego Cigamiga tabellio Henrici imperatoris his omnibus predictis interfui et mandato prenominati archipresbiteri ea, ut prelegitur, scripsi.

Ego Ieremias archipresbiter de Pasteno, licet indignus, manu mea subscripsi.

IV, 180. - Orig., mm. 167×174.

451.

Ferrariae, 1197.

In controversiis episcopum inter et canonicos Imolensis Ecclesiae testificationes in favorem canonicorum.

Testes canonicorum S. Cassiani contra episcopum.

§ Presbiter Christianus i dicit quod interfuit apud S. Apolenarem ubi episcopus Rodulfus dixit Gesoni camererio suo ut

ipse actiperet unam mezenam meliorem, quam haberet, et faceret eam portare canonicis S. Cassiani pro comestione in Natale, quam debebat eis dare, ut episcopus dicebat, et se vidente, dicit quod fuit posita super asinum et portata, et preceptum fuit a nuncio ut portaret eam canonicis, et credit quod XXXVI anni quod hoc fuit; et dicit quod vidit eundem episcopum postea in I anno dare canonicis IIII^or comestiones, silicet in Nativitate Domini et in die Iovis sancti et in Resurectione Domini et in festo S. Cassiani, set non recordatur quo anno; et dicit quod iam sunt XLVI anni quod vidit predictum episcopum dare predictas IIII^or comestiones in quodam alio anno similiter; interrogatus si tercio anno vidit hoc idem, respondit quod non recordatur et dicit quod postea [tempore] Arardi episcopi vidit predictas comestiones dari continue per III vel IIII annos ab episcopo Arardo, et hoc fuit antequam ipsemet [testis esset canonicus], et dicit quod, postquam fuit electus canonicus, episcopus Arardus proposuit inter canonicos in capitulo quod volebat ire apud . . . . . et canonici pecierunt pastum et ipse promisit eis dare, et misit eis XXV solidos lucenses pro eo pasto, et ipsum et testes hab . . . . . canonicis postea continuatim dedit quoad vixit in episcopatu, quod fuerunt VII anni vel parum plus vel parum minus et dicit quod episcopus bene dedit [IIII] comestiones quousque stetit in castro S. Cassiani priusquam foret destructum, ex certo I comestionem pro qua dedit compensacionem se . . . . . prout episcopus fuit in episcopatu II vel III annis ante destructionem castri; et dicit quousque guerra duravit, quod potuit esse VI vel VII anni, non dedit eis has IIII comestiones, et dicit quod post pacem factam bene per IIII annos vidit dare has quatuor comestiones vel recompensaciones earum, excepto in Natale illo quo fuit cum rege Henrico, qui nunc est imperator, et hoc fuit apud S. Cassianum; et postquam venit Imolam, dedit eis VIII vel VIIII predictas tales comestiones in dictis diebus et non plus, toto tempore quo ibi fuit moratus; et dicit quod hic presens episcopus, qui nunc est, cum erat electus, dedit eis primo anno mezenam I pro comestione Natalis et postea XX solidos lucenses pro recompensacione alterius comestionis, et II comestiones I in Resurectione et alia in festo, S. Cassiani, si priusquam episcopus fuit consecratus dedit, dicit quod nesit, quia non interfuit et dicit quod audivit ab antecessoribus suis canonicis quod semper debebant habere has IIII comestiones ab episcopis; interrogatus qua racione, dicit

ex usu et ex consuetudine et dicit quod has IIII comestiones vidit dari omnibus canonicis presentibus, eorum servientibus et familie toti et castaldionibus, et ipsi dabant ei⟨s⟩ omnia que pro apparatu erant necessaria quandoque et quandoque non. De colectis de plebe Zissi et Masse que episcopi faciunt pro archiepiscopo vel pro cardinalibus partem illam quam pertinet ecclesiis, canonici presbiteri illarum ecclesiarum adducunt eam canonicis, et ipsi tali vice dant eam episcopo, et tali non ; aliam dicit quod episcopi non debent facere. De albergaria episcopi quam dicit debere habere super ecclesiis de Massa, dicit antiquitus non habuerunt nec habere debent, set dicit quod hac occasione habuit episcopus Rodulfus quando tempore errisie dixit canonicis quod volebat ibi ospitari, et ipsi iverunt cum eo et fecerunt eum ospitare, dicendo quousque sisma duraret, quod bene posset ibi ospitare, deinde nunquam haberet ipse nec eius successores potestatem ibi ospitandi, et dicit quod episcopus respondit : nolo amplius; interrogatus ubi fuerunt hec verba, respondit : apud S. Cassianum ; et qui fuerunt presentes, dicit quod omnes sunt mortui preter seipsum testem, et dicit quod quando episcopus Arardus ibat ad consecrandam ecclesiam de Sancta Mamma, quod volebat ospitare in ecclesiis de Massa et ipse testis et Ugo Ducie contradixit ei, et nunciavit ei verba episcopi Rodulfi, et ipse episcopus non ivit, nec de cetero, se teste siente ire voluit; et dicit quod episcopus Henricus fuit ibi ospitatus et canonici habuerunt pro malo et fecerunt querimoniam de eo archidiacono et cardinalibus et cantoribus Ravenne ; et ipse venit et dixit quod nolebat cum eis placitare, neque sentenciam de illo negocio audire, et sic venit et concordavit se cum canonicis, et cartulam refutacionis fecit eis et sic de cetero non amplius se intromisit; et dicit quod canonici semper habuerunt potestatem ordinandi clericos in ecclesiis Masse et ponendi ac disponendi ad eorum voluntatem, et hodie habent, set dicit quod episcopus Albertus nunc inquietat eos et nuper abstulit cuidam sacerdoti libras IIII bononiensium, ut sibi videtur, de quibus debent canonici habere medietatem, quia episcopus Henricus eis concessit, et dicit quod can[onici] debent examinare clericos et representare episcopo, et postea fidelitatem sine eo ab eis recipere ; interrogatus quare debet hoc fieri, [respondit] quod talem habent consuetudinem et ita facere consueverunt, et dicit quod episcopus Henricus abstulit dimidiam I mansi Raimundino et Garatoni, de alia dimidia

dedit canonicis III tornaturias terre pro qua canonici habebant XXXII lucenses annuatim, pro quibus denariis canonici petunt a tempore illo usque nunc recompensacionem denariorum vel terram, set dicit se credere quod tantum denarios debent habere, de XXIII libris lucensibus petitis ad opus ecclesie S. Cassiani pertinentibus, dicit quod audivit episcopum Henricum confitentem in egretudine, qua decessit, quod ipse hab⟨eb⟩at illos denarios; et dicit episcopus Albertus vendidit de terra laborerii ecclesie, quam canonici volunt, ut ipse reddat; et dicit quod episcopus Henricus promisit canonicis penam unius libre auri in quodam instrumento inter eos confecto in qua ipse episcopus cecidit, ideo eam petunt; et dicit quod canonici debent habere ab episcopo annuatim in die Iovis sancti novem libras olei; interrogatus quare, dicit ex consuetudine, et dicit quod interfuit uti episcopus Henricus precepit presbitero Moysy per fidelitatem, quam ei debebat, ut diceret sibi veritatem quantum oleum dederat canonicis temporibus aliorum episcoporum et sui quando erat camerarius episcopi, silicet Rodulfi et Arardi annuatim, et ipse respondit VIIII libras; interrogatus ubi fuerunt hec verba; respondit in confessione S. Cassiani, et qui fuerunt presentes, dicit quod non recordatur, et dicit quod ipse testis vidit tantum oleum dari temporibus Arardi et Henrici episcopi in tali die. De ecclesia S. Donati dicit quod canonici erant soliti habere solidos V lucenses, quam ecclesiam episcopus a . . . habet, ideo dicit quod debet vel denarios solvere, vel ecclesiam relique⟨re⟩, aliam non reddidit racionem. De placitis matrimoniorum dicit quod est consuetudo canonicorum quod episcopus non debet sine ei⟨s⟩ facere. De contractibus episcopi dicit quod non debet episcopus aliquid contractum facere sine consilio canonicorum, set ipsi bene possunt sine episcopo suos contractus facere quia ita consueverunt; de decimis Puzoli et Taurani dicit quod nullus episcopus impedivit eos preter episcopum Albertum qui a duobus annis retro abstulit eis. De sacramentis fidelitatum laycorum dicit quod habent ex consuetudine, quod nullus episcopus debet sine canonicis recipere. De manso posito in Capite Silice quem tenebant Martignones et Storearei, et nunc habet presens episcopus Albertus, dicit quod canonici debent habere solidos III blancorum et triginta pisses annuatim, set a tempore destructionis castri S. Cassiani usque nunc nichil habuerunt; interrogatus quomodo sit illos non habuisse, respondit quod ipse canonicus est illius

canonice et semper fuit ibi moratus, et primitus dicit quod semper viderat illos habere; et de aliis xxx pissibus et dinariis tres, quos dabat Martinus Poculi Cavani, quos episcopus Henricus dedit eis pro anima sua, dicit quod episcopus Albertus abstulit possessionem predicto Martino in anno preterito, ideo canonici nichil habent; interrogatus quomodo sit illum Martinum dedisse, respondit quod ex quo fuit canonicus vidit eum dare, et ex eis comedit. De paramentis capelle episcopi et de ordine suo dicit quod est consuetudo quod debeat semper manere in sacristia canonicorum. De campana episcopi capelle suspensa dicit quod prepositus fecit appellacionem domino pape IIII dies antea priusquam foret ibi campana illa posita, et dicit quod ulterius nullus episcopus habuit.

§ Ugolinus clericus I dicit quod tempore episcopi Henrici interfuit cum canonicis quodam anno ad comestionem quam ipse episcopus dedit eis in die Iovis sancti, et in die Resurectionis Domini, et in festo S. Cassiani, et dicit quod familiares canonicorum, qui sani erant, interfuerunt cum eis, et qui sani non erant et propter hoc venire nequiverant nunc, et episcopi non solum eis set etiam converse canonicorum quia non erat illuc venire conveniens, misit que ad comedendum erant eis necessaria, set quantum tempus sit quod hoc fuit, noluit ponere nec dicere. Et dicit quod recordatur canonicos habere decimam Taurani et Puzoli bene per x annos quiete priusquam episcopus Albertus auferret eis, quod est circa I annum; interregatus quomodo sit ita esse, respondit quod vidit canonici ire ad colligendam illam decimam, ut ipsi dicebant, set non interfuit ubi foret collecta, nec amplius questionem exinde audivit. Et dicit quod a x annis retro vidit clericos de ecclesiis Masse recipere crismam a canonicis et audivit quod dederant eis siffos et parassides et castaneas a canonicis sibi ostensas et carnes et alias res, et audivit quod canonici possunt ordinare clericos in ecclesiis illis et mittere et extraere ad eorum voluntatem. Et dicit quod in preterito anno comedit cum canonicis de pissibus datis pro pensione terre de Capite Silice, secundum quod canonici dicebant; de examinacione et in representacione et fidelitate clericorum dicit idem quod presbiter Christianus a x annis retro; aliud dicit quod nesit.

§ Nicholaus notarius I dicit quod iam sunt x anni quod vidit episcopum Henricum dare II comestiones, in I anno cano-

cicis, videlicet I in die Iovis sancti et aliam in die Resurrectionis; et dicit quod semper audivit quod debebat eis dare IIII comestiones, I in Natale et aliam in die Iovis sancti, terciam in die Resurrectionis, quartam in die festo S. Cassiani, et dicit quod ipse testis per plures viçes comedit cum canonicis. De pissibus pensionis Capite Silicis, ut ipsi dicebant, et dicit quod quadam vice audivit Biccum nuncium canonicorum adduxisse pisses illius pensionis et ipsemet testis interfuit tunc operi, preceptum fuit ei ut iret pro illis pissibus de pensione Capite Silicis. De omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit idem quod Ugolìnus ab examinacione in antea.

§ Presbiter Ildebrandus archipresbiter de Aquavia canonicus S. Cassiani I dicit quod se canonicum esse a XXV annis, et postquam fuit canonicus, episcopus Arardus dedit canonicis VIII comestiones in castro S. Cassiani continue per II annos in prenominatis diebus, in tercio anno II comestiones dedit, silicet in die Iovis sancti et in die Resurrectionis et in omnibus istis interfuit, terciam autem in Nativitate, precedente non dedit, et hoc ex consensu canonicorum quia episcopus se absentaverat; interrogatus quomodo hoc sit, dicit magnum rumorem inter fratres fuisse si de eorum voluntate hoc non foret factum: postea dicit episcopum Henricum dedisse VIII comestiones in II annis continuis in castro, in tercio dedit I in die Natalis, et tunc castrum fuit destructum, et guerra illa duravit circa VII annos, in qua guerra prestitit I tantum in festo S. Cassiani in ecclesia S. Laurencii Imole; interrogatus si tempore guerre dabat aliquam recompensacionem, dicit quod nesit, tempore pacis facte in augusto, statim in festo S. Cassiani sub papilione in ipso castro dedit I, in Natale aliam et in ipsa ecclesia die Iovis sancte et Resurrectionis dedit, set nesit in quo loco, set tamen in castro; sequenti anno similiter, preterquam in die Nativitatis quando ivit Maseratham, et sic semper dedit donec stetit in castro, excepto si ivit extra, quod dicit fuisse consensu canonicorum; postquam venit Imolam, dicit idem quod presbiter Christianus; de episcopo Alberto dicit quod dedit eis comedere, nesit tamen quot vicibus, nec quando; de IIII porcis, qui fuerunt episcopi Henrici, dicit quod I eis concessit in recompensacionem I comestionis, et dicit quod audivit ab antecessoribus suis canonicis quod episcopi dabant eis has IIII comestiones; interrogatus qua racione, dicit ex usu et consuetudine, et dicit quod has IIII

comestiones vidit dare omnibus canonicis presentibus, et servientibus eorum et familie toti et castaldionibus, et dicit quod vidit episcopum Henricum egrotantem semel in Natale Domini dare comestionem, et idem dicit de episcopo Arardo in festivitate S. Cassiani. De colectis de plebe Zissi et ecclesiis Masse dicit idem quod presbiter Christianus; de facto episcopi Rodulfi quoad ecclesias Masse, dicit id quod presbiter Christianus ex auditu; de albergaria episcopi Henrici et ecclesiis Masse et de querimonia facta, idem dicit quod presbiter Christianus, set non interfuit omnibus gestis; de ordinacione clericorum ecclesiarum Masse idem dicit quod presbiter Christianus; de examinacione clericorum et eorum fidelitate idem quod presbiter Christianus. De manso Raimundini et Garatonis dicit idem quod presbiter Christianus; et dicit quod laborerium ecclesie est in disposicione episcopi et canonicorum, interrogatus quomodo sit, dicit quod ita vidit fieri. De oleo diei Iovis sancte dicit idem quod presbiter Christianus, et addit quod pro crismate faciendo. De ecclesia S. Donati dicit idem quod presbiter Christianus. De placitis matrimoniorum idem; de contractibus nichil; de decima Puzoli et Taurani dicit idem a tempore quo fuit canonicus; de fidelitatibus laycorum dicit quod non est de se debere habere ex consuetudine, set quandoque interfuit, quandoque non; de manso Capite Silicis nichil nisi ex auditu, de XXX pissibus et XXXIII denariis Martini Poculi, et de paramentis capelle episcopi et ordine suo et de campana suspensa idem quod presbiter Christianus. De casamentis petitis a canonicis episcopo dicit quod episcopus Henricus dixit canonicis quod volebat eos habere medietatem de omni acquisicione quam faceret.

§ Presbiter Christianus, rediens ante aperturam testium pro canonicis, dicit quod episcopus Arardus semel erat infirmus et dedit eis I comestionem; et de episcopo Henrico dicit idem, quamvis non cantasset missam.

§ Presbiter Clarius canonicus S. Cassiani I dicit quod iam sunt XXV anni quod est canonicus, set antequam esset, vidit episcopum Rodulfum dare I comestionem canonicis apud Duciam, et postea vidit representari I mezenam pro recompensacione alterius comestionis; et post dedit comestiones IIII in castro S. Cassiani in presencia sui, et dicit quod bene sunt XL anni quod ipse dedit has comestiones in predictis diebus et non plus tempore suo; de episcopo Arardo et Henrico, quoad comestiones, dicit

idem quod presbiter Ildebrandus; de episcopo Alberto dicit quod ipsemet testis, quando erat disspensator episcopi, dedit canonicis vi comestiones et episcopus dedit xx solidos pro recompensacione alterius, et duas comestiones postquam fuit consecratus. De negocio plebis Zissi et ecclesiis Masse dicit idem quod presbiter Ildebrandus; et addit quod layci elligunt clericos et ipsi confirmant et ponunt in ecclesiis. De examinacione clericorum et eorum fidelitate, et de manso Raimundini et Garatonis, et de laborerio, et de ecclesia S. Donati dicit idem quod presbiter Ildebrandus. De oleo dicit quod viiii libras debet dari hostiariis ecclesie pro crismate faciendo, si quid remanet, debet esse in luminariis ecclesie; de contractibus et placitis matrimoniorum non dicit quod episcopus non debeat facere sine eis, set quandoque interfuerunt et quandoque non; de decima Taurani et Puzoli et fidelitatibus laycorum, et de paramentis capelle episcopi et de ordine suo, et de campana suspensa et de casamentis petitis dicit idem quod presbiter Ildebrandus; de manso Capite Silicis vidit xxx pisses dari, et de possesione Martini Poculi similiter vidit xxx pisses dari.

§ Gerardus diaconus et canonicus S. Cassiani i dicit quod a tempore quo fuit canonicus, quod est x annorum, quod vidit episcopum Henricum dare i comestionem in castro S. Cassiani, et postquam venit Imolam, dicit idem quod presbiter Ildebrandus; de episcopo Alberto dicit quod tempore sue electionis dedit annuatim iii comestiones, illam die Iovis sancti non dedit quia non petebant, excepto quod quadam vice dedit solidos xx lucenses pro recompensacione i comestionis de Natale, post consecrationem dedit ii comestiones: interrogatus quare petebant has comestiones, dicit idem quod presbiter Ildebrandus. De colectis dicit quod quadam vice vidit dari canonicis, et ipsi dederunt episcopo pro cardinalibus; de ordinacione clericorum et ecclesiarum Masse dicit idem quod presbiter Clarius a suo recordatu; de examinacione clericorum et eorum fidelitate dicit idem quod presbiter Clarius; de manso Raimundi et Garatonis nichil sit nisi ex auditu; et de laborerio ecclesie dicit idem quod presbiter Clarius; de oleo dicit quod quadam vice vidit dari libras vi et quadam v; de ecclesia S. Donati nichil; de decima Taurani et Puzoli dicit idem a suo tempore ex quo fuit in ecclesia, quod presbiter Clarius; de manso Capite Silicis dicit quod nichil sit nisi ex auditu et per cartam quam vidit; de Martino

Poculi dicit quod vidit dari xxx pisses et denarios III; de paramentis capelle nichil sit; de casamentis S. Cassiani et de campana suspensa dicit idem quod presbiter Ildebrandus; de aliis capitulis interrogatus, nichil sit.

§ Gratiadei, qui dicitur Maruttus, I dicit quod recordatur episcopum Bennum, Randoinum, Gerardum, Rodulfum, Arardum, Henricum et Albertum: Bennum vidit dare IIII comestiones in I anno, set quot annos dedisset, nesit; episcopum Randoinum dicit quod stetit in episcopatu per XII annos et semper annuatim vidit eum dare has IIII comestiones dum esset in castro, quia dicit eum exire foras in Natale, et tunc non dabat; de episcopo Gerardo dicit quod modico tempore vixit in episcopatu, ideo non dedit: de episcopo Rodulfo dicit quod stetit XXVI annos in episcopatu et semper vidit eum dare annuatim has IIII comestiones nisi quando erat extra castrum, et dicit quod continue fuit per III annos, et tunc non dedit, alia vice dicit quod exivit et vidit dari pro recompensacione canonicis mezenam I, et alia vice aliam, item dicit quod II comestiones dedit apud Duciam. De Arardo dicit quod stetit per VII annos et semper vidit eum continue dare excepto I vice; de episcopo Henrico dicit quod per III annos[1] fuit in castro ante guerram et semper vidit eum dare annuatim IIII comestiones, in guerra non vidit dari, nisi quod audivit quod I dedit in ecclesia S. Laurencii, facta pace, non vidit dari nisi I sub papilione in castro, et I in domo Aliducis, et I in ecclesia in castro, et non plus vidit dari. Episcopum Albertum dicit dedisse I in qua interfuit; omnibus autem comestionibus predictorum episcoporum quibusdam interfuit et quibusdam non, et quasdam vidit dari et quasdam audivit dari. De Albergaria episcopi Rodulfi in ecclesiis Masse dicit idem quod presbiter Christianus, excepto de verbis que partem dicit fuisse apud S. Cassianum, et partem apud Massam, se teste presente; de albergaria episcopi Henrici in ecclesiis Masse et de querimonia facta nichil sit nisi ex auditu; de manso Raimundini et Garatonis dicit quod vidit dari XXX vel XXXIII denarios a L annis, set non continue vidit eos dari, quia aliquando vidit eos dare et quando non; de XXX pissibus et XXX ⟨denariis⟩ dicit idem quod presbiter Clarius; de reliquis questionibus nichil sit.

§ Albertinus Diane I dicit quod est de progenie illa que dicitur de Masnatha, et dicit idem de facto episcopi Randoini quod Maruttus, excepto quod nesit quot annos fuisset in episco-

patu; de episcopo Gerardo dicit quod dedit I prandium et non plus in festo S. Cassiani; de facto episcopi Rodulfi idem quod Maruttus, tanto minus quod dicit fuisse in episcopatu XXII anni; de episcopo Arardo idem quod Maruttus, de episcopo Henrico idem quod Maruttus, excepto quod non vidit dare prandium sub papilione, et quod non vidit dare postqam venit Imolam; de episcopo Alberto nichil sit; omnibus autem comestionibus predictorum episcoporum quibusdam interfuit et quibusdam non, et quas vidit dari et quasdam audivit dari. De decimis et de campana dicit idem quod presbiter Christianus; de reliquis aliis capitulis interrogatus, dicit se nichil sire.

§ Guttifredus de castro Flagnani de Sellaro I dicit quod sit episcopum Arardum dedisse has IIII comestiones quousque fuit in episcopatu, interrogatus quomodo sit, respondit quod habebat quondam socerum cum quo morabatur, qui erat castaldio canonicorum et ille semper ibat in predictis festivitatibus ad comedendum cum canonicis, ut ipse sibi testi dicebat; de manso Raimundini et Garatonis dicit quod vidit dari predicto socero suo XXXI vel XXXII lucenses duabus vicibus; de aliis episcopis et de aliis omnibus questionibus dicit nichil sire nisi ex auditu.

§ Marcolus S. Cassiani I dicit quod vidit episcopum Rodulfum dare has IIII comestiones canonicis et quandoque interfuit; de episcopo Arardo et Henrico dicit quod sit eos dedisse, interrogatus quomodo, respondit quod videbat canonicos ire et redire, et tunc audiebat hoc ab eis quia morabatur in castro cum eis, et non morabatur Imolam; de episcopo Alberto dicit quod dedit I quia interfuit; de omnibus aliis questionibus interrogatus, dicit quod nichil sit nisi ex auditu.

§ Gerardus S. Cassiani, qui dicitur de Diaconis, I dicit quod sit episcopum Rodulfum dedisse has IIII comestiones canonicis in predictis diebus semper cum erat in castro, et episcopum Arardum similiter excepto I vice, et episcopum Henricum similiter; interrogatus quomodo sit, respondit quia quibusdam interfuit et quibusdam non interfuit; videbat tamen canonici euntes et redeuntes a predictis comestionibus in dictis diebus, et hoc sit quia morabatur in castro cum eis, et modo moratur Imolam; de episcopo Alberto nichil sit. De omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit se nichil sire nisi de decima Puzoli et Taurani quam vidit colligi per canonicos, set quantum tempus non recordatur.

§ Gerardus S. Cassiani, qui dicit esse de bonis hominibus de populo, I dicit idem quod Gerardus de predictis comestionibus, de aliis nichil sit.

§ Ildebrandus potestas I dicit idem quod Gerardus de episcopo Rodulfo et Arardo de dictis comestionibus datis ab eis in dictis diebus ; de aliis episcopis, silicet Henrico et Alberto, et de comestionibus ab eis datis, nichil sit, et dicit quod vidit quondam nuncium de presbiteris Masse adducere parassides canonicis ex parte illorum presbiterorum nomen cuius ignorat, et dicit quod multocies vidit canonicos habere pisses in festo S. Cassiani, quos ipsi dicebant esse de pissibus pensionis Capite Silicis, et dicit quod vidit canonicos habere blavam quam dicebant esse de decima Puzoli et Taurani, et dicit quod vidit semper dari episcopo peciam I candele, quando erat in terra illa, donec ipse testis in canonica fuit moratus ; interrogatus qui erat ille qui dabat, respondit : sacristanus S. Cassiani ; de reliquis aliis capitulis dicit quod nichil sit nisi ex auditu.

§ Isnardus de Monte Cadoni et de Flurianis I dicit quod interfuit cum canonicis quadam die Iovis sancte et quodam festo S. Cassiani ad comedendum cum episcopo Henrico, quia erat eorum castaldio, set si fuerunt ambas comestiones in I anno non recordatur, et dicit quod tunc audiebat ab eis quod episcopi dabant eis IIII comestiones annuatim ; de aliis episcopis si dederunt, dicit nesire. De decima Puzoli et Taurani dicit quod semel vidit presbiterum Christianum colligere cum nunciis ea, nec audivit aliquem collegisse nisi pro canonicis ; de aliis interrogatus, dicit se nichil sire.

§ Rigullosus de Massa I dicit de omnibus capitulis se nichil sire nisi ex auditu, excepto de facto Masse, quod quadam vice vidit episcopum Henricum esse ibi ospitatum contra voluntatem canonicorum, uti ab eis audivit, et quod dicit vidisse presbiterum Christianum mittentem sogam campane in manu presbiteri quando investivit eum de ecclesia S. Ambrosii pro canonicis, et clavem ecclesie similiter, et quod vidit clericos Masse mittentes carnes et parassides et castaneas canonicis, et siffos pro reverencia que habebant in eis.

§ Tebaldus de Massa I dicit idem per omnia quod Rigullosus, et addit quod vidit similiter canonicos a clericis Masse ospitari.

§ Ugolinus Preite de Massa I dicit idem per omnia quod Tebaldus et addit quod canonici semper dant crismam et oleum

sanctum presbiteris illarum ecclesiarum de Massa; interrogatus quomodo sit, respondit quod vidit I predictorum presbiterorum adducentem, et ab eo similiter audivit et dicit quod presbiterum S. Ambrosii dare denarios de colecta illarum ecclesiarum Gibertino canonico S. Cassiani pro se et aliis canonicis, hoc est ecclesiarum de Massa; interrogatus quomodo sit denarios illos esse de denariis illarum ecclesiarum, respondit quod audivit ab illo presbitero S. Ambrosii et nomen eius erat presbiter Iohannes de Gazo, a canonicis similiter audivit.

§ Bennus de Massa I dicit idem quod Tebaldus, eò solo excepto, non interfuit investicioni facte de ecclesia presbitero de S. Ambrosio a presbitero Christiano, set vidit quando ipse redibat domum, videlicet presbiter Christianus; de colecta dicit idem quod Ugolinus de Preite, excepto quod non vidit presbiterum Iohannem de Gazo dare denarios canonicis.

§ Ildebrandus conversus de S. Cassiano I dicit quod vidit episcopum Henricum post pacem factam in castro S. Cassiani dare predictas IIII comestiones in predictis diebus continue per II annos et semper interfuit illis comestionibus et dicit quod a tempore illo in antea semper vidit dare donec vixit preter in illo anno quo exivit de terra pro nuncio imperatoris; de episcopo Alberto dicit quod dedit eis has IIII comestiones in predictis diebus, set quot annos dedisset non recordatur. De serviciis ecclesiarum Masse et de rebus datis canonicis dicit idem quod Bennus; de decima Puzoli et Taurani dicit quod tota est de canonicis et ipsemet testis colegit pro eis et domum adduxit, alium nunquam habere vidit, nec eos impeditos fore audivit nisi a presente episcopo Alberto; de reliquis aliis capitulis interrogatus, dicit se nichil sire. Et omnes testes layci interrogati si sint liberi, et si precio vel premio veniunt ad hoc testimonium, responderunt omnes non, et quod non sunt manentes.

§ Arduinus diaconus et canonicus S. Cassiani I dicit quod episcopus Randoinus dedit IIII comestiones in predictis diebus canonicis, et hoc continuatim per IIII annos, et ipse testis semper interfuit his comestionibus et dicit quod audivit eum postea dedisse apud castrum Imole, et dicit quod quando rediit apud S. Cassianum dedit similiter per annum I et ipse semper interfuit; de episcopo Gerardo dicit quod dedit I se teste presente; de episcopo Rodulfo dicit quod stetit in episcopatu bene per XXII vel XXXIII [2] annos et comestiones dedit, silicet XXIIII come-

stiones tempore pacis in vi annis, se teste presente, et postea per annum apud Duciam dedit has iiii comestiones canonicis et ipsemet fuit, et alia vice, cum esset Bagnariam, dedit mezenam i pro recompensacione i comestionis, et ipse comedit ex ea et postea rediit domum et dedit eis per ii annos omnes predictas comestiones, se teste presente, et sic mortuus est; de episcopo Arardo dicit quod per septem annos dedit omnes predictas comestiones in predictis diebus, se teste semper presente, et dicit quod in his vii annis semel exivit et dedit solidos xx pro recompensacione, et ipse testis vidit et inde partem habuit; de Henrico episcopo dicit quod per iiii annos dedit continue has iiii comestiones in dictis diebus, et dicit quod semper interfuit et in castro S. Cassiani; postea cum esset moratus extra apud Bagnariam, fecit fieri comestiones et dedit fratribus suis; postea rediit apud S. Cassianum et dedit eis i sub papilione et eodem anno alias iii; postea venit Imolam et dedit octo comestiones continue per iii annos parum minus, se teste presente; de episcopo Alberto dicit cum esset electus semper dedit, et post consecracionem dedit ii, et in quodam Natali solidos xx pro recompensacione, manentes apud Bagnariam; interrogatus quare petunt has comestiones, respondit ex consuetudine quia iam sunt l anni quod ipse testis recordatur canonicos habere, sicut testificatum est, et dicit quod dedit omnibus canonicis presentibus et ire volentibus et eorum familie toti, eti psi dabant ei quandoque omnia mantilia et disscos et ea que pro apparatu erant necessaria, et quandoque non. De ecclesiis Masse dicit quod iam sunt l anni quod vidit canonicos eas habere quiete, et si episcopus aliquo tempore ivit, eorum licencia fecit et cum eis, quia non esset aliter receptus ibi; de colectis dicit idem quod presbiter Christianus et dicit quod plenam potestatem habent canonici in predictis ecclesiis in temporalibus et in spiritualibus, et quicquid volunt inde auferre et relinquere, ad eorum voluntatem faciunt, et dicit quod clerici illarum ecclesiarum dant eis annualiter parassides; dicit tamen quod episcopus Henricus molestavit eos de predictis ecclesiis, set postea penituit et cartulam refutacionis eis fecit. De examinacione clericorum dicit quod canonici examinant eos de mandato episcopi; de ordinacione clericorum dicit quod episcopi non consueverunt facere sine consensu canonicorum; de oleo pro crismate dicit quod vidit quandoque libras vi, quandoque septem, quandoque novem dari hostiariis; de hostiariis dicit quod canonici debent

mittere, et ipsi pascunt eos, iurant tamen salvare res sacristie pro episcopo et canonicis, et alia capitula eodem negocio pertinencia; de fidelitate clericorum dicit idem quod presbiter Christianus; de contractibus et causis matrimoniorum idem quod presbiter Clarius; de fidelitate laycorum idem quod presbiter Ildebrandus; de decima Puzoli et Taurani dicit idem quod presbiter Christianus a suo tempore; de manso Capite Silicis quem tenent Martignones et Storearei dicit idem quod presbiter Christianus; de terra Martini Poculi, et de denariis et pissibus eiusdem terre idem; et de manso Raimundini et Garatonis idem quod presbiter Christianus; de ecclesia S. Donati nichil dicit nisi ex auditu; de casamentis petitis dicit quod omnia fuerunt data episcopo, preter II, quod consules dederunt II canonicis; de itineribus Ravenne dicit quod canonici vadunt suis equitaturis, quando vadunt, et si non habent, episcopus dat eis de suis et facit eis portare res suas, et dum sunt in eorum episcopatu sub expensis ecclesiarum communiter vivunt, extra episcopatum et apud Ravennam in II comestionibus sunt propriis expensis, et dicit quod quadam vice dedit eis solidos XXV lucenses pro extimacione unius equi qui mortuus est in via, ideo dicit quod debet reficere dampnum, si quod appareret eis in via, set non vidit eis refici nisi id quod dictum est; de molis dicit quod canonici habuerunt et postea reddiderunt, ut credit; de frumento dicit idem; de privilegiis dicit quod presbiter Ildebrandus habet pro episcopo in salvamento; de laborerio ecclesie dicit idem quod Grimaldus; de reverencia episcopi dicit idem, in Natale et in Resurectione, quod Grimaldus, si sunt securi quod episcopus debeat eos procurare; de terris Bolognani et Bagnarie et Puzoli dicit canonicos habere pro animabus defunctorum; de sepultura Ducie idem dicit quod alii testes episcopi; de capella episcopi et de campana suspensa idem dicit quod presbiter Christianus; et de appellacione similiter; de thesauro ecclesie dicit quod semper fuit in potestate canonicorum; de electione canonicorum, archipresbiterorum et prevostorum dicit esse canonicorum, et episcopus debet confirmare et thronizare et investire eos; de denariis qui dantur pro redempcione cellularum dicit quod debent esse in potestate episcopi; de ecclesia S. Laurencii dicit quod est canonicorum et episcopi, set non vidit ibi aliquem archipresbiterum nisi episcopum.

§ Petrus Zanzullus I dicit quod vidit episcopum Rodulfum, qui moratus est in episcopatu XX annos, dare predictas IIII come-

stiones in I anno, set non interfuit nisi solummodo I comestioni, verum tamen videbat canonicos euntes et redeuntes ad comestiones; de Henrico episcopo dicit idem quod de Arardo per III annos; de omnibus aliis interrogatus, nichil sit.

§ Martignonus I dicit quod vidit episcopum Rodulfum dantem has IIII comestiones in predictis diebus, set non in I anno, uti recordatur, et ipse interfuit et comedit, nec quot annos dedisset, nesit; de decima Puzoli et Taurani dicit quod vidit nuncium canonicorum colligere, set utrum totam vel partem nesit; de XXX pissibus Capite Silicis dicit quod vidit eos dari et comedit ex eis; de candela dicit quod vidit dari quolibet sero episcopo Rodulfo dum esset in canonica; de aliis nichil, nisi quod vidit dari novem libras olei hostiariis; de apparatu idem quod Grimaldus.

§ Ferramussca I dicit idem quod Martignone de episcopo Rodulfo, de episcopo Arardo similiter, de Henrico similiter, usque dum cum eo stetit; de apparatu idem quod Grimaldus; de pissibus et de decima idem quod Martignone, et de candela idem; de aliis nichil.

§ Ra(i)mundinus I dicit idem quod Petrus Zanzullus, excepto quod non interfuit illis comestionibus et quod non recordatur si in I anno dedit IIII comestiones; de manso Raimundini dicit quod ipse testis est ille Raimundinus qui dabat XXX petitos denarios et pisses usque dum episcopus abstulit sibi terram.

§ Gardillus I dicit idem quod Petrus Zanzullus, exce(p)to quod non interfuit alicui comestioni et addit quod annuatim quater per plures annos vidit canonicos ire et redire; de aliis nichil.

§ Zanzus I dicit quod vidit episcopum Randoinum dare III comestiones, silicet unam in Natale, in sancto die Iovis I, et in festo S. Cassiani I; et episcopum Rodulfum dantem I, de aliis episcopis nichil sit; de decima Puzoli et Taurani dicit quod vidit eam colligere nunciis canonicorum temporibus IIII episcoporum, silicet Benni, Randuini, Rodulfi et Arardi, de aliis nichil.

§ Gerardus de Burga, habitator de Massa olim, I dicit quod vidit presbiterum Rolandum canonicum S. Cassiani rogantem presbiteros de Massa pro canonicis ut reciperent ibi episcopum Rodulfum et tenerent quia ipse non audebat stare in episcopatu timore Bretoldi, et ipsi quasi inviti receperunt eum, quia ipse erat presens, et mansit ibi per III annos, postea cum rediit, magnas retulit grates hominibus et feminis Masse et de cetero ibi non fuit ospitatus; interrogatus quantum temporis sit quod

hoc fuit, dicit quod bene sunt xxiiii anni, et dicit quod postea episcopus Henricus fuit ibi ospitatus et canonici habuerunt pro malo, et ipse renuit eis et dixit quod de cetero non amplius ospitarent, et fecit inde fieri cartulam refutacionis; interrogatus quomodo sit, respondit quod iam sunt bene octo dies quod audivit hec verba a presbitero Clario et a presbitero Christiano, et dicit quod ⟨sunt⟩ bene xxx anni quod clerici de Massa receperunt crismam et oleum sanctum a canonicis S. Cassiani, se teste presente, set non continuatis temporibus et dicit quod audivit quod canonici ponunt clericos in ecclesiis Masse, et dicit quod non faciunt nullam reverenciam episcopo illi clerici, set plebano Zissi faciunt reverenciam, et totum commune de Massa similiter facit plebano reverenciam et annualem reditum de plagnis et scindolis communiter cum eorum pobulo, set ple⟨b⟩s illa dicit quod est de episcopo et plebanus moratur ibi pro eo; interrogatus qualiter sit hoc ita esse, respondit quod sic vidit illos semper uti a suo recordatu et talem habent consuetudinem; liber est, nec precio venit, vel promissione ad hanc testificacionem, nec est manens, de aliis nichil, et omnes predicti testes dicunt similiter de libertate et precio et promissione et manentia.

§ Girardinellus, habitator de Fonta Ulice, i dicit idem quod Gerardus de Burga et addit quod iam sunt iiii anni quod audivit dici cartulam fuisse factam canonicis ab episcopo Henrico, et ambo dicunt quod quadam vice pro reverencia portaverunt ova pro commune hominum Masse plebano Zissi, quia fecerunt quandam offensionem, et hoc fuit in die Veneris sancti, et plebanus dixit eis quod melius vellet eis si aliud optulissent, quia illa ova debebant portari episcopo, et tamen amplius non dederunt; et quod bene recordatur ecclesias Masse ita pro canonicis tenere per l annos, dicit.

§ Paucofila de S. Cassiano i dicit quod iam sunt xl anni quod audivit ab Albertino castaldo patre suo quod ipse ibat in predictis diebus cum canonicis ad comestiones quas episcopus dabat eis, set non annuatim, neque in omnibus predictis diebus semper in i anno; et audivit quod episcopus dabat similiter ceram pro faciendo cereum batismale canonicis, et dicit quod publica fama est quod canonici debent dare episcopo in omni sero, quando ipse est aput episcopatum, blachium i candele, et ipsa testis dicit quod aliquando dare vidit; et dicit quod ⟨a⟩liquando vidit patrem suum recipere . . . xxx denarios a Raimun-

dino pro canonicis; liber(a) est, nec precio venit, nec est manens, de aliis nichil.

§ Ubaldinus Orlandi de S. Cassiano i dicit quod recordat, [et sunt] xlvii anni, et a tempore illo audivit quod episcopi dabant canonicis dictas comestiones in dictis diebus annualiter, nisi pascuaretur extra et nisi haberent guerram, et tali vice interfuit illis comestionibus; de casamentis dicit quod omnes fuerunt dati episcopo; de decima Taurani et Puzoli dicit quod canonici habent partem, set quam partem, ignorat; de manso Raimundini et Garatonis dicit quod interfuit et ipsi dederunt xxxi denarios canonicis pro pensione, set quam racionem canonici haberent, nesit, dicit tamen quod proprietas est episcopi; interrogatus qualiter sit, respondit quod publica fama est et longissimo tempore fuit res illa per feudum ab episcopo detenta; de ecclesiis Masse dicit quod audivit esse canonicorum et quod episcopum Rodulfum pro eis fuit ibi ospitatus, de aliis episcopi nichil sit; de fidelitatibus nichil; de hostiariis et paramentis idem quod presbiter Christianus; de oleo dicit quod pro crismate datur; de cereo et candela idem dicit quod Paucafila; de campana quod amplius non vidit alicui episcopo; de rebus petitis ab episcopo et relictis ab hominibus qui pro eo tenebant canonicis, dicit nichil sire, liber est, nec precio venit, nec est manens; de aliis nichil.

§ Rigiza i dicit quod stetit in Puzolo bene per xx annos, ut sibi videtur, et tunc audiebat quod canonici habebant decimam et terram in Puzolo, set nesit quantum, et etiam dicit quod vidit quadam vice veziam i vini in capite pontis, quam homines dicebant esse canonicorum et de vino illius decime, et dicit quod ipsa cum filio habet ibi terram, pro qua dat libras ii olei annuatim canonicis, quod publica fama est quod curia Puzoli est proprietas episcopi et quicumque habet ibi, quod per eum debeat habere vel pro eis qui ab eo tenent; libera est, nec precio venit, nec est manens; de aliis nichil.

§ Zacharias acolitus ecclesie S. Ambrosii de Massa i dicit quod pro canonicis morantur clerici in illa ecclesia, et ipsi ponunt eos ibi, et ipse testis vidit quadam vice presbiterum Christianum canonicum S. Cassiani cum quodam alio canonico, nomen cuius ignorat, investire presbiterum Iohannem cum soga campane de illa ecclesia et dicit quod omnes clerici Masse dant parassides canonicis pro vino et c . . no i, et in omni Natale Domini

annuatim, et tali vice mittunt eis carnes, castaneas et alias res pro reverencia; de colecta dicit idem quod presbiter Christianus, et dicit quod vidit episcopum [Rodulfum] et alios ibi ospitare; liber est, nec precio venit, nec est manens; de aliis nichil.

§ Guttifredus, rediens pro canonicis ante aperturam testium, dicit quod publica fama est Curanum et eius curiam et Bolognanum et Bagnariam esse de episcopo, et dicit quod canonici habent in predictis locis, et iam sunt XL anni quod audivit illos ibi habere et etiam tali vice vidit, set vici[ssim] . . . canonici ab hominibus quibusdam qui tenebant de illis possessionibus pro eo; de cereo et candela dicit idem quod Paucofila; de campana idem quod Ubaldinus.

§ Presbiter Christianus, iterum rediens pro canonicis, dicit totam decimam sui plebatus esse canonicorum; de publica fama dicit idem quod Guttifredus, preter de Bolognano; et de cereo et candela idem; et dicit quod interfuit uti episcopus Arardus refutavit canonicis candelam illam, et canonici refutaverunt ceram pro cereo faciendo, que erat X vel XII libras, et dicit quod iam sunt XL anni quod vidit pro iure illas possessiones, quas canonici habent in predictis locis ab hominibus, qui tenebant eas pro canonicis, set parumper terre que a parvo tempore fuit eis in Taurano relicta; de Marutto et Marculo dicit quod faciunt servicia manentie canonicis, set non habitant super illorum terram; de Isnardolo et Albertino Diane dicit quod dedit eis terraticum et prandia, et Isnardolum amisserem.

§ Presbiter Clarius, rediens pro canonicis, dicit quod canonici semper habuerunt possesiones Bolognani et tenuerunt in pace et quiete a tempore quo carta, quam ipsi canonici habent, fuit facta, quod est bene XLIIII anni, ut sibi videtur; de possesionibus Bagnar⟨i⟩e et Taurani dicit idem a tempore episcopi Rodulfi usque huc; de decima plebatus, idem quod presbiter Christianus; de Marutto et Albertino Diane et Marculo dicit quod faciunt servicia manentie, set non habitant super eorum terram, et de Isnardulo similiter; de itineribus Ravenne dicit quod canonici debent facere cum suis equitaturis et expensis, quandoque I et quandoque II et quandoque III canonici debent ire, et si episcopus stat bene cum eis, faciunt honorem et vadunt cum eo et manent, aliter non, et si episcopus amplius vult manere nisi ad I cenam et I disnarem, dicit quod debent stare expensis episcopi, et si equi obirent canonicis in illis itineribus,

semper audivit quod episcopus debet emendare et etiam vidit Rodulfum prepositum qui habuit emendacionem sui equi, uti ab eo audivit, et presbiter Christianus dicit idem de itineribus et addit quod interfuit uti episcopus Rodulfus emendavit equum preposito, et ambo dicunt de denariis cellarum quod specialiter sunt relicti ab infirmis et laborerium ecclesie, et si canonici aliquid ex eis habent, expendunt in laborerio ecclesie.

Et ego Henricus sancte Ferrariensis Ecclesie sacrique palacii notarius omnes predictos testes voluntate domini Ugicionis Ferariensis episcopi et domini Mainardini eiusdem ecclesie prepositi recepi et ut ab eis audivi ita scripsi in MC nonagesimo septimo anno Christi nativitatis, et indictione XV, Ferrarie.

Centum et otto instrumenta et II° privilegia et IIII^or confirmationes.[3]

IV, 178. - Orig., m. 1,740×0,210. Instrumentum constat duabus chartis quae per notam quandam nexus coniunguntur. Charta, praecipue in margine superiore et inferiore, aliquantulum lacera est.

[1] *Nexus cum altera charta* [2] *Orig. ita refert.* [3] *Verba* Centum - confirmationes *eadem manu, sed altioribus caracteribus qui difficulter leguntur, scripta sunt. Dubium utrum sint contextui inserenda.*

452.

Ferrarie, 1197.

In controversiis episcopum inter et canonicos Imolensis Ecclesiae testificationes in favorem episcopi.

[Testes] episcopi S. Cassiani de Imola [contra] canonicos.

§ Grimaldus I dicit se a XVIII annis infra stetisse in curia episcopi Henrici [et] Alberti et plus semper fuit in curia cum episcopis in illis IIII diebus quibus canonici petunt comestiones, silicet in die Iovis sancti et in Resurectione et in festo S. Cassiani et in Natale, exceptis II vicibus, [silicet in Na]tale et in Resurectione [Domini], quando episcopus Henricus fuit extra comitatum ..... [quo] tempore dicit se videre episcopum Henricum procurasse omnes canonicos minus X ... plus ... in hoc tempore dedit eis ... comestiones dabat omnibus canonicis presentibus, [servientibus, familia]ribus et castaldionibus et ... et apactuatis de communi canonicorum singul .... canonici non debent sedere

ab . . . nisi de voluntate episcopi, et quadam vice fecit eos . . . non pe[te]rent ex consuetudine et non debent habere cibaria curie nisi de his que . . . . . is suis si volunt [dare], et dicit quod episcopus dicebat se non debere eis dare ex consuetudine [omni] anno . . . dicebat quod sic, et dicit [quod] quando ipsi petebant, non dabat eis, set si non petebant, ex benevolencia [dabat eis], et dicit quod postquam episcopus Albertus fuit consecratus non dedit eis nisi II comestiones, quod recordetur, ante dum erat electus, canonici [petebant] annuatim [comest]ionem rerum episcopatus et faciebant ad eorum voluntatem, se teste contradicente, qui tunc erat sin[dicus] episcopatus, et dicit quod quando ipsi episcopi dant eis procuraciones, ipsi dant ei lebetes et catenas et mantilia et disscos, ipsemet testis accepit, et dicit quod non vetuerunt dare tempore ipsius testis cum petiisset ab eis; interrogatus si episcopi dabant eis quando non cantabant missam in predictis diebus, dicit quod non, et dicit quod non dedit aliquo tempore [comestio]nem; interrogatus [quomodo] sit, respondit quod semper cum eis interfuit, sicut dictum est; set dicit quod episcopus Albertus dedit eis hoc anno mezenam I ex caritate et benevolencia, coortatu de se teste, et non pro recompensacione aliqua. Et dicit quod vidit episcopum Henricum hospitare in ecclesiis Masse et habere colectam et ea que habebat de aliis suis ecclesiis; interrogatus [quomodo sit] instituere et destituere illas ecclesias, respondit non, quia clerici eo tempore non fuerunt mutati, set hic presens episcopus posuit ibi sacerdotes et extraxit, et omnia supradicta fecit, que episcopus Henricus fecerat, set audivit dici quod canonici habebant tantum scutellas causa amoris, set non dicunt se habere ex consuetudine. De ordinacione dicit quod audivit episcopum Henricum ordinacionem facere per comitatum Imole ubicumque volebat cum canonicis et sine canonicis; de fidelitate laycorum et de colecta dicit idem quod cum eis et sine eis faciebat colectam et recipiebat fidelitatem; de fidelitatibus clericorum dicit quod vidit fieri quandoque coram episcopo et quandoque coram canonicis, nec inde vidit controversiam; de capella episcopi dicit quod vidit episcopum Henricum tenere suam capellam et dicit quod quadam vice canonici occulte abstulerant ei quandam tunicellam, set reddiderunt eam ipsi, set modo iterum abstulerunt eam et habent. De laborerio ecclesie dicit quod in dissposicione episcopi est, et ita vidit episcopum Henricum habere; de alienacionibus dicit quod vidit episcopum Henricum et istum presentem facere

pro sua voluntate sine requisicione canonicorum; de decima Puzoli et Taurani dicit quod canonici non habent totam, imo episcopus habet partem et ipsemet testis pro eo, et ecclesiam Taurani et alii homines similiter; de casamentis petitis dicit quod sunt episcopi et nullum pactum neque aliquam concessionem fecit cum canonicis nisi cum II, quibus II concessit ut pro se tenerent, unum quorum petit dicens esse reversum ad suum domnicatum; de molis dicit quod ipsemet testis cum Morando misit eis causa solvandi et mutuavit eis pro episcopo XVI mezenas frumenti, que omnia nondum reddita sunt, se siente, et dicit quod quicquid canonici habent in Puzolo et in Bagnaria et in Bolognano est proprietatis episcopi et nolunt respondere inde episcopo; interrogatus quomodo sit, respondit quia vidit instrumenta et renovaciones fieri ab episcopo, et dicit quod episcopus Henricus acquisivit privillegia a diversis papis suis expensis, que postea deposuit apud presbiterum Ildebrandum archipresbiterum de Aquavia, se teste presente, et consulibus Imole, ut restitueret successori suo, que non reddidit nec reddere voluit. De hostiariis dicit quod vidit Albertum et Vivianum iurare fidelitatem episcopo tantum, set dicit eos iurare se conservaturos thesaurum per episcopum et canonicos, et quod episcopus investit eosdem prebenda; de electione dicit quod nesit; de itineribus Ravenne II vicibus in anno dicit quod semper vidit II canonicos cum eorum servientibus et equitaturis ire cum episcopo suis expensis, idest canonicorum in omnibus; si autem alias episcopus ire vult, canonici tenentur ire cum eo suis equitaturis, set expensis episcopi; de denariis petitis, de manso Raimundini et Garatonis dicit quod tempore magne egritudinis episcopi Henrici, pecierunt canonici ab eo et ipse dedit eis propter hoc III tornaturias terre pro omni redditu illius mansi, et ita fuerunt contenti, se teste presente, et dicit quod episcopus nunquam fuit contentus illos debere habere; et pro re petita de Capite Silice, quod episcopus dedit eis XXX pisses et III denarios, quos debebat ei Martinus Poculi, et super hoc fuerunt contenti, set episcopus non fuit unquam de hoc contentus quod deberet eis facere; de oleo dicit quod nunquam dedit nisi IIII vel V libras, et eas ostiariis tantum, de V dicit quod solummodo I vice dedit. Item dicit quod canonici non habent potestatem excomunicandi aliquem sine licencia episcopi, et talem reddit causam, quod vidit episcopum contradicentem canonicis, quod deinde non interdicerent aliquem clericum sine sua

licencia, quia tunc interdixerant quendam clericum de S. Iohanne quem ipse restituit; de appellacione dicit quod prepositus appellavit antequam campana suspenderetur, et postea ipse testis suspensit insio episcopo; de supultura Ducie dicit quod canonici, non requisito episcopo, concessit hominibus Ducie et erat de episcopatu et esse debet; de obediencia dicit quod canonici in predictis IIII diebus debent venire pro episcopo, verum tantum in Natale tribus vicibus, silicet in vespero et in matutino et in missa; idem in Resurectione, in die·Iovis sancti semel, silicet ad officium crismatis, et in festo S. Cassiani II vices, silicet a matutino et missa, de vesperis non recordatur. De ecclesia S. Laurencii dicit quod a.XL anni infra audivit a suis antecessoribus quod nullus archiprèsbiter interfuit ibi nisi episcopus, et dicit quod semper vidit illos episcopos quos recordatur, eam habere et tenere, et canonici nichil habent ibi nisi solummodo quartisium. De ecclesia S. Donati dicit quod episcopus Henricus et Albertus semper habuerunt et tenuerunt eam quiete ex quo episcopus Henricus acquisivit eam.

§ [Mo]randus I dicit quod Grimaldus de comestionibus episcopi Henrici et Alberti, et dicit quod vidit episcopum Rodulfum et Arardum dare comestiones canonicis, set nesit quot in predictis diebus; interrogatus si vidit dari, dicit . . . . . et I anno . . . non . . . in diversis; de ecclesiis Masse et de ordinacione clericorum et de fidelitatibus eorumdem et de fidelitatibus laycorum et de colecta et de alienacionibus et de laborerio ecclesie idem quod Grimaldus; et addit quod ipsemet fuit massarius et habuit massariam pro episcopo non pro canonicis, et sic vidit alios massarios per episcopum habere; de [capella] . . . tanto minus quod nesit si tunicella, que fuit ablata, fuit restituta episcopo; et tanto minus de ospitacione ecclesiarum Masse, quod non fuit ibi quando aliquis episcopus fuit ibi ospitatus, et addit quod ipse pro episcopo Henrico multocies fuit ibi ospitatus; de decima Puzoli et Taurani dicit quod tota est de canonica et semper vidit canonicos eam habere, excepto a II annis retro, quod hic presens episcopus inquietavit eos; et dicit quod nec episcopus nec ecclesia Taurani nec aliquis pro eo illius decime habet aliquam partem, verum tamen Grimaldus habet feudum ab episcopo in predictis locis, et illius feudi dicit se habere decimam in feudo pro episcopo, set nesit si est verum; de casamentis et de molis et de hoc quod canonici habent in Puzolo et in Bagnaria et in Bolo-

gnano, et de ostiariis et de itineribus Ravenne, et de privilegiis imperatoris ab episcopo Henrico, idem quod Grimaldus, tanto minus quod non fuit, uti episcopus precepit quod privilegia debent restitui successori suo; de oleo dicit quod ipse testis dedit VI libras ostiariis; de denariis petitis, de manso Raimundini et Garatonis, et de re petita in Capite Silice, et de hobediencia, et de ecclesia S. Laurencii et S. Donati idem quod Grimaldus; de appellacione et aliis nichil sit nisi ex auditu.

§ Rainerius de Serra I dicit quod vidit episcopum Randuinum et Rodulfum et Arardum et Henricum dare in predictis diebus has IIII comestiones; interrogatus si in I anno vidit dari has IIII, dicit quod non; interrogatus quot annos dedissent, dicit quod non recordatur, set dicit episcopum Rodulfum stetisse per III annos et non dedisse aliquam comestionem; de presente episcopo ante consecrationem dicit idem quod Grimaldus; quid postea fecisset, nesit; et dicit quod vidit episcopum Rodulfum et Arardum ospitari in ecclesiis Masse sientibus canonicis et non contradicentibus; set de Rodulfo dicit quod tempore illo erat expulsus de civitate ab imperatore propter erisiam; de fidelitatibus laycorum dicit idem quod Grimaldus; de casamentis S. Cassiani dicit quod fuerunt data episcopo tantum et non canonicis, et quod postea fecisset cum eis, nesit; de omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit nichil sire, nisi ex auditu; liber homo est nec precio dicit; de apparatu idem dicit quod Grimaldus.

§ Golligus de S. Cassiano I dicit quod vidit episcopum Arardum dare I comestionem canonicis, set nesit quo die, et Henricum episcopum III, set nesit in quibus diebus; interrogatus si ipse dedit in I anno, respondit non, et si dedit amplius, dicit non; interrogatus qualiter sit hoc, respondit quod ipse manebat in castro S. Cassiani die noctuque, et si ipse dedisset, bene siret; de isto presenti episcopo dicit quod nesit si dedit, an non. De casamentis dicit idem quod Rainerius; de fidelitatibus laycorum dicit idem quod Grimaldus; de capella dicit quod vidit episcopos tenere et quod vidit servientes episcoporum portare eam ad domum episcoporum multocies quando missam canebant; de decima Puzoli et Taurani dicit quod proprietas illorum locorum est episcopi, et dicit quod vidit decimam colligi per episcopum Rodulfum et alios a servientibus illorum episcoporum, silicet bene et...; interrogatus utrum totam an partem, respondit se nesire; de itineribus Ravenne dicit idem quod Grimaldus, exce-

ptis inpensis de quibus nesit: de omnibus aliis capitulis dicit quod nichil sit nisi ex auditu; liber est, nec precio dicit.

§ Passipopulus I dicit quod ipse habitabat in castro S. Cassiani et vidit episcopum Rodulfum dare . . . [comestiones] canonicis et episcopum Arardum II et Henricum I et hoc in predictis diebus, de presenti episcopo nichil sit: de fidelitatibus laycorum et de casamentis S. Cassiani dicit idem quod Rainerius de Serra; de omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit nichil sire nisi ex auditu; liber est, nec precio dicit.

§ Disalbergatus I dicit quod vidit episcopum Rodulfum dantem comestionem canonicis in predictis diebus et quandoque non dantem et de Henrico dicit idem, dicit tamen ne(u)trum dedisse plus II vicibus in I anno, nec quolibet anno dabant: de casamentis S. Cassiani et de fidelitatibus laycorum idem quod Rainerius; et de libertate et precio idem quod Passipopulus; de ecclesia S. Donati dicit idem quod Grimaldus; de terra Puzoli et Bolognani et Bagnarie dicit idem quod Grimaldus; de aliis interrogatus, nichil sit nisi ex auditu; de manentibus interrogatus, dicit quod omnes dant terraticum canonicis, excepto Mechiolum et Guttifredum qui non per se dant terraticum.

§ Grimaldus parum post rediens dicit quod Maruttus et Albertinus Diane et Gottifredus et Marcolus et Isnardolus faciunt servicia manentie canonicis. Et Morandus dicit idem. Grimaldus iterum rediens dicit quod canonici fecerunt fieri rizolum ecclesie in casamento episcopi contra voluntatem episcopi, se teste contradicente, qui erat tunc sindicus ecclesie.

§ Ubaldinus de Matelda I dicit quod vidit episcopum Henricum dare comestiones canonicis, set nesit quot vicibus neque in quibus diebus, de presenti episcopo nichil sit, et dicit quod est pubblica fama quod episcopus debet dare prandium canonicis; de fidelitatibus laycorum et de casamentis et de ecclesia S. Donati dicit idem quod Grimaldus; de omnibus aliis capitulis per singula interrogatus, dicit se nichil sire nisi ex auditu; de servicia manentie dicit idem quod Grimaldus de Marutto et Marculo et Isnardulo; liber est nec precio dicit.

§ Pepolus de Crescencio I dicit quod vidit episcopum Rodulfum dantem III comestiones canonicis in I anno, silicet in Natale, et in die Iovis sancti et in Resurectione Domini; amplius dare non vidit nisi quadam vice, quod vidit I dari in festo S. Cassiani, et episcopum Arardum I, set [quo di]e, non recordatur; de

episcopo Henrico dicit quod vidit dare III similiter in I anno, de presenti episcopo dicit quod nichil sit: de casamentis et de fidelitatibus laycorum; de [proprie]tate Taurani et Puzoli et de decima eiusdem, dicit idem quod Grimaldus, excepto quod non habet ibi feudum; et de ecclesia S. Donati idem; et de ospitacione Masse et de colecta idem; et de terra Bolognani et Bagnarie idem; de omnibus aliis capitulis, per singula interrogatus, dicit idem quod Ubaldinus, excepto de manentibus, quod nichil sit.

§ Vitta I dicit se nichil sire nisi ex auditu, eo solo excepto quod dicit vidisse homines Ducie esse deductos ad sepeliendum ad ecclesiam S. Cassiani et ibi suas sepulturas habent, usque dum canonici non abstul⟨er⟩i⟨n⟩t sepulturas episcopo pro illa tali concessione quam eis fecisse audivit. Et omnes alii predicti testes de facto Ducie dicunt idem.

§ Bencivenne I dicit quod vidit episcopum Arardum dare II comestiones canonicis in I anno, silicet unam in Natale et aliam in Resurectione et non plus, se siente, quod videret, et dicit quod semper in castro morabatur; de episcopo Henrico dicit quod vidit quandoque dari et quandoque non dari, et etiam dicit quod non dedit nisi solummodo III, quod videret; et per diversa tempora de presenti episcopo nichil sit; de casamentis et de ecclesia S. Donati et de fidelitatibus laycorum et de proprietate Puzoli et Bagnarie et Bolognani et de sepultura Ducie et de alienacionibus episcoporum et de itineribus Ravenne et aliis dicit idem quod Grimaldus, eo solo excepto, quod nesit si eorum expensis debent ire, an episcopi; de manentibus idem, preter de Gutifredo, quod nichil sit; et de capella idem similiter quod Grimaldus; de omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit nichil sire nisi ex auditu; liber est, nec precio dicit hoc; et dicit quod canonici erant soliti habere solidos V lucenses de ecclesia S. Donati Maioris pro honore quod ei faciebant, et non de ea que nunc habet episcopus.

§ Baldoinus I dicit quod fuit moratus cum episcopo Benno bene per V annos et plus, et semper fuit cum eo in predictis festivitatibus preter quando ipse episcopus pasquavit Ravenne, et in illo toto tempore non dedit canonicis nisi solummodo I comestionem, et ipsi dabant ei tunc lebetes et parassides, broccos, catenas et mantilia; et dicit quod aliquibus vicibus fuit cum eo in ecclesiis Masse ospitatus, et presbiteros et clericos vidit in eis mittere et extraere quiete sicut in aliis suis ecclesiis, et

colectam vel fodrum auferre; de decima Taurani et Puzoli dicit quod bene sit episcopum de ea habere, et Grimaldum et alios homines partem illius decime per eum tenere; de fidelitatibus clericorum dicit quod vidit episcopum recipere sine canonicis, set non canonici sine episcopo; et de ordinacione clericorum et de fidelitatibus laycorum et de sacristanis et de ecclesia S. Donati et de casamentis petitis idem dicit quod Grimaldus, et dicit quod ipse moratur in curia de Rocca et facit servicia episcopo pro re quam tenet ab eo, set non supersedit rem illam: et dicit quod liber est, nec precio dicit hoc; et de alienacionibus dicit idem quod Grimaldus; et de proprietatibus Puzoli et Bagnarie dicit idem quod Grimaldus; de omnibus aliis interrogatus dicit quod nichil sit nisi ex auditu.

§ Ventura de Massa I dicit quod vidit episcopum Rodulfum, Arardum, Henricum et Albertum venire et ospitari in ecclesiis Masse et coltizare predictas ecclesias quiete, sicut alias suas ecclesias, et dicit quod vidit homines Masse et clericos ire ad processionem ad plebem Zissi, et plebanum illius plebis venire Massam et reconciliare clericos ibi, quando habebant discordiam insimul, et hoc pro episcopo, et dicit quod Tebaldus Masse, qui fuit testis canonicorum, recepit ab eis cappam I de Gibertino canonico pro hac testificacione, et Ugolinellus habuit somam I inter frumentum et fabam, et Rigulglosus aliam, et Bennolus aliam; interrogatus qualiter sit hoc, respondit quod publica fama est in illa terra de Massa quod hoc verum est; liber est, nec precio dicit; de omnibus aliis interrogatus dicit nichil sire nisi ex auditu, et dicit quod moratur in Massa.

§ Nomaisaltellus, qui habitat in Massa, I dicit quod est XXXVI annorum, et quod vidit episcopum Arardum, Henricum et Albertum venire et ospitare in ecclesiis Masse et eas coltizare sicut alias suas ecclesias; de processione plebis et de concordia facta inter clericos Masse a plebano illius plebis pro episcopo dicit idem quod Ventura, et dicit quod vidit episcopum Albertum ponere clericos in ecclesiis Masse quiete et fidelitatem ab eis recipere, et ipsemet testis interfuit uti presbiter Vivianus fecit ei fidelitatem; de omnibus aliis capitulis per singula interrogatus, dicit idem quod Ventura.

§ Onestus I dicit quod fuit moratus bene per IIII annos cum episcopo Henrico, et in illis IIII annis vidit episcopum iamdictum canere missam in predictis festivitatibus Imole et

S. Cassiano, et non dare comestiones vel recompensacionem aliquam canonicis, nisi quod in predictis annis dedit III comestiones in dictis diebus tantum, et non plus; de presenti episcopo nesit si dedit vel non dedit: de decima Puzoli dicit idem quod Grimaldus; de ostiariis idem, de casamentis idem, de fidelitatibus laycorum idem, et de fidelitatibus clericorum idem, de ordinacionibus clericorum idem, de alienacionibus idem, de rebus datis a canonicis quando habebant comestiones ab episcopo dicit idem quod Ubaldinus; et dicit quod est apatoatus episcopi; set liber est, nec precio dicit; de Marutto et Marculo idem quod Grimaldus; de omnibus aliis interrogatus nichil sit nisi ex auditu.

§ Ugolinus de Massa I idem per omnia, quod Ventura, et addit quod vidit cappam illam et habuit in domo sua, et dicit quod Tebaldus ille, qui habet cappam, est frater su[us] et testis, et hoc dixit a tempore episcopi Henrici et Alberti.

§ Girardinellus [1] I dicit idem per omnia quod Ventura, et addit quod vidit cappam illam quam habuit testis Ubaldus, et in manu sua habuit.

§ Wido de Varegnana I dicit de tempore quo fuit moratus cum episcopo, et de ospitacione ecclesiarum Masse, et de fidelitatibus dicit idem quod Balduinus, set dicit quod episcopus Henricus dedit canonicis II comestiones, set non in I anno; de rebus pro comestionibus episcopo datis idem; de decima Puzoli et Taurani idem, set non aliter sit nisi quod dicit quia castaldio episcopi coligebat illam decimam; de aliis nichil; liber est, nec precio dicit.

§ Ventura da la Rocca I dicit quod stetit per II annos cum episcopo Henrico in quibus non dedit illis aliquam comestionem; interogatus qualiter sit, respondit quia tunc erat eius cantuarius et hoc fuit in S. Cassiano, et dicit quod semper cum eodem episcopo in prenominatis festivitatibus fuit, et etiam dicit illum cantasse missam in Natale, se teste vidente, et non dedit aliquam comestionem canonicis; de ecclesiis Masse et de colecta eorum et de fidelitatibus, et de alienacionibus et de decima Puzoli et Taurani et de precio et libertate dicit idem quod Balduinus, et dicit quod habet de manentia episcopi; de omnibus aliis interrogatus, dicit quod nichil sit nisi ex auditu.

§ Lichianus I dicit quod stetit per X annos continue cum episcopo Henrico, et in his X annis non dedit episcopus canonicis nisi sex comestiones in prenominatis diebus, set quot per annum ignorat; [1] de ordinacione clericorum, de fidelitatibus

eorum et laycorum, et de ecclesiis Masse et colectis earum, et de decima Puzoli et Taurani, et de apparatu comestionum facto a canonicis, et de recompensacione idem dicit quod Grimaldus; de libertate et omnibus aliis capitulis interrogatus dicit idem per omnia quod Ventura da la Rocca, et dicit quod bene sit episcopum Henricum non dedisse IIII per annum et quodam anno II.

§ Presbiter Guido archipresbiter de S. Martino I dicit quod stetit cum episcopo Rodulfo, set quantum non recordatur, et dicit temporibus illis vidit episcopum dantem II comestiones in I anno et in tali anno I, set quot dedisset toto tempore quo stetit, dicit quod non recordatur; de Arardo et Henrico dicit idem, de presenti episcopo nichil dicit: de ecclesiis Masse et de colecta et de fidelitatibus clericorum et laycorum et de laborerio episcopatus et de ostiariis et de casamentis petitis de Montale et de itineribus Ravenne et aliis dicit idem quod Grimaldus. Et de alienacionibus idem et de examinacione dicit quod canonici debent facere, de ordinacione dicit quod non debent fieri sine canonicis, set episcopi faciunt; de facto Ducie dicit idem quod Bencivenne; et de ecclesia S. Donati similiter idem; et de capella episcopi idem; de Bolognano et Bagnaria et de Taurano sive de Puzolo dicit idem quod Grimaldus; et de decima similiter; de ecclesia S. Laurencii dicit idem quod Grimaldus; et de recompensacione idem; de oleo dicit quod vidit dari libras VI ostiariis pro crismate; et dicit quod quando stabat cum episcopis, ipse ibat pro candela, quam ipsi canonici debebant episcopo, que est per mensuram de I brachio, et ipsi dabant; de omnibus aliis capitulis per singula interrogatus, dicit se nichil sire nisi ex auditu.

§ Presbiter Lambertus Zissi I dicit quod vidit episcopum Rodulfum facere crismam in ecclesia plebis Zissi et festum Pasce, et tunc non dedit comestionem canonicis, neque recompensacionem; de processione et de recompensacione hominum et clericorum Masse dicit idem quod Ventura; et alia vice fecit festum Natalis ibidem similiter et non dedit comestionem neque recompensacionem; et dicit de albergaria ecclesiarum Masse facta ab eo et ab aliis episcopis, et de facto clericorum earum, et de colecta earum idem quod Grimaldus; et dicit quod alia vice idem episcopus fecit festum Natalis in valle de Mesleo et ibi ordinavit se testem in sacerdotali gradu sine canonicis, et non dedit eis prandium neque recompensacionem, et dicit quod tempore ipsius episcopi Rodulfi, quadam vice cum erat apud S. Cassianum,

ipse episcopus concessit episcopo Gerardo Bononie causa honoris facere ibi ordinacionem clericorum, et tunc erat ibi archipresbiter Zissi, et vidit quendam clericum S. Ambrosii de Massa, qui volebat se ordinare et quia representavit per archipresbiterum, interdixit archipresbiter eius ordinacionem, et sic non fuit tunc ordinatus; et dicit quod archipresbiteri illius plebis et ipsemet testis sunt soliti facere causas matrimoniales in ecclesiis Masse pro ipsa plebe, et hoc anno fecerunt, et canere missam in illis ecclesiis et habere alias honorificencias quas habent archipresbiteri in suis capellis; de omnibus aliis interrogatus, dicit se nichil sire.

§ Presbiter Iohannes de Capite Silice I dicit quod stetit novem annos in canonica cum quodam suo cio, qui erat canonicus, et in hoc toto tempore non vidit canonicos habere ultra XX comestiones in predictis diebus, et si plus haberent, bene siret, quia continue manebat in canonica; interrogatus si sit eos habuisse has IIII comestiones in I anno, dicit non, bene tamen dicit eos habuisse diversis temporibus in predictis diebus has comestiones, dicit quod vidit dari omnibus canonicis presentibus et ire volentibus et eorum familie toti, et ipse interfuit et comedit, et hoc fuit tempore Arardi et Henrici episcoporum; de isto episcopo, si dedit vel non dedit, nichil sit. De fidelitatibus clericorum dicit quod ipse fecit fidelitatem episcopo Alberto, nullo canonico presente; hoc idem vidisse . . . in fidelitatibus laycorum; de omnibus aliis interrogatus dicit quod nichil sit, nisi de capella S. Donati, quod dicit canonicos nichil inde debere habere; et de casamentis dicit idem quod Grimaldus; et de sepultura Ducie idem; interrogatus qualiter sit canonici non debere aliquid de capella habere, dicit quod magno tempore fuit moratus in ecclesia S. Donati Maioris et non vidit eos aliquid inde habere.

§ Rainerius diaconus I dicit quod stetit in canonica S. Cassiani per II annos, et his II annis habuerunt I comestionem ab isto presente episcopo, set si tunc erat consecratus, dicit quod nesit, set credit, et dicit quod ipse episcopus fecit se testem ostiarium presentibus canonicis; de decima Puzoli dicit quod episcopus habet inde partem, set canonici dicunt quod debet eorum esse, et ipsemet testis deduxit vinum de illa decima pro canonicis; de fidelitatibus clericorum et laycorum dicit idem quod Grimaldus; de aliis nichil.

§ Guilielmus subdiaconus I dicit quod vidit hunc presentem episcopum dantem unam comestionem canonicis, et ipsi

dederunt ei apparata omnia secundum quod Grimaldus dixit; de ostiaria dicit idem quod Rainerius; de aliis nichil.

§ Torsellerius S. Cassiani I dicit quod bene recordatur per XL annos et plus et vidit episcopum Rodulfum, Arardum, Henricum et Albertum, et nemini eorum vidit dari aliquam comestionem canonicis, set tempore episcopi Arardi vidit eos bis venientes a comestione in predictis diebus, set non in I anno. De casamentis S. Cassiani dicit idem quod Rainerius de Serra; de ostiariis idem quod Grimaldus, excepto quod non vidit aliquem de ostiariis iurare fidelitatem; de decima Puzoli et de aliis capitulis interrogatus, dicit se nichil sire; liber est, nec est manens, nec precio vel promissione venit ad hanc testificacionem.

§ Ugicio Bagnarie I dicit quod bene recordatur XXX annos et quod interfuit uti canonici cum populo S. Cassiani pecierunt prandium episcopo Rodulfo et ipse renuit dare et non dedit, et hoc fuit in Natale; de episcopo Arardo dicit quod VII annos vixit in episcopatu et non vidit eis dare in omnibus illis annis nisi V comestiones canonicis, nec continue vidit dare in I anno IIII comestiones, nec III, set II sic, nec vidit eum dare in die Iovis sancti, nec in die S. Cassiani, et si plures dedisset, bene siret, cum moraretur cum canonicis in castro S. Cassiani, et domus sua ita vicina esset domui canonicorum, quod ipsi etiam non possent exire canonicam, quod ipse non videret eos, si esset presens; de episcopo Henrico dicit quod vixit XVIII anni in episcopatu, et in his omnibus non vidit eum dare ultra novem vel X comestiones; interrogatus si continue in I anno et si plures dedisset, respondit ut supra tempore Arardi episcopi; de episcopo Alberto nichil sit. De itineribus Ravenne et aliis dicit quod vidit prepositum et alios canonicos ire cum episcopo Ravennam et alibi cum suis equitaturis, set credit quod expensis episcopi; idem dicit Torsellerius; et de serviciis [2] manentie Marutti et Albertini Diane, Guttifredi et Marcoli, dicunt idem quod Grimaldus, et addunt quod, ex quo faciunt servicia constituta inter sese et dominum, quod dominus ultra non potest eis imperare. De casamentis idem quod Rainerius; de decima et omnibus aliis interrogatus dicit idem quod Torsellerius.

§ Bonusiohannes S. Cassiani I dicit quod recordatur XXX annos et non vidit dari nisi III comestiones canonicis, silicet unam, ut sibi videtur, episcopo Arardo et duas episcopo Henrico; interrogatus si erat semper in castro in predictis festivitatibus,

respondit non, set tali vice dicit quod erat et tali non, et si tunc quando ipse erat, dedisset, bene vidisset, tam prope morabatur; de casamentis idem quod Rainerius; et dicit quod Maruttus et Marcus faciunt servicia manentie canonicis; de itineribus Ravenne dicit quod vidit facere canonicis cum suis equitaturis, et credit eorum expensis; de aliis itineribus dicit quod credit episcopum expensas facere; de decima et omnibus aliis dicit idem quod Ugicio.

§ Cassolus I dicit quod non vidit dari episcopo Henrico toto tempore quo stetit in episcopatu nisi solummodo IIII vel V comestiones in dictis diebus, set plus I non vidit dare in I anno; de episcopo Alberto nichil. De casamentis idem quod Rainerius, et dicit quod est publica fama episcopum debere habere in omni sero, quando est apud episcopatum, brachium I candele; de fidelitatibus dicit quod layci faciunt solummodo episcopo; et dicit quod Bagnar(i)a et Puzolus et Roncus de la Rocca est de episcopo, interrogatus quomodo sit, respondit ex auditu; de decima et omnibus aliis nichil; de libertate et aliis condicionibus idem quod Ugicio.

§ Albertinellus de Basso de S. Cassiano I dicit quod publica fama est quod episcopus Henricus, qui vixit in episcopatu XVIII annos vel XVIIII, ut ipse audivit, non dedit canonicis nisi novem vel X comestiones, set numquam interfuit alicui comestioni; de episcopo Alberto dicit quod est pubblica fama quod debet dare, set nesit quot; de casamentis dicit idem quod Rainerius; de omnibus aliis capitulis interrogatus, dicit se nichil sire; de libertate et aliis condicionibus dicit idem quod Ugicio.

§ Salliinpace de S. Cassiano dicit quod bene recordatur XXX annos et vidit episcopum Arardum et Henricum morantes in episcopatu annos XX et plus inter ambos, et in omnibus illis annis non vidit dari canonicis plusquam tribus comestionibus, et hoc in Natale, et dicit quod amplius non audivit episcopum debere dare has IIII comestiones canonicis nisi in hoc placito. De casamentis et fidelitatibus laycorum dicit solummodo episcopo pertinere; de decima Puzoli et Taurani dicit se credere episcopi esse; idem credit de possessionibus Bagnarie et Puzoli; et de Marutto et Marculo idem quod Ugicio; de omnibus aliis dicit idem quod Albertinellus.

§ Bene Puzoli I dicit quod iam sunt XII anni quod ipse habet bailiam episcopatus et infra hos annos non vidit dare ca-

nonicis nisi VI comestiones in dictis diebus, et dicit quod tunc non potuisset plus dare quod non siret, quia ipse habebat eius bailiam, set quot per annum dicere noluit, quia dicit non recordari; de apparatu quod canonici debeant dare, dicit idem quod Grimaldus; et has comestiones dicit quod dedit episcopus Henricus; de episcopo Alberto dicit quod vidit dare I; de proprietate tocius curie Puzoli et Taurani dicit quod episcopi est, et quicumque ibi habet, per episcopum habet; interrogatus qualiter sit, respondit quod vidit cartam episcopi et homines illius loci ab eo renovare; de decima Puzoli dicit quod partem habet dominus episcopus et eius vasalli qui tenent ibi feudum, et partem habent ecclesias illius loci, et partem canonici, set quam partem quisque habeat, dicit quod nesit, vel habere debeat, et dicit quod quando datur canonicis, quasi ex caritate datur, et ad voluntatem hominum illius terre; de bradiis donicatis illius loci dicit episcopus integre habere decimum; de itineribus Ravenne dicit quod canonici sunt soliti facere cum suis equitaturis et expensis; de aliis itineribus dicit si non habent equos, quod episcopus dat eis, et tunc vadunt expensis episcopi, et hoc per totum episcopatum et comitatum Imole et pro negocio episcopi tantum; de casamentis et fidelitatibus idem dicit quod Salliinpace; de casamento episcopi dicit quod canonici partem posuerunt in rizolo ecclesie contra voluntatem episcopi; interrogatus qualiter sit esse contra eius voluntatem, respondit quod interfuit ipse et Grimaldus et multi alii quando episcopus propter hoc habuit multa mala verba cum canonicis. De terra ab Adamia relicta ecclesie S. Cassiani et canonicis dicit quod non potuit de iure fieri quia carta est renovata et ipse testis intromisit eam propter hoc pro episcopo; de nemore Castagnitoli quod tenent canonici, dicit quod episcopus Albertus et ipse testis pro eo interdixit hominibus qui custodiebant, quod non custodirent pro canonicis, quia fuit de feudo quod Albertus de Guinizo habuit ab eo; de manso Adelasiorum Taurani dicit quod fuit de eodem feudo, quem nunc tenent Andreolos per canonicos; interrogatus qualiter sit de feudo esse, respondit quod vidit instrumenta et quendam eius nepotem guerriare longo tempore totum illum podere, et nominatim res predicta, quia dicebat quod debebat esse suum feudum. De proprietatibus Bagnarie et Capite Silicis dicit idem quod dixit superius de curia Taurani, excepto quod non vidit instrumenta proprietatis; de sepultura Ducie dicit idem

quod Grimaldus; de ostiariis dicit quod pro episcopo et canonicis debent esse; de brachio candele dicit idem quod Cassolus; de ordinacione clericorum dicit idem quod Grimaldus; de laborerio ecclesie idem; et de alienacionibus idem; et de obediencia sine reverencia idem; et de ecclesia S. Laurencii dicit idem quod Grimaldus; et de ecclesia S. Donati idem; et de examinacione idem; et de capella idem; et de fidelitatibus clericorum idem; et de omnibus aliis capitulis et condicionibus dicit idem quod Torsellerius; set tamen dicit quod eius podere et aliorum hominum Puzoli faciebant olim servicia manentie, et nunc solummodo dant pensionem.

§ Deodatus Puzoli I dicit quod stetit annos II et dimidium cum episcopo Henrico et firmiter dicit quod non dedit in illis temporibus canonicis nisi prandium I, deinde quid fecisset nichil sit; de fidelitatibus clericorum et de ecclesia S. Donati et de manso Adelasiorum et de nemore Castagnitoli et de casamento episcopi et de itineribus Ravenne dicit quod nichil sit; de omnibus aliis dicit idem quod Bene Puzoli, preter quod non vidit cartam proprietatis et addit quod Maruttus et Marcolus faciunt servicia manentie canonicis, et ipse nunquam fuit manens, imo semper fuit castellanus.

§ Guido de Tiginardo Puzoli I dicit de prandio et apparatu et de decima Puzoli et Taurani et de proprietate idem quod Deodatus, et de manentia sui testis idem quod Bene; et de precio et libertate idem quod Torsellerius; de omnibus aliis nichil.

§ Ugolinus Puzoli I dicit idem quod Guido de Tiginardo, preter de prandio et aparatu quod nichil sit; et de brachio candele idem dicit quod Cassolus.

§ Pelaukinus Bagnarie I dicit quod stetit cum episcopo Henrico prope novem annis et in omnibus illis temporibus dicit quod ipse non dedit canonicis nisi solummodo V comestiones, et si plus dedisset, bene siret, quia in domo cum eo morabatur, et ipsi dabant ei omnia que pro apparatu erant necessaria; de iteneribus Ravenne idem quod Bene, preter de expensis quod nichil sit; liber est et manens episcopi, nec precio venit; de decima et omnibus aliis nichil.

§ Ungarellus da Runco episcopi I dicit quod stetit octo annos cum episcopo, et in omnibus illis annis dicit quod ipse non dedit canonicis nisi IIII comestiones, et si plus dedisset, bene siret, quia cum eo manebat; de apparatu et itineribus idem

quod Pelaukinus; de proprietate et decima Puzoli idem quod Bene, preter quod non vidit cartam proprietatis; et de ostiariis et de casamento episcopi et de casamentis S. Cassiani et de fidelitatibus et de proprietatibus Bagnarie et Capite Silicis et de ordinacione clericorum et de reverencia sive hobediencia canonicis et de ecclesia S. Laurencii et de examinacione et de capella episcopi dicit idem quod Bene; de ecclesia S. Donati dicit quod, donec recordatur, vidit per capellam episcopis teneri, quod est bene xx annos; liber est, nec precio venit, nec manens est; de omnibus aliis nichil.

Et ego Henricus sancte Ferrariensis Ecclesie sacrique palacii notarius omnes predictos testes, voluntate domini Ugicionis Ferrariensis ecclesie episcopi et domini Mainardini eiusdem ecclesie prepositi, recepi et ut ab eis audivi ita scripsi in MC nonagesimo septimo anno Christi nativitatis et in indictione xv, Ferrarie.

IV, 179. - Orig., m. 1,440×0,225. Instrumentum constat duabus chartis non aeque patentibus. Charta valde lacera est quo fit ut instrumenti initium haud facile legatur. Passim lacerationes et abrasiones occurrunt. In versu eadem manu extat haec nota ut in textu, p. 572 Et respondit quia tunc erat cantuarius eius et ipse fuit in S. Cassiano et dicit quod semper.

[1] *Verba* Girardinellus *nec non* respondit quia tunc erat eis - ignorat *supra abrasionem exarata sunt.* [2] *Gradus ad alteram chartam.*

453.

Ferrariae, 8 aprilis 1198.

Sententia ab episcopo et praeposito Ferrariensi lata ad dirimendas controversias quae inter episcopum et canonicos Imolensis Ecclesiae agitabantur.

† In Dei nomine. Nos Ugicio Ferrariensis episcopus et Mainardinus eiusdem ecclesie prepositus ex delegacionę domini pape Celestini cognitionę litis sive contraversie que inter Albertum Oscelitti prepositum Imolensis Ecclesie nomine canonicorum eiusdem ecclesie, et Albertum eiusdem ecclesie episcopum super plurimis articulis vertitur. Petit namque predictus prepositus a prefato episcopo sibi et omnibus aliis canonicis prefate ecclesie et eorum toti familie et servientibus et castaldis singulis annis quattuor procuracionęs, silicet unam in Natali, et alteram in

sancto die Iovis, terciam in die Resurrectionis, quartam in die S. Cassiani. Petit etiam xxx[ta] libras lucenses pro extimacione x procuracionum quas prefatus episcopus debuit eis exibere et non exibuit. Petit etiam ut xx libras lucenses ad laborerium S. Cassiani pertinentes, ex quibus xiiii libras Henricus episcopus, reliquas habuit presens episcopus de terra predicti laborerii vendita, et de fructibus inde perceptis prefactus episcopus restituat, et consilio et voluntate canonicorum in utilitatem laborerii expendat vel in manus masarii communi consensu electi tribuat, asserens quod cura et disposicio laborerii S. Cassiani communiter ad episcopum et canonicos pertinet. Petit etiam unam libram auri a prefato episcopo nomine pene quia venit contra instrumentum ab Henrico episcopo de ecclesiis Masse canonicis factum, et novem libras olei annuatim pro crismate faciendo, et xviii libras olei quas prefactus episcopus iam a sex annis retro canonicis subtraxit. Item petit medietatem ecclesie S. Donati ad canonicam pertinentem cum redditibus ex ea ab octo annis retro perceptis quorum extimacionem facit viii libras lucenses. Item petit totam decimam Puzoli et Taurani et xx corbes vini et quinquaginta sextarios frumenti quos prefatus episcopus de illa decima iniuste abstulit. Item petit quondam mansum aput Causcilicem olim a Martignonibus et Storiareis detentum, vel xxx pisses et tres solidos blancorum annuatim canonice pro illo manso prestari et x libras lucenses pro extimacione fructuum inde a novem annis retro perceptorum. Item petit xxxii denarios lucenses pro manso Raimundini et Garactonis canonice annuatim prestari. Item petit ut prefatus episcopus ecclesias Masse quas hactenus canonici quiete habuerunt, eos in pace et quiete habere et possidere de cetero promittat. Item petit ut capella episcopi semper debeat reponi et servari in sacristia et ut canonici elligant et ponant sacristinos[1] in sacristia ad voluntatem eorum cum ipsi eos pascant. Item petit medietatem casamentorum S. Cassiani que Ymolenses episcopo Henrico dederunt, asserens episcopum Henricum illam medietatem canonicis promisisse. Item petit ne ordinaciones vel examinaciones clericorum vel collectam super clericos ultra cathedrathicum, et ne ullos contractus vel ullas alienaciones rerum episcopalium sine canonicis et eorum consensu episcopus faciat, et ne causas matrimoniales sine canonicis tractet vel examinet et ne sacramenta fidelitatis a clericis recipiat vel exigat, cum hec recipere et exigere tantum ad canonicos pertineat, et ne

sacramenta fidelitatis laycorum in absencia canonicorum non apposito nominę episcopalis ecclesie exigat vel recipiat. Item petit ne prefatus episcopus in capella sua de cetero campanam habeat et habitam deponat. Hec omnia predictus prepositus a prefato episcopo nomine canonicorum petit, in maiori parte horum usum et antiquam consuetudinem allegans. Prefatus vero episcopus in his se teneri vel ad aliquod horum se debere compelli vehementer inficiatur. Set e contra ab ipso preposito nomine et vice canonicorum petit unum casamentum quod fuit presbiteri Ugicionis, et recompensacionem alterius casamenti, unum par molarum, sedecim mezenas frumenti, pacta, feuda, libellaria, et hemphyteotycaria omnia que de rebus episcopalibus hactenus ad canonicos devenerunt et quod de cetero ab aliquo recipere non debeant, et privilegia de translacione episcopalis ecclesie, et unam tunicellam et omnes libros qui fuerunt antecessorum eius quos ipsi habent. Item petit unum brachium candele sibi a canonicis prestari singulis diebus in sero, et ut laborerium ecclesie episcopalis, et omnia ea que ad illud pertinent debeant esse in eius ordinacionę et disposicione, et ne thesaurus ecclesie vel sacra vasa possint vel debeant pignorari vel distrahy sine suo consensu et voluntate, et ne canonici possint vel debeant excomunicare vel interdicere, vel causas matrimoniales cognoscere, vel usurarios sive alios sentencia canonum involutos absque sua delegationę vel licencia publice reconciliare, et ne prepositi vel alii prelati aut canonici vel hostiarii debeant eligi vel inthronizari aut ordinari in canonica vel sacristia nisi per eum vel suo consensu et voluntate, et ut denarii qui dantur pro redemcione cellularum debeant devenire ad opus pauperum per manus episcopi. Petit etiam illam partem oblacionum de suis missis quas alii episcopi habent de suis, et illam partem decimacionis tocius plebatus episcopalis ecclesię, quam habent alii episcopi in suis plebatibus, et ut canonici faciant sibi hobedienciam et honorem inpendant et serviant in ecclesia et extra ecclesiam, sicut alii canonici suis episcopis faciunt, et quod ipse et eius successores possint et debeant revocare quod ab ipsis canonicis iniuste alienatum est, vel de cetero alienabitur, et ut concessio de sepultura Ducie debeat irritari, et ut ipsi canonici sibi ostendant corpus beati Cassiani et ad eius voluntatem disponatur et collocetur. Item petit quod prefati canonici debeant cum eo equitare quacumque hora voluerit cum eorum equis sicut facere consueverunt cum eius predecessoribus,

et quod debeant ire cum eo quolibet anno Ravennam in festo S. Vitalis et in festo S. Apollenaris et cum eorum propriis equitis et expensis, silicet unus presbiter et unus diaconus et unus subdiaconus. Petit etiam prebendam quam olim habebat in canonica et xxx[ta] libras lucenses pro recompensacione retencionis illius prebende et xxx[ta] solidos lucenses quos pro reficienda squilla, quam ipsi fregerunt, expendit. Ad hec canonicos teneri vel debere compelli ex magna parte prefatus pre[posi]tus inficiatur. Super his omnibus visis et auditis utriusque partis racionibus, allegacionibus, attestacionibus et instrumentis, deliberato et plurium sapientum habito consilio, considerata generali ecclesiarum et [diecesu]m vicinarum consuetudine, prefatum episcopum ad prestandas singulis annis duas procuraciones, silicet unam in sancto die Iovis et alteram in festo S. Cassiani, omnibus canonicis episcopalis ecclesie presentibus et ire volentibus et eorum toti familie presenti et cum eis apud canonicam commoranti, supradictis preposito et canonicis condempnamus, ita tamen quod consueta servicia episcopum in prefatis diebus adeundi et ducendi in vesperis et matutino et missa presenti episcopo canonici exibeantur. Item ut singulis annis novem libras oley pro crismate faciendo ipsis hostiariis sive sacristanis tribuat, prefatum episcopum condempnamus. Decimam Puzoli et Taurani totam canonicis assignamus, ex[ce]pta ea parte que ante triennium ab episcopo vel aliis per episcopum vel pro eo ibi detenta est, ultra quam partem si quid de illa de[ci]ma ab episcopo detinetur, ipsum ad restitucionem illius ipsis canonicis condempnamus. [Item ecclesia]s Masse prefatos [cano]nicos in pace et quiete habere ac possidere permittat sicut eas ante et post mortem episcopi Henrici habuerunt et possiderunt, prefatum episcopum condempnamus. Examinaciones quoque clericorum per canonicos deb[eant] fieri de speciali tamen mandato episcopi pronunciamus. Prefa[tum] vero prepositum nomine canonicorum ad restitucionem casamenti, quod fuit presbiteri Ugicionis, prefato episcopo condempnamus. Item ne pacta, feuda, libellaria et henphyteotycaria de [rebus] episcopalibus alicui vel aliquibus facta vel facienda sine consensu et voluntate episcopi de cetero recipiant et ad restitucionem illorum que iniuste ad eos hactenus devenerunt ipsi episcopo prefatos prepositum et canonicos condempnamus; ubi q . . . bona fide xl annis continue possederunt, in quibus racione prescripcionis bona fide complete eos absolvimus. Item ut privilegia de traslacione episco-

palis ecclesiȩ exibeant et episcopo assignent, et ut unum brachium candele singulis diebus in sero episcopo tribuant dum Ymole fuerit, dictos prepositum et canonicos condempnamus. Item ne interdicant vel excomunicent vel causas matrimoniales cognoscant vel usurarios sive alios sentencia canonum involutos publice reconcilient absque delegatione et licencia episcopi, prefatos prepositum et canonicos condempnamus. Item ut denarii qui dantur pro redȩmpcione cellularum ad opus pauperum per manus episcopi vel eius nuncii destribuantur et ut ipsi canonici corpus beati Cassiani, nisi periurium incurratur, episcopo ostendant vel revelent et ad eius voluntatem disponatur et collocetur, pronunciamus. Item ut ipsi canonici episcopo obediant, honorem impendant et serviant in ecclesia et extra ecclesiam sicut alii canonici suis epi[scopis faciun]t, et quod ipse episcopus vel eius successor possit revocare ad utilitatem tantum canonicorum quod de rebus canonicorum ab ipsis iniuste alienatum est, vel erit, pronunciamus. Item ut duo canonici, silicet unus presbiter et alter diaconus singulis annis [Ravennam] bis, silicet in festo S. Vitalis et in festo S. Appollinaris cum episcopo vadant. cum propriis silicet canonicorum servientibus et equitaturis et expensis omnibus extra episcopatum Ymolensem sepe dictos prepositum et canonicos condempnamus. Si autem alio ire voluerit episcopus, ut aliquis vel aliqui canonicorum vadant cum eo suis equitaturis, si habuerint, expensis tamen episcopi pronunciamus. Item electionem c[lerico]rum et prepositorum et aliorum prelatorum in ecclesia episcopali canonicis, confirmacionem vero eorum et inthronizacionem et investituram de prebendis, vel canonicatu, vel de prepositura vel alia prelatura episcopo assignamus. Hostiarios vero sive sacristanos communiter episcopus et canonici eligant, set episcopus eos confirmet et de prebenda et ufficio suo investiat, et ipsi tantum episcopo iurent fidelitatem ; set thesaurum et res sacristie iurent se servaturos per episcopum et per canonicos. Item ut laborerium ecclesie maioris, et omnia que ad illud pertinent, sint communiter in ordinacionȩ et disposicionȩ episcopi et canonicorum pronunciamus. Item ne thes(a)urus ecclesie maioris pignoretur vel distrahatur vel alienetur, nisi communi consensu et voluntate episcopi et canonicorum ad invicem utramque partem alterius comdempnamus. In peticionȩ vero quam faciunt canonici de manso a Martignonibus et Storiareis olim detento, vel de xxx[ta] pissibus et tribus solidis blancorum annu(a)tim canonicis

pro illo manso prestandis, episcopum absolvimus; ideo quia cognovimus episcopum Henricum in recompensacione horum canonicis concessisse xxx[ta] pisses capitaneos et tres denarios lucenses, quos Martinus Poculi episcopo dabat annuatim pro possessione quam ab eo retinebat in Capite Silicis, unde episcopum condempnamus ut predictam possessionem canonicis concedat vel annuatim pro ea xxx[ta] pisses capitaneos et tres denarios lucenses canonicis persolvat vel persolvi faciat. Item in peticione quam faciunt canonici de xxx[ta] II denariis lucensibus pro manso Raimundini et Garatonis annuatim sibi prestandis episcopum absolvimus; ideo quia cognovimus episcopum Henricum in recompensacione horum tres turnaturias terre in fundo Ortignole iuxta Ildebrandum canonicis concessisse. In aliis preterea peticionibus hinc inde factis ab invicem utramque partem ab altera, magistro Aspetato et magistro Widone de Mazzaincollo sindicis et procuratoribus pro canonicis, et presbitero Abbate procuratorę pro episcopo, presentibus, absolvimus, in quibusdam magis utilitatem et consuetudinem quam iuris rigorem considerantes.

Hec quoque sentencia fuit lata in presencia Widonis de Sabluncello, Rainaldi de Guattarella, Egidii de Blasio, Petri de Vitale, Signorelli, Crescencii, magistri Petri, Peręgrini notarii et aliorum.

(Aa). Ego Ugicio Ferrariensis episcopus manu mea subscripsi. Ego Mainardinus domini pape subdiaconus et Ferrariensis prepositus manu mea subscripsi.

Et ego Henricus Dei gratia sancte Ferrariensis Ecclesie sacrique palacii notarius interfui, et iussionę predicti domini episcopi et prepositi, ut intellexi, manu propria roboravi et pro futura memoria in scriptis redegi et que super apparent apposita vel emendata in octo supradictis locis scripsi et emendavi [2], in millesimo centesimo nonagesimo VIII anno Christi nativitatis, tempore Innocencii pape, nemine in Italia imperante, die octavo intrante mense aprilis, indictione prima, Ferrarie, in palacio domini episcopi.

IV, 181. - Orig. mm. 444×381. Charta hic illic lacera est. Sigilli deperditi superest tantum funiculus lineus nigri coloris. In versu nota uti ad n. 10. — Zaccaria, II, 67; Kehr, V, 165, n. 12.

[1] *Orig. ita refert.* [2] *Verba vel inter lineas posita vel abrasa.*

454.

Imolae, 15 augusti 1198.

Argentina, sibi usufructo reservato, donat canonicis S. Cassiani duas et sesqui tornaturias arvi ad animas filiorum suorum redimendas.

[ST]. In Dei nomine. Anno Christi nativitatis millesimo centesimo nonagesimo octavo, tempore Innocentii pape et nemine in Italia imperante, die xv intrante mense augusti, Imole, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine Argentina pro amore Dei omnipotentis et pro animabus filio⟨rum⟩ meorum, omnium peccatorum meorum remissione, sponte et libenter iure proprietario do et dono vobis presentibus in Christi nomine Christiano et Alberto ecclesie S. Cassiani presbiteris canonicis receptoribus pro vobis et pro vestris filiis et successoribus in predicta ecclesia commorantibus et servientibus in perpetuum; idest tres tornaturias terre laboratorie et dimidiam ; quarum una tornaturia iacet in fundo Frasinite: ab uno latere possidet * * * * * * * *; et due tornaturie iacent in fundo Cereti : ab uno latere possidet * * * * * * * *; et dimidia est possi⟨ta⟩ in fundo Roncallii: ab unc latere possidet * * * * * * * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi, plebe S. Cassiani, do et dono vobis prefatis receptoribus ad habendum, tenendum et vestra auctoritate in possessione intrandum, et quicquid vobis vestrisque sucessoribus placuerit predicte re⟨i⟩ nomine exinde perpetuo faciendum, retento michi usufructu predictarum rerum in vita mea. Ab omni quoque homine predictam rem semper legittime auctorizare et deffensare et hoc donationis instrumentum per me meosque heredes vobis vestrisque successoribus, in iuditio et extra iuditium, firmum tenere promitto. Et si ego vel mei heredes predicta omnia semper firmiter non observavero, vel quolibet modo contravenire presumpsero, tunc pene nomine c solidorum bononiensium vobis dare promitto, et insuper hoc donationis instrumentum semper firmum tenere spondeo.

Ad hec fuerunt testes presentes Balduinus et Iohannes de Fusscola et Petrus de Stussca et Ugolinus de Mazancollo.

Ego Nicolaus Dei gratia sacri palatii notarius presens, ut audivi et intellexi, manu mea scripsi et conplevi.

IV, 182. - Orig., mm. 344×225. In margine inferiore fragmentum alterius chartae assutum et in quo alia manu scriptum est A primo latere est limes, a secundo ecclesia S. Petri in Pitulo, a tercio canonici, a quarto latere Casolus.

455.

[Imolae], 17 octobris 1198.

Canonici S. Cassiani Albertino eiusque fratri Bertolotto concedunt in emphytheusim duas vineae tornaturias in Macerata sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VIII, temporibus Innocenttii pape, Romanorum imperatore non existente, die XVII mensis octubris, indictione I. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu et voluntate omnium confratrum meorum in predicta ecclesia commorantium nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Albertino conductori pro te et procuratorio nomine pro Bertolotto fratre tuo et pro vestris filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest duas tornaturias terre vineate positas in Macerata; territorio Ymolensi, plebe S. Cassiani : ab uno latere predicte rei possidetis vos emptores, ab alio Bulsus, a tercio est via, a quarto rivus et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se sibique pertinentibus concedo et largior vobis prefatis conductoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et vestra auctoritate in predicte rei possessionem intrandum et permanendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionis nomine in predicta ecclesia I bononiensem omni mense martii aut infra indictionem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a vobis predicte rei nomine XX solidos bononienses nomine mercedis, quos a vobis in predicta ecclesia solutos fore confiteor. Et si quo tempore predictam rem vendere volueritis,

nobis emere volentibus pro XII denariis minus quam ab aliis habere possitis, dare debeatis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, qui nobis eam obediat. Ab omni quoque homine predictam rem legitime vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis fratribus et successoribus auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere et nullo modo contravenire, te stipulante, promitto. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum predicte rei et eiusdem bonitatis et extimationis stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testes rogati interfuerunt Guido Orlandi, Ugo de Pagana, Dalmasius de castro Ymole. Actum sub porticu predicte ecclesie.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui, et scribere rogatus scripsi et subscripsi.

IV, 183. - Orig., mm. 245×195. In margine inferiore, manu saeculi XIII Hanc habet Helya.

456.

[Imolae], 18 octobris 1198.

Fantirata donat canonicis S. Cassiani arvi tornaturiam sitam in superiore latere castellaris veteris S. Cassiani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo VIII, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore non existente, die XVIII mensis octubris, actum in Montali, in domo Guidonis de Orlando, indictione I. Ego quidem in Dei nomine Fantirata, presente et precipiente Guidone de Orlando marito meo, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum do et dono vobis presentibus in Christi ⟨nomine⟩ donno Cristiano presbitero et Rodulfo subdiacono ecclesie S. Cassiani canonicis acceptoribus pro vobis et pro vestris fratribus et successoribus iure proprietario in perpetuum; idest unam petiam terre laboratorie positam in superiori cantone castellaris veteris S. Cassiani: a duobus lateribus predicte rei sunt iura predicte ecclesie, a tercio Petrus Aimerici, a quarto fossatus predicti castellaris, et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum

omnibus supsa se et infra se et sibi pertinentibus do et dono vobis prefatis receptoribus ad habendum, tenendum, et vestra auctoritate in predicte rei possessionem intrandum, et quicquid vobis vestrisque fratribus et successoribus placuerit predicte rei nomine deinceps perpetuo faciendum, ut nullam litem nullamque controversiam vos vel fratres vestri seu successores a me vel a meis heredibus ullo unquam in tempore aliquo modo substineatis. Ab omni quoque homine prescriptam rem semper legitime auctorizare et defensare, et hoc donationis instrumentum perpetuo firmum tenere promitto vobis vestrisque fratribus et successoribus in predicta ecclesia existentibus cum meis heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et suprascripta omnia non observavero, vel contra quemlibet agentem legitimam deffensionem non exibuero, vel ego vel mei heredes, aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum seu quolibet alio modo, tunc promitto me meosque heredes daturos pene nomine duplum predicte rei et eiusdem bonitatis et extimationis vobis vestrisque fratribus et successoribus, et pena soluta, hoc donationis instrumentum in perpetuum maneat firmum. Predicta donatrix et maritus eius omnia, ut supra legitur, scribi mandaverunt.

Testes rogati interfuerunt Guido de Racco, Guido Orlandi, Albertinus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

IV, 184. - Orig., mm. 250×177.

457.

Ad Montem Catonis, 5 martii 1199.

Oradinus de Alburo refutat Albertinello Drudoli Panarole arvi petiam in curte Montis Catonis sitam.

† In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC nonagesimo VIIII, temporibus Innocencii pape, inperatore nondum est, die V intrante mense marcii, actum in curte Monte Catonis, in ecclesia S. Salvatoris, indictione II. Ego quidem in Dei nomine Oradinus de Alburo per me et per nepoti mei facio diffinicionem et refutationem atque transactionem

tibi Albertinello Drudoli Panarole de omni lite et omni contraversia, actione que inter nos de una pecia terre sita in curte iamdicti castri, ubi vocatur Balena, territorio Corneliensi: a duobus lateribus tenet predictus Albertinellus, tercio predicta ecclesia, IIII est via; ut de cetero habeas et teneas cum tuis filiis et heredibus in perpetuum sine aliqua contradictione vel molestia nostra nostrorumque filiorum et heredum. Pro eo quia das michi accipienti pro me et pro nepoti mei pro hac diffinicionem et refutacionem X solidos monete bononiensis; et ab hinc in antea non liceat michi refutatori neque meis nepotibus neque nostris filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem reppetitionem, causacionem aut litem movere, neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quidlibet modo. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus nos vel nostris heredibus, tunc promitto me per meis nepotibus et per nostris filiis et heredibus daturum penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus diffinicionis et refutacionis atque transactionis in perpetuum maneat firmus.

Dominus Guererius, Pirolus et Dusolus rogati sunt testes.

Ego Bartholomeus Alboriensis notarius interfui et scripsi et emendavi.

IV, 185. Orig., - mm. 305×112.

458.

Imolae, 12 martii 1199.

Canonici S. Cassiani Martignoni concedunt in emphytheusim terrae petiam in Curano positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione MC nonagesimo IX, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore [1] non existente, die XII intrante mense martii, Ymole, indictione II. Nos quidem in Dei nomine Albertus, Christianus et Clarius ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate omnium fratrum nostrorum in eadem ecclesia existentium nomine et titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Martignoni conductori pro

te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum ; idest unam tornaturiam terre et tres perticas et tertiam partem alterius que iacet in Curaño, territorio Ymmolensi, plebe S. Cassiani : ab uno latere possidet Mezamicus, ab alio Climenzolus et frater eius, a tercio Rainuzolus, a quarto Girardus et Nicholaus et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionis nomine nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii, aut infra indictionem, I bononiensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro iamdicta re XL solidos bononienses. Ab omni quoque homine predictam rem legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus, ita vero ut non liceat tibi neque tuis filiis vel heredibus vendere vel donare seu commutuare vel aliquem contractum facere de predicta re cum aliquo sine nostra vel nostrorum successorum licentia et parabola, et si vendere volueris, tu vel tui heredes, nobis emere volentibus pro XII denariis minus quam ab aliis habere possitis, dare debeatis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum quod datur nomine mercedis, stipulatione ad invicem inter nos promissa, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et tua auctoritate liceat tibi ingredi in possessionem predicte rei.

Testes rogati interfuerunt Ugolinus Bonsavere, Guido atque Guidolinus. Et Petrus renuntiavit omni iuri et actioni quod et quam habebat in predicta terra, et huic pacto presens interfuit et suprascripta omnia scribere rogavit et iuravit corporaliter firma tenere.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et scribere rogatus scripsi et subscripsi et emendavi imperatore.

IV, 186. - Orig., mm. 267×180.

[1] *Verbum* imperatore *inter lineas positum.*

459.

Imolae, 6 aprilis 1199.

Canonici S. Cassiani Guidotto Guarnerii concedunt in emphytheusim sex arvi petias in diversis locis sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione millesimo c nonagesimo viiii, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore non existente, die vi intrante mense aprilis, Immole, indictione ii. Nos quidem in Dei nomine Albertus et Christianus ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate omnium confratrum nostrorum in predicta ecclesia existentium nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Guidotto Guarnerii conductori pro te et pro Vivilenda uxore tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest vi petias terre laboratorie quarum una iacet in fundo Gualanigi: ab uno latere heredes Ugitionis, ab alio via, a tercio heredes Aurilie, a quarto Minuta; alia petia est posita in eodem fundo: ab uno latere heredes Aurilie, ab alio Albertinus de Petrocino, a tercio via, a quarto * *; et iste due petie sunt posite in curte Casule, plebe Solustre. Item alia petia iacet in fundo Casalini: ab uno latere iura ecclesie S. Marie in Portu, ab alio iura ecclesie S. Petri in Casula, a tertio Nordilus, a quarto * *. Item alia petia iacet in fundo Solaroli: ab uno latere via, ab alio Albertinus Petrocini, a tercio heredes Alberii, a quarto heredes Aurilie. Item alia petia iacet in eodem fundo: ab uno latere Rolandus Rambertini, ab alio iura S. Stephani, a tercio est limes, a quarto * *. Item alia petia est in Vicorussolo: ab uno latere Mulnarius, ab alio Albertus Bolgarelli, a tercio Albertinus Alcherii, a quarto Ugolinus Sclaffalardus, et si qui alii confines sunt. Quantum infra prescripta latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se sibique pertinentibus concedimus et largimur tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum, et tua auctoritate in possessionem intrandum. Ita sane ut inferas pensionis

nomine nobis nostrisque fatribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii, aut infra indictionem, IIII denarios bononiensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascriptis rebus VI libras bononienses. Ab omni quoque homine predictas res legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus. Ita vero ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictas res vendere, nec donare nec commutuare, nec etiam ex eis aliquem contractum facere sine nostra vel nostrorum successorum licentia et parabola, et si tollere voluerimus, nobis emere volentibus pro duobus solidis bononiensibus minus quam ab aliis habere possitis, nobis eas dare debeatis, et si tollere eas noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, stipulationem ad invicem inter nos promissam, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testes rogati interfuerunt Balduinus, Rampolus, Ugo magister.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi. Et predicte quattuor petie sunt posite cur[te Casu]le et plebe S. Cassiani.

IV. 187 - Orig., mm. 328×176.

460.

Imolae, 12 aprilis 1199.

Canonici S. Cassiani Gratiano concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo S. Martini in Ceretho.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo VIIII, temporibus Innocencii pape, Henrico inperatore defuncto, alio nondum in Italia inperante, die XII intrante mense aprilis, indictione secunda, actum in civitate Imole in tubata canonicorum S. Cassiani. Nos quidem in Dei nomine canonici ecclesie S. Cassiani titulo et nomine

pacti concedimus atque largimur tibi Gratiano tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxaginta et novem ad renovandum, idest unam petiam terre laboratorie estimatam tornaturias VII, duas perticas et pedes duos minus ad perticam iustam S. Cassiani, que posita est in fundo S. Martini in Caretho: a primo latere ecclesia S. Martini in Caretho, a secundo la Fossola, a tercio Wuido Raccus et heredes Razoli, quarto heredes Albuini et Alegrettus, et si qui alii affines sunt, territorio Corneliensi et S. Cassiani plebe. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii, aud infra indictionem, denarium unum monete Bononie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te pretium pro iamdicta re denariorum monete predicte libras tres et VIII solidos quos et quas confitemur a te recipisse et exceptioni non numerate pecunie renuntiamus. Et pro eo quia tu facis nobis refutacionem de omni iure et actione quam habebas in una petia terre que fuit Wuidonis Imilole pro XXV solidis, quos tibi dare debebat, que est posita in fundo Pethrioli. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et succesoribus predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare tibi tuisque filiis et heredibus promittimus et hoc pactum firmum tenere; eo videlicet tenore ut non liceat tibi predictam terram vendere sine nostra requisitione, nobis requisitis, liceat tibi eam dare aliis si eam tollere noluerimus, cuicumque volueris salva dompnica ratione. Prenominatus Gratianus promisit eis solvere dictam pensionem anuatim, ut dictum est, et omnia predicta observare. Quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars que non observaverit parti observanti penam dupli, ut res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Manus investitor huius rei fuit Ildebrandus; testes Pizus, Martignonus, Savere, Zanellus rogati fuere. † Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani interfui et scripsi manu mea.

IV, 188. - Orig., mm. 267×177.

461.

Imolae, 13 iunii 1199.

Canonici S. Cassiani Taviano concedunt in emphytheusim quinque arvi tornaturias et duas perticas sitas in Grisagonella.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo c nonagesimo nono, indictione II, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore vacante, die XIII intrante mense iunii, Ymmole. Nos quidem in Dei nomine Clarius, Albertus et Christianus ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate aliorum nostrorum confratrum in predicta ecclesia existentium, nomine pacti damus et concedimus tibi presenti in Christi nomine Taviano conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest v tornaturias terre laboratorie et duas perticas positas in Grisagonella, teritorio Ymolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere possidet Ugo Roccus, ab alio Gualfinati, a tercio tu emptor, a quarto est limes, et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, damus et concedimus tibi prefato Taviano ad habendum, tenendum, possidendum, deffensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum, et tua auctoritate in possessionem intrandum. Ita sane ut inferas pensionis nomine nobis nostrisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii, aut infra indictionem, unum denarium bononiensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro suprascripta re XXXIII solidos bononienses. Ab omni quoque homine predictam rem semper legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus; eo videlicet tenore ut non liceat tibi vendere vel donare vel commutuare predictam rem alicui sine nostra vel nostrorum successorum licentia et parabola; et si emere voluerimus, pro duobus solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare

debeas et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum, quod datur nomine mercedis, stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Testes rogati interfuerunt Guido Zanzolus, Ildebrandus et Ruffolus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

IV, 189. - Orig., mm. 289×145. In margine superiore, manu saeculi XIII Hanc habet Imolexe Guidonis Vivoli.

462.

Imolae, 15 septembris 1199.

Canonici S. Cassiani Guidobono concedunt in emphytheusim duas partes unius medietatis clausuriae de fundo S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnatione millesimo C nonagesimo nono, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore vacante, die XV mensis septembris, Ymole, indictione II. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auselitti ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu et voluntate meorum fratrum in eadem ecclesia existentium nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Guidobono conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest duas partes de medietate unius clusurie que fuit Leitulorum, que iacet in fundo S. Georgii: ab uno latere heredes Albuini, ab alio heredes Calvi, a tercio Ugolinus medici, a quarto tu ipse et Boccavitellus. Item concedo tibi IIII tornaturias terre positas in Braita: ab uno latere via, ab alio tu ipse, a tertio et a quarto nos largitores, et si qui alii confines sunt. Hec omnia, ut dictum est, cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constituta teritorio Ymolensi, plebe S. Cassiani, concedo et largior tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum.

Ita sane ut singulis kalendis martii, aut infra indictionem, nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus inferas pensionis nomine IIII denarios nomine predicte clusurie, et II denarios nomine predictorum IIII tornaturiarum terre; tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te pro suprascriptis rebus XL solidos bononienses mercedis nomine. Ab omni quoque homine predictas res legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque heredibus cum meis fratribus et successoribus; eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictas res vendere vel donare seu commutuare, vel aliquem contractum ex eis facere sine mea vel meorum fratrum vel successorum licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro XII denariis minus quam ab aliis hebere poteris, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris qui nobis eas obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum, quod datur nomine mercedis, stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et volo et iubeo ut Matheus Gratacelum tibi possessionem tradat de predictis rebus.

Testes rogati interfuerunt Guido Gibertini, Petrizolus, Bonsapere atque Ildrebandus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et ab utraque parte rogatus scripsi et subscripsi et cancelavi duobus locis superius.

IV, 190. - Orig., mm. 292×178. = IV, 191. - Aliud orig., mm. 295×177.

463.

Imolae, 13 ianuarii 1200.

Canonici S. Cassiani Iacobo de Guazo concedunt in emphytheusim terrae mansum positum in loco qui Mascerathuro appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CC, tempore Innocencii pape et imperatorem non habemus, die tercio decimo intrante mense ianuarii, indiccione tercia, Ymole, sub porticu domus canonicorum. Ego

quidem in Dei nomine Clarius Dei gratia ecclesie S. Cassiani canonicus cum consensu et voluntate canonicorum fratrum meorum [eiusdem] ecclesie S. Cassiani, libellario nomine concedo et largior tibi Iacobo de Guazo accipienti pro te [tuisque filiis masc]ulis, et si filios masculos non habueris, deveniat uni filie tue cui canonici suprascripte ec[clesie desi]gnare voluerint usque ad annos advenientes XX novem ad renovandum: idest unum mansum terre [posit]um in loco qui dicitur Mascerathuro, ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis reddere nobis debeas terraticum de omni labore maiori modio septimo, minuto octavo, lini manna nona, vini ampfora quarta, et omni anno amisere unum in area, idest duos pullos cum duobus fogaciis, et in Natale Domini amisere unum, idest spallam vel ossum cum fogaciis, et honorifice recipere nos in mansione tua, et pro omni alio redditu omni anno quinque soldos et medium denariorum monete bononiensis. Pro eo quia dedisti nobis calzarii nomine soldos XX, eo pacto ut non liceat tibi predictam terram nec vendere, nec donare nec eciam loco pignoris ponere, nec aliquo modo alienare sine nostro consensu. Si qua vero nostre partis contra omnia supradicta yre [vel] agere temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium vel interpellacionem pene nomine soldos XL denariorum monete bononiensis, une [1] stipulacionis ad invicem promissa a partibus, et pena soluta, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Martinus Ymolensis notarius. Et licenciam dedit ei intrandi in supradicta re.

Testes ad hec rogati fuerunt Ugolinus Campalfloris, Iacobus de Dominicis, Algarisius, Martinellus Burnelli.

(Aa). Ego Gerardus ecclesie S. Cassiani prepositus manu mea subscripsi. Ego presbiter Clarius canonicus Imolensis Ecclesie manu mea subscripsi. Ego Albertus presbiter et canonicus manu mea subscripsi. Ego Arduinus diaconus et canonicus manu mea subscripsi.

IV, 193. - Orig., mm. 300×230. Charta ob maculas humore effectas lacera est secundum lineas 1-7.

[1] *Orig. ita refert.*

464.

[Imolae], 22 februarii 1200.

Girardus de Mazaincollo et Hugo Arardi eorumque fratres Zanello Ioanni de Trifortia concedunt duas arvi perticas in Fontanigoli sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo cc, indictione iii, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatorum vacante, die viii exeunte mense februarii, actum in Montali sub porticu Ugitionis Beatricis. Nos quidem in Dei nomine Girardus de Mazai(n)collo et Guido fratres in una medietate dicende rei, et ego Ugo Arardi pro me et pro Zanello fratre meo in alia medietate iure proprietario damus et vendimus tibi presenti in Christi nomine Iohanni de Trifortia emptori pro te tuisque filiis et heredibus in perpetuum; idest duas petias terre laboratorie positas in Fontanigoli, territorio Ymmolensi, plebe S. Cassiani: ab uno latere unius petie possident heredes Guidonis de Albertino, ab alio Rolandinus Maie, a tercio Mazolina, a quarto est via. Ab uno latere alterius petie possidet Petrus Zamboni, ab alio Guido et Albertinus, a tertio Torselerius, a quarto est via, et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et vendimus tibi prefato emptori ad habendum, tenendum et tua auctoritate in possessionem intrandum et quicquid tibi tuisque heredibus placuerit predictarum rerum nomine deinceps perpetuo faciendum, ut nullam litem nullamque controversiam tu prenominatus emptor vel tui heredes a me vel a meis heredibus substineatis. Pro eo vero quia accepimus a te pro suprascripta re vi libras bononienses et xii denarios pro deliberato et finito pretio. Ab omni quoque homine predictam rem semper legitime nostrisque expensis omnibus firmiter auctorizare et defensare et hoc venditionis instrumentum perpetualiter firmum tenere promittimus tibi tuisque heredibus cum nostris heredibus. Et si nos vel nostri heredes predicta omnia semper firmiter non observaverimus, tunc pene nomine duplum predicte rei

et eiusdem bonitatis et extimationis dare, et omne dampnum et sumptus litis resarcire promittimus tibi tuisque heredibus cum nostris heredibus; et insuper hoc venditionis instrumentum semper firmum tenere spondemus. Predicti venditores, ut supra legitur, scribi rogaverunt, et dictus Ugo Arardi coram me Michaele notario tactis sacrosanctis Dei evangeliis promisit ratos et firmos habere et tenere omnes contractus quos fecerit infra XXV annos.

Testes rogati interfuerunt Ubaldinus Dulcis, Guido Rachi, Ugitio Beatricis, Iohannes Foscole, Albertus Serramanus et alii quamplures.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi et subscripsi.

IV, 194. - Orig., mm. 285×178.

465.

Imolae, 17 martii 1200.

Canonici S. Cassiani Petro de la Tusca renovant emphytheusim supra arvi et vineae petiam sitam in Quercetho.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo ducentesimo, temporibus Innocencii pape, Henrico inperatore defuncto, alio nondum in Italia inperante, die XV exeunte mense marcii, indictione III, actum Imole, sub porticu canonicorum S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine Albertus Auxelitti Ymolensis Ecclesie prepositus uná cum canonicis et fratribus meis eiusdem ecclesie titulo et nomine pacti renovamus, concedimus atque largimur tibi Petro de la Tusca acceptori pro te tuisque filiis et heredibus ac succesoribus usque ad annos advenientes LX novem ad renovandum; idest unam peciam terre vineate et laboratorie quam habes et tenes atque possides in Quercetho, que claudata est, estimatam tornaturias duodecim et si plus vel minus dicte quantitatis inventa vel reperta fuerit, in hoc eodem contractu permaneat: a primo latere totius dicte claude nos locatores, a secundo filie Maruti, a tercio via, a quarto * *, vel si qui alii confines sunt, territorio Corneliensi et plebe S. Cassiani. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus, renovamus atque largimur tibi ad

habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et succesoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii, aut infra indictionem, denarium unum monete bononiensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro predicta re denariorum monete bononiensis solidos XL, quos confitemur a te recepisse, et exceptioni non numerate et tradite dicte pecunie renuntiamus. Ab omni quoque persona hominum predictam rem auctorizare et defensare promittimus tibi tuïsque filiis et heredibus cum nostris fratribus et succesoribus, et hoc pactum firmum tenere. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam rem vendere, nec donare, nec alicui dare, nec aliquem contractum cum aliquo facere sine nostra nostrorumque successorum licencia et requisitione, licencia data et requisitione facta, liceat tibi dare aliis cui volueris, salva dompnica ratione. Prenominatus Petrus de la Tusca dictam pensionem prenominato domino preposito suisque fratribus et succesoribus anuatim cum suis heredibus dare promisit et alia dicta observare; quem contractus ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars, que non observaverit, parti observanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Manus investitor huius rei fuit Matheus de Gratacelo.

Testes Guido Raccus, Martinus tabellio, Buninus, Petrizolus rogati fuere.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani dicto contractui interfui et manu mea subscripsi.

IV, 195. - Orig., mm. 355×222.

466.

Imolae, 29 septembris 1200.

Canonici S. Cassiani Florentino concedunt in emphytheusim tres arvi tornaturias in Casanova sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore vacante, III kalendas octubris,

Ymole, in ecclesia S. Cassiani, indictione III. Nos quidem in Dei nomine Albertus, Ildebrandus, Clarius atque Christianus ecclesie S. Cassiani presbiteri canonici cum consensu et voluntate aliorum nostrorum fratrum in eadem ecclesia existentium, nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Florentino conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest tres turnaturias terre laboratorie positas in Casanova, territorio Ymmolensi, plebe S. Cassiani: a tribus lateribus cuius rei possides tu emptor, a quarto est quedam viola, et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, presente quoque Anzilello, qui dictam rem possidebat, et renuntiante omni iuri et actioni sibi conpetentibus dicende rei nomine, concedimus et largimur tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionis nomine nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense martii, aut infra indictionem, unum denarium bononiensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia das mercedis nomine prefato Anzilello XVIII libras bononienses, quas quidem ipse Anzilellus in eorum et inferius testium scribendorum presentia confessus fuit se a predicto Florentino accepisse predicte rei nomine. Ab omni quoque homine predictam rem semper legitime auctorizare et defensare, et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus atque successoribus; eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis heredibus predictam rem vendere vel donare vel commutuare alicui, nec etiam ex ea aliquem contractum facere sine nostra vel nostrorum successorum licentia et parabola, et si eam tollere voluerimus, nobis accipere volentibus, pro duobus solidis minus quam ab aliis habere possis, dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum predicte rei, stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et tua auctoritate introeas et possideas predictam rem. Testes rogati interfuerunt Petrus Cardillus, Leo de Dutia, Guido Imilole, Cortisius et Petrus Divanellus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et a predictis locatoribus et eorum fratribus nec non et a prefatis Anzilello et Florentino rogatus, ut supra legitur, scripsi et subscripsi.

IV, 196. - Orig., mm. 256×199.

467.

Imolae, 17 novembris 1200.

Canonici S. Cassiani Sarragoni concedunt in emphytheusim tres pѐtias terrae in diversis locis sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo, temporibus Innocentii pape, Romanorum imperatore vacante, die XVII mensis novembris, Ymole. Ego quidem in Dei nomine Girardus diaconus ecclesie S. Cassiani prepositus cum consensu et voluntate confratrum meorum in eadem ecclesia existentium nomine pacti do et concedo tibi presenti in Christi nomine Sarragoni conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum; idest unam clusuriam positam iuxta castrum Montis Catonis: a duobus lateribus est rivus, a tertio heredes Macoli, a quarto Gradolus. Item alteram petiam positam in Campozanni: ab uno latere Magrinus, ab alio Tuscus, a tertio rivus, a quarto Gradolus. Item tertiam petiam positam in Barbera: ab uno latere via, ab alio Bulzone, a tertio rivus, a quarto Satullus. Item quartam petiam positam in Villa Casule, quam nunc habet et tenet Montecatone; que omnia predicta dominus Ugo de Maradi pater tuus pro amore Dei et suorum peccatorum remissione nobis donavit. Que omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi prefato conductori ad habendum, tenendum, possidendum, deffensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut pensionis nomine inferas michi meisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii, aut infra indictionem, duos denarios bononiensis monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te pro suprascriptis rebus v libras bononienses mercedis nomine. Ab omni quoque homine predictas

res legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis confratribus et successoribus ; eo videlicet tenore ut non liceat tibi neque tuis filiis vel heredibus vendere vel donare vel commutuare predictas possessiones alicui nec etiam ex eis aliquem contractum facere sine mea meorumque fratrum et successorum licentia et parabola, et si tollere voluerimus, pro duobus solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat tibi et tuis heredibus dare eas cui volueritis qui nobis eam obediat. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et suprascripta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum quod datur mercedis nomine stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena hoc pactum maneat firmum. Et tua auctoritate liceat tibi ingredi in possessione predictarum rerum existentium in curte Montis Catonis. Testes rogati interfuerunt Gandulfus iudex, Tuscus Quintavallis, Magrinus, Gradolus, Abandonatus, Vita atque Dalmasittus.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et, ut supra legitur, rogatus scripsi et subscripsi.

IV, 197. - Orig., mm. 279×165.

468.

Imolae, 18 novembris 1200.

Hugolinus de Maradi donat canonicis S. Cassiani terras, vineas et possessiones positas iuxta castellare Montis Catonis.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CC, indictione tertia, temporibus Innocentii pape Romanorum imperatore non existente, die XVIII mensis novembris, Immole. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus de Maradi simpliciter et irrevocabiliter inter vivos do et dono tibi presenti in Christi nomine Gerardo Christi gratia ecclesie S. Cassiani preposito, receptori pro te tuisque fratribus et successoribus in predicta ecclesia commorantibus et servientibus ad iura propria in perpetuum ; idest totum illud in integrum quod Bausadrus de Montecatone olim habuit et tenuit a me in curte Montis Catonis,

videlicet terras, vineas et possessiones cultas et incultas cum omni iure et actione quod et quam in predictis rebus habeo et michi pertinet aliquo modo vel titulo, et cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, quarum rerum una clusuria est posita iuxta castellare Montis Catonis: a duobus lateribus est rivus, a tertio heredes Macoli, a quarto Gradolus. Item alia petia terre iacet in Campozanni: ab uno latere Magrinus, ab alio Tuscus, a tertio rivus, a quarto Gradolus. Tertia petia iacet in Barberia: ab uno latere est via, ab alio heredes Macoli, a tertio est rivus, a quarto Satullus. Quarta petia est posita in Villa Casule quam nunc tenet pro me Munticatonus: ab uno latere Davizolus et frater, ab alio idem et Petrus Soldelli, a tertio adest via, a quarto Dominicus Battivena, et si qui alii confines sunt. Omnia, ut predixi, et que infra hos iacent confines pro amore Dei et beati Cassiani martiris et pro omnium peccatorum meorum remissione et pro animabus parentum meorum do et dono tibi prefato domino preposito ad habendum, tenendum, possidendum et tua auctoritate in possessionem intrandum et permanendum et quicquid tibi tuisque confratribus et successoribus placuerit predicte ecclesie nomine deinceps perpetuo faciendum, ut nullam litem nullamque contraversiam predicta ecclesia a me vel a meis heredibus substineat aliquo modo vel titulo. Ab omni quoque homine predictas res semper legitime firmiterque in iudicio et extra iudicium auctorizare et defensare et hoc donationis instrumentum perpetuo firmum tenere promitto tibi tuisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus atque successoribus. Et si contra fecero et supradicta omnia non observavero ego vel meï heredes seu successores, tunc pene nomine duplum predictarum rerum dare promitto tibi tuisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus atque successoribus; et insuper hoc donationis instrumentum semper firmum et ratum habere et tenere spondeo. Predictus donator scribi iussit, ut supra legitur. Testes rogati interfuerunt Gandulfus iudex, Rigulosus, Magrinus, Tuscus, Abandonatus, Gradolus, Dalmasittus, Vita atque Bausadrus.

† Ego quidem Michael sacri palatii et tunc comunis Ymole notarius interfui et rogatus scripsi, ut supra legitur, et subscripsi.

IV, 198. - Orig., mm. 270×237. Charta vàlde lacera est.

469.

[Imolae, saec. XII].

Promissio observandi precepta contra sagittarios, balistarios, incendiarios et circa securitatem coemeteriorum, ecclesiarum etc.

Precepta de sagittariis, balistariis, incendiariis, de sècuritate cimiteriorum, ecclesiarum, clericorum, viatorum, negotiatorum et boum et ovium libenter tenemus, et si quid contra hec fit a nobis in iussione, emendabimus omnibus venientibus ad nos et omni tempore in veniendo et stando et redeundo, quantum in nobis erit, securitatem promittimus cum vicinis nostris libentissime, pacem et quietem tenemus. Si quid a nobis in illos vel ab illis in nos evenerit, in vestra potestate et conscilio et consulum nostrorum et aliorum amicorum comunium commictemus debitoribus post ternam inquisicionem a vobis vel vestro nuntio factam, nullam securitatem datam.

X, 67. - Orig., mm. 187×112. Charta valde lacera est. Haec charta, non secus ac illae quae usque ad n. 478 sequuntur, vel Imolae, vel in territorio Imolensi rogata est. Probabiliter haec charta ante medium saec. XII, chartae quae ponuntur sub nn. 470-5 post medium saec. XII, reliquae sub nn. 476-8 saeculo XII exeunte exaratae sunt.

470.

[Imolae, saec. XII]

Fragmentum instrumenti respicientis donationem in favorem cuiusdam ecclesiae factum.

Set iterum [1] denotatur terra que dedit Girardus filius Marescalco et Bellula iugali eius pro remisione eorum et de Abelluzo pater eius et de quosdam parentorum suorum sita iusta orto de supradicta ecclesia [1] S. Ioannis et de presbiter Gerardio ibi venerat meriti S. Iohannis : a primo latere via curente, secundo latere predicti datores ; abendum, tenendum ad onore suprascripta ecclesia cum suos sucessores in perpetuum ; et nos

supradicti donatores auctoriare et defensare promittimus per bona fide, et si umquam in tempore facimus questionem per ullum sensum quot umanum omo arguere potest,[2] compossituri essemus nos nostrosque eredes pene nomine solidorum c, et pena solu(ta), hec donacionis omni tempore firma manead.

Testes Malvestitus, Malguarnito et Pasalaigua, Petruzo et Ricardino, Azeto et alii plures qui ibi aderam.

III, 1. - Orig., mm. 134×163. Charta aliquantulum lacera est secundum marginem superiorem. Eam Ferri ad annum circiter 1158 refert. Cf. notam n. 469.

[1] *Ex hisce duobus locis deducimus chartae superiorem deesse partem.*
[2] *Orig. habet* ptte

471.

[Imolae, saec. XII].

Nota redditaum quos canonica S. Cassiani in curia Bagnariae percipiebat.

In curie Bagnarię habet canonica septuaginta turnaturias inter terras et vineas, ex quibus sexaginta sunt positę in fundo Spatharino, decem vero in fundo Dominisilli quas habemus pro anima Isnardini, quas filii Drudoli et Canutus tenent, quarum redditus est per annum terraticum de maiore septimum, de minore octavum, de lino manna nona et denarii lucenses xv[cim] et medium amiscere de carne. Triginta vero quas recuperavimus de domo Guidonis Ramberti tenent presbiter Albertus et nepotes sui Gandultus et Albertus germani et Canutus cognatus eius, quarum redditus talis est: terraticum, ut supra dictum est, de vino vero anfora quarta et denarii lucenses vi, et quindecim sextaria eque frumenti et fabarum, et due spatule et quatuor fugacię perfectissimę; de domo vero Ubaldi xv turnaturię recuperatę habentur, quarum presbiter Albertus cum Gatidulfulo tenet quinque, Ugo de Lucia x ad terraticum, ut supra dictum est, et spatulam unam cum duabus fugaciis, quindecim vero, quas reddidit Bertramus Enrici, tenent supradictus presbiter cum Gandulfo et Alberto germano ad terraticum, ut supra dictum est, et spallam unam cum duabus fugatiis per annum dare debent.

X, 25. - Orig., mm. 235×150. In versu, eadem manu Cartula Bagnarię et de reditu eius. *Cf. notam n. 469.*

472.

[Imolae, saec. XII].

Nota bonorum quae in curia Bagnariae a quibusdam possidentur.

Filius Mazoli Uterus habet et tenet in curia Bagnarie plus C turnaturias terre per proprium; Petrus Turp[i]ni de Faventia cum Cilia consobrina sua plus XL turnaturias terre; li Puzoli, ubi sedent, tenent . . . prium in fundo Spatarini, et heredes Albertinelli de Viviano, et Drudolus et Dinmo (?) et Ventura cum consortibus suis et Rodulfinus castaldi et Iohannes Avumde omnes isti iure proprietario tenent in eodem fundo; Golvagnus et Albertus Mulnirus similiter in eodem fundo VI turnaturias terre; li Berardi et Pelegrinus tabellio et heredes Santernuli pro III turnaturiis terre, Salternus et Pelegrinus in alio loco II turnaturias vinee . . num Marcis et de Ugone Lusie et de Zanzulinis habent pro in . . . su . . . . IIII turnaturias terre.

Terra quam Alberius de Savarice habuit, episcopus Henricus habuit et tenuit et faciebat laborare, iste iure feudi dedit Arnulfo de Marzano: in fundo de Fabrulinis vendidit ab alia . . . . . . que est III turnaturias, XII libras, Ianzulo II turnaturias, Guido Vitoli cum socio vendidit VI turnaturias; et aliis multis.

IV, 64. - Orig., mm. 104×160. Charta adeo lacera est ut multis in locis legi nequeat. Cf. notam n. 469.

473.

[Imolae, saec. XII].

Nota possessionum quas canonici S. Cassiani habent in curte Montis Catonis.

Notamus quod canonici S. Cassiani XII mansos habent de terra in curte Montis Catonis, quorum unum habent filii Iohannis de Monte de quo debent dare III amisceres et operam unam in vineam fatiendam et unam in messe et aliam in area et unam

in vinea sapare et unam in silva et unam iuncatam et III denarios lucenses et unam operam in seminare et terraticum de maiore septimum, de minore octavum modium, de lino nonam mannam, de vino tertiam partem et decimum de omnibus frugibus que sunt in illa terra. Et mansum de Petro Nastasie quam tenent filii Benni, et pro illis tenent illum mansum filii Rothaldi et filii Raimundini in loco qui vocatur Corcurtulu; de isto debent recipere consimile servitium. Et Albertinus et Gratianus de Barbera habent alium mansum de quo debent consimile servitium facere. Alius vero mansus dicitur de Paulingis cuius quartam partem tenet Gibertus Ugonis de Ilbrando, et aliam quartam partem tenent filii Balduini, quas partes tenent filii Rothaldi. Et alias vero partes filii Zanetoli, pro illis [1] tenent filii Benni, quas tenent Rainaldinus et Soldellus et Iohannes Rainaldi pro illis; de quo manso exit consimile servitium. Alium quidem tenent Angelelli, videlicet Gratianus, Rusticus et frater eius et nepos et Ordalos et Iohannes Flatone et Scalerius et frater eius, de quo debent consimile servitium, qui est positus in loco qui vocatur Pozo. Alium tenent Zaniti et Floriani qui est in eodem podio, de quo debent consimile servitium. Alium tenent idem Floriani de quo exit consimile servitium, et est in eodem loco. Alius dicitur mansus Luzani, quem tenent idem Floriani, de quo debent idem servitium facere, qui est positus in eodem loco. Alius dicitur mansus Bonzoli, quem tenent Scalerius et frater eius, Iohannes Flatone, Mascarellus et Michinellus, Rampone et frater eius, de quo debent consimile servitium. Alium tenent idem Rampone et frater eius et Guidolus Zanzolini, de quo debent idem servitium, qui est positus in eodem loco. Alium tenent Aurisius et nepos eius, qui est in eodem loco, de quo debent consimile servitium. Alius dicitur mansus de Ronzano, quem tenent Ugolinus Remengarde et filii Ungarelli, Girardus Ratrude et Zanellus Albertini, de quo exit consimile servitium. Et habent mansum unum, quem tenent Ganduzi, preter supradictos mansos, de quo debet Ubaldinellus de Maltalento amiscere unum de carne, scilicet bonum ossum in uno anno cum duabus fogaziis, in alio vero anno duos capones cum duabus fogatiis, et in unoquoque anno saumam unam vini puri; et in alia parte Fascellus debet tres libras olei in initio Quadragesime; et in alia parte Acarisolus debet tres libras olei in initio Quadragesime; et in alia vero parte Tortilianus et Ilde-

brandinus IIII libras olei in initio Quadragesime. Et confinia ecclesie S. Cassiani sunt usque ad crucem Montis de Matre et tota villa que dicitur Barbera, excepta una domo. Ista sunt confinia ecclesie S. Cassiani. In consecratione vero ecclesie S. Salvatoris denotatum fuit quod omnes manentes ecclesie S. Cassiani sepeliantur apud ecclesiam S. Cassiani, ubi canonicorum licentia steterit. Insuper autem debent habere sepulturam Canibli et Ganduzi et domus Iohannis de Laureta.

III, 34. - Orig., mm. 287×258. In versu, eadem manu Hec est cartula de tota terra quam habent canonici S. Cassiani in curte Montis Catonis et de omnibus reditibus eiusdem terre et de sepultura ecclesie S. Cassiani et de continibus eiusdem ecclesie. *Ferri erronee eam manu Alberici notarii S. Cassiani exaratam censet. In versu* ND *invenitur quae aliud respicit instrumentum; cf. n. 46 et notam n. 469.*

[1] *Inter lineas* filii Zanetoli pro illis

474.

[Imolae, saec. XII].

Nota finium quibus bona canonicorum S. Cassiani in curte Montis Catonis existentia designantur.

In presencia quorundam bonorum hominum, videlicet Ugonis presbiteri et prioris ecclesię S. Salvatoris et domini Gerardi de Alisenda et domini Urselli, Rustici et Mascarelli et Rotaldi, Quintavallis et Zonis. Notamus duodecim mansos in curte Montecatonis ad iura ecclesię S. Cassiani. quorum unum tenet Iohannes de Monte; alius vero dicitur mansus de Paulingis, cuius quartam partem tenet Gibertus Ugonis de Ildebrando; aliam quartam partem tenet Baiolus; alias partes tenent Filbenni; alium tenent idem Filbenni; alium tenet Guido de Barbera; alium tenet Anzilelli, videlicet Gracianus, Rusticus et frater eius et nepos et Orlandolus, Iohannes Flatone et Scalerius et fratres eius; alium tenent Zanitti et Floriani; alium tenent idem Floriani; alius dicitur mansus Luzani quem tenent idem Floriani; alius dicitur mansus Bonzoli quem tenent Scalerius et fratres eius, Iohannes Flatone, Mascarellus et Michinellus, Rampone et frater eius; alium tenet idem Rampone et frater eius et Guidolus Zanzolini. Alium tenet Bennolus Aginulfi; alius dicitur mansus de

Ronzano quem tenent Ugolinus Remengardę et filii Ungaraelli, Girardus Ratrudę et Zanellus Albertini. Eorumdem bonorum hominum prescripti, videlicet prioris ecclesię S. Salvatoris et eorum, quorum nomina supra leguntur, auctoritate notavimus et scriptis redegimus confinia ecclesię S. Cassiani que sunt usque ad crucem Montis de Matre, et tota villa que dicitur Barbera, excepta domo una. Ista sunt confinia nostrę ecclesię in ea curte. In consecratione vero ecclesię S. Salvatoris denotatum fuit quod omnes manentes ecclesię S. Cassiani sepelliantur apud maiorem ecclesiam nisi canonicorum licentia steterit, insuper autem dictum fuit quod Cainaboli et Ganduzzi et domus Iohannis de Laureta sunt eiusdem sepulturę.

X, 62. - Orig., mm. 260×135. In versu, manu saeculi XII Cartula de sepulturis Montis Catonis. *Cf. notam n. 469.*

475.

[Imolae, saec. XII].

Instrumentum quo Saracinus Pusterlae et Hugolinus Draconis arbitri constituuntur pro dirimenda quaestione inter Ioannem Prata et Zanzum de Monte Auliveti agitata.

Anno Domini M et cetera. Cum Iohannes Prate peteret a Zanzo de Monte Auliveti coram iudice comunis VIII libras bononienses pro mendo et exstimatione unius vace, quas VIII libras bononienses dicebat eum sibi debere solvere, et de his ab eo securitatem petebat iudicio sisti et de iudicato solvendo, unde Saracinus Posterle et Ugolinus Draconis eorum spontanea voluntate et precibus et mandato et amicitia dicti Zanzi uterque eorum in solidum renunciando beneficio nove constitucionis et epistole divi Adriani, et doli et in factum et sine causa et fori privilegio, et quod non dicerent se promisisse iniuste vel contra rationem, seu sine causa et omni alii iuri et exceptioni et legali auxilio sibi in hoc facto competenti vel competituro rei vel persone, principaliter promisit utrum per stipulacionem dicto Iohanni representare dictum Zanzum in iudicio coram dicto iudice vel coram suo successore quocies expedierit vel requisiti fuerint usque ad finem litis. Et quia curabunt et facient et ita dabunt operam quod dictus Zanzus solvet dicto Iohanni Prate totum illud,

quod fuerit inde condempnatus, scilicet in sorte, pena, dampnis et expensis, et si hec non facerent sine placito et dispendio dicti Iohannis Prate, promiserunt ei solvere et dare dictas VIII libras bononienses. Et insuper promisit utrum eidem Iohanni reficere omnes sumptus et expensas et dampna quos et quas et que fecerit et cetera, pro quibus omnibus observandis obligaverunt ei iure pignoris omnia sua bona et cetera. Que omnia et singula supradicta firma et rata habere et tenere promiserunt dicto Iohanni uterque eorum in solidum renunciando, ut supra dictum est, sub pena dupli predicte peccunie, et ea soluta vel non et cetera.

IV, 192. - Orig., mm. 135×112. Cf. notam n. 469.

476.

[Imolae, saec. XII].

Nota possessionum quas habent Timideus, Litiardus, haeredes Panzoli et Ungarelli, et earundem finium descriptio.

§ Timideus habet unam petiam in Podio: a primo latere via, a secundo heredes Esnardoli, a tertio Ugolinus Ubaldini et Gratianus medici. Item aliam petiam in costa de Podio: a primo latere via de Podio, a secundo Litiardus, a tertio rivus de Podio.

§ Litiardus habet unam petiam in Podio: a primo latere Tedelmarius, a secundo Zanuzus pro uxore. Item aliam petiam in Puzolo: a primo latere Tedelmarius et fratres, a secundo Matheus de Medicis, a tertio heredes Zanzoli de Bonvisino. Item Timideus habet unam petiam que fuit ipsius Litiardi de eodem iure: a primo latere Barignanus, a secundo heredes Zanzoli de Bonvisino, a tertio Benvenutus.

§ Heredes Panzoli habent unam petiam: a primo latere rivus, a secundo Timideus, et a tertio idem Timideus. Item aliam petiam quam dedit Panzolus Guilelme filie sue in dotem; a duobus lateribus Zanuzius, a tertio Ugolinus Ubaldini.

§ Ungarelli habent quinque petias; prima est posita in costis: a primo latere via, a secundo Bictii, a tertio et quarto heredes Esnardoli. Secunda petia ibidem: a duobus lateribus heredes Esnardoli, a tertio rivus. Tertia petia est in Podio; a primo latere via, a secundo heredes Guidonis de Fratta, a tertio heredes Esnardoli et Ugolinus Ubaldini. Quarta petia est in rivo: a primo latere Ugolinus Ubaldini, a secundo Timideus, a tercio

Bangnanus. Quinta petia ibi prope: a primo latere heredes Panzoli, a secundo Ugo de Tusso, a tertio Barignanus.

§ Item habent pro indiviso cum heredibus Esnardoli tres petias. Prima est in rivo: a primo latere rivus, a secundo idem, a tertio Ugolinus Ubaldini. Secunda petia est in Cavine: a primo latere Ugolinus Ubaldini, a secundo Ugolinus Panzoli, a tertio Barignanus. Tertia petia est in loco qui dicitur Buscum de Aurisiis: a primo latere Ugolinus Panzoli, a secundo Ugolinus Ubaldini.

X, 56. - Orig., mm. 240×115. Cf. notam n. 469.

477.

[Imolae, saec. XII].

Quae Canonicis S. Cassiani praestanda sunt iure possessionis quam habent in Bagnaria supra terram quae fuit de domo Guidonis Raimberti.

Breve recordationis de servicio quod canonici S. Cassiani habent et habere debent de tenimento quod habent in Bagnaria de terra que fuit de domo Guidonis Raimberti duas bonas spallas per annum . . . et IIII focacias et XX denarios lucenses, XV staria inter granum et fabam, medietatem de uno, medietatem de alio; de terra que fuit de domo Bertr[andi] unam spallam bonam cum duabus focaciis; de illa que fuit Ubaldi unam spallam cum duabus focaciis; de illa que fuit Isnardini omni anno tercio unum par caponum et duas fugacias et XV denarios lucenses; et insuper de uni[v]ersis prenominatis partibus terre terraticum de maiore septimum, de minore octavum et receptum honorifice debet, et de vino anphoram quartam; de parte vero vineę que competet presbitero Alberto donec ipse vixerit, debet ex curte canonicorum habere sibi terraticum de vino, sed post eius decessum redire debet ad canonicos.

Hoc breve scripsi ego manu propria R.[1] ministrer Corneliensi in presencia canonicorum Ubaldi, Isnardi, Berardi, et Gisonis, presbitero Alberto et Gandulfo, . . . recordantibus et indicantibus hos redditus v.

X, 64 - Orig., mm. 190×138. Charta valde lacera vix legi potest. Cf. notam n. 469.

[1] *Orig. sic habet.*

478.

[Imolae, saec. XII].

Descriptio quarundam terrae tornaturiarum quas canonica S. Cassiani in emphytheusim concessit.

Canonica S. Cassiani habet terram in Rubeis et in Podiali de qua tenet Roger[ius] . . . . . tignano XVII turnaturias; et Guilelminus filius Petri Albizi tenet VII . . . . . . de Gualdrada tenent V; et filie Guidonis Bos tenent V turnaturias; Petrus . . . . . po et Albertus de Iohanne Albo tenent V, ospitalarii de Ierusalem tenent II; Bell . . . . [te]net I; Bunellus de Blanco Bonci, tenet I; Zanhonellus de Ugiza tenet V[1]; Am . . . . . Bavellus tenet V; Ildebrandus de Sedonia tenet triginta sex turnaturias . . . . . . one Bricie et Guido de Petro et filii Ugonis Gisadrude ten[ent] . . . zoli Bonarde tres tenet; filii Bulgari tenent II; Iohannes Auca et Nicola[us] . . . tenent III turnaturias vinee; et filie Guidonis Bos tenent III vinee . . . o . . et filius de Macerata II de vinea; filii Iohannis Binee tenent V de vinea; Petrus et . . a II vinee; Thomas et Americus de Iohanne et Ugo de Befacto tenent turnaturias II; filii Beroardi et filius Ubaldini de Aldebrando o . . . . . . IIII turnaturias; Cinanus tenet II turnaturias . . . . . . minus de presbitero Uberto tenent IIII turnaturias; filii de Orab[onis] . . . . IIII turnaturias . . . . . .[2]

X, 34. - Orig., mm. 166×162. Charta lacera est pluribus in partibus et arrosa secundum marginem dexterum. Cf. notam n. 469.

[1] *Abrasum* Zanothellus - V [2] *Verba* Thomas - turnaturias, *quae linea omnino abrasa sequitur, alio atramento scripta sunt.*

SCRIPTORES

IN NOTIS BIBLIOGRAPHICIS SIGLIS CITATI.

⟨Alberghetti G.⟩, *Compendio della storia civile, ecclesiastica e letteraria della città d'Imola.* Parti I-II. Imola 1810.

Benacci G., *Memorie storiche di Tossignano.* Imola 1840.

Cappelletti G., *Le chiese d'Italia dalla loro origine ai giorni nostri.* Vol. I. Venezia 1844.

Ferri A., *Memorie storiche d'Imola.* Tom. I. (Opus ms. in Bibl. municip. Imolae).

Jaffé-Kaltenbrunner; Jaffé-Ewald; Jaffé-Loewenfeld, *Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII.* Lipsiae 1885-88.

Kehr P. F., *Regesta Pontificum Romanorum, Italia pontificia.* Vol. V. Berolini 1910.

— In *Nachrichten der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philologisch-historische Klasse, 1898, 1903, 1910.* Göttingen 1898-1910.

Manzonius A. M., *Episcoporum Corneliensium sive Imolensium Historia.* Faventiae 1719.

Mazzatinti G., *Gli Archivi della storia d'Italia.* Vol. I. Rocca S. Casciano 1897-8.

Monumenta Germaniae historica. Legum sectio IV. Constitutiones et acta publica imperatorum et regum. Tom. I. Hannoverae 1893.

Savioli L. V., *Annali Bolognesi.* Vol. I, part. II, Bassano 1784.

Simoni G., *Notizie storiche di alcuni castelli distrutti nelle vallate del Sillaro e dell'Idice;*

In *Atti e Memorie della Deputazione di storia Patria per le provincie di Romagna.* Ser. III, vol. XIV. Bologna 1896.

Simonsfeld H., *Weitere Urkunden Friedrich Rotbarts in Italien; Urkunden Friedrich Rotbars in Italien;*

In *Sitzungsberichte der philos.-philol. und der histor. Klasse der Kgl. Bayer. Akademie der Wissenschaften, 1906, 1907, Heft III.* München 1906, 1908.

Stumpf-Brentano K. F., *Die Reichskanzler vornehmlich des X., XI. und XII. Jahrhunderts.* Zweiter Band: *Verzeichniss der Kaiserurkunden.* Innsbruck 1865-1883.

Ughellus F., *Italia sacra sive de Episcopis Italiae.* Tom. X, appendix cura et studio Nicolai Coleti. Venetiis 1722.

Watterich I. M., *Pontificum Romanorum qui fuerunt inde ab exeunte saec. IX usque ad finem saec XIII vitae.....* Tom. II. Lipsiae 1862.

Zaccaria F. A., *Series Episcoporum Forocorneliensium.* Tomi I-II. Forocornelii 1820.

ADDENDA

Doc. nn. 7, *8, nota 1. Haec nota delenda; agitur enim de indictione graeca.*
n. 30. Deest in fine documenti nota: 1 *Fortasse pro* Henrici.
n. 32. Indictio V huius documenti respondet anno 1112.
n. 86. Hoc documentum est ponendum ante n. 79 *cum in eo memoretur Coelestinus II qui obiit die 8 martii anni 1144.*
n. 112. Nota quae respicit num. ubicationis 94 tollenda est, quia documentum sub n. 94 locatum ad nostrum n. 105 invenitur.
n. 146. Hoc documentum praecedenti est praeponendum quia Anastasii IV in eo fit mentio.
n. 190, rr. 17-8 Verba territorio Corneliensi, plebe S. Laurentii *ab eodem notario deleta sunt.*
n. 332. Loco Alexandri pape *notario scribendum erat* Lucii pape.

CORRIGENDA

Pag. 8, ll. 3-4. Griffo, Alfrido et *19, 25.* 1045. *19, 26. eius vendunt* *29, 2.* 1060. *31, 34. 373, 395, 428, 453.* *37, 26. presbyteri* *65,* 7. Ad castrum Taibani *66, 22.* [1111]. *68, 17. Spalatino* *72,* 2. frater *77, 38.* Lambertino *78, 4. Bulgari, ab Ugolino* *78,* 27. incarnationis eius *82, 22. 473.* *83, 28. Ioannes Bonus* *86, 15.* 1133. *95, 19. vineae* *96, 10. canonicae* *99, 17. Canonici* *112,* 27. *mm. 204×154.* *116, 17.* presbiter Girardus *128,* 2. alio modo. *136, 28.* a tercio *158, 39. peracta* *243,* 7. *deleta* *276, 4. taulam* *358, 22. Balbo* *358, 23. concedunt* *407, 25. Hugoni et Guidolino* *432, 36.* 1186. *441, 31. favorem* *452, 40.* Iohannes Guidonis *488, 33.* 6 aprilis.

Tab. I, n. 1.

Augustae Taurinorum in Officina Phototypica Archit. G. Molfese. *Photogr. Aemiliana, Bononiae.*

Tab. II, n. 2.

984. 19 July. II

Tab. II, n. 2.


984. 19 July.

II

Augustae Taurinorum in Officina Phototypica Archit. G. Molfese.

Photogr. Aemiliana, Bononiae.


Tab. III, n. 4.




Augustae Taurinorum in Officina Phototypica Archit. G. Molfese.

Photogr. Aemiliana, Bononiae.

Tab. IV, n. 4, ND.





Augustae Taurinorum in Officina Photolypica Archit. G. Molfese. Photogr. Aemiliana, Bononiae.

INDEX

NIHIL OBSTAT.

Bononiae, e conventu S. Pauli in Monte,
1 septembris 1911.

Fr. Bonaventura Giordani O. F. M.
Min. Prov. S. Catharinae.

NIHIL OBSTAT.

Imolae, 16 septembris 1911.

Can. Aloisius Albertazzi *Censor eccles.*

IMPRIMATUR.

Imolae, die 16 septembris 1911.

† Franciscus *Episcopus.*

Sub prelo:

CHARTULARIUM IMOLENSE

Vol. II.

ARCHIVA MINORA

(1033-1200)

Venit L. 15.

APUD

MAX BRETSCHNEIDER

VIA DEL TRITONE, N. 60

ROMA